


P … MA
C … E
NEDIAMI

TOM. I









PHARMACO-LOGIA,

SEU

MANUDUCTIO

AD

MATERIAM MEDICAM,

IN QUA

Medicamenta Officinalia Simplicia,

HOC EST

Mineralia, Vegetabilia, Animalia earumque partes in Medicina Officinis ufitata, in Methodum naturalem digefta fuccinctè & accuratè defcribuntur.

CUM

Notis generum Characteristicis, Specierum Synonymis, differentiis & viribus.

Opus omnibus Medicis, Philofophis, Pharmacopœis, Chirurgis, & Pharmacopolis utiliffimum,

à

SAMUELE DALE.

Hippocrat. Lib. 1. Aphor. 1.

ὁ βίος βραχὺς ἡ δὲ τέχνη μακρή.

Editio in Germania fecunda.

Cum Supplemento ipfius Autoris.



BREMÆ,
Apud PHIL. GODOFR. SAURMAN.
M. DCC, XIII.

CELEBERRIMO
COLLEGIO REGALI
Medicorum Londinensium,
HÆC.
NATURÆ SPOLIA
ET
ARTIS ORGANA,
CONSECRAT
Devotissimus AUTOR.

PRÆFATIO.

S*Cientia Materiæ Medicæ est Res maximi momenti, tam Medicis quàm Pharmacopolis & Chirurgis, sine quâ quanti errores, quantæ strages; Quis enim medicamenta Ægrotantibus præscribere, propinare, & administrare valet, spe obtinendi beneficia iis adscripta ab Antiquis, si penitus rudis, & ignarus sit, vel in dubio hæreat, an sint ipsa, quæ nobis tradita sunt.* Non fingendum, aut excogitandum, sed inveniendum quid Natura faciat aut ferat, *monente Oraculo illo* Verulamio Nostro; *Quod si à Sæculis* Hippocratis, Theophrasti, Dioscoridis, Galeni, *Aliorumque Artis Medicæ* Principum, *per cuncta postera hoc observa-*

tum

tum fuisset, Materia Medica nobis incorrupta & perspicua mansisset, omni Mercatorum fraude, & Negotiatorum mysteriis purgata, & sine controversiâ facilis, & luculenta; sed proh dolor, tantus stupor & ignavia Rempublicam medicam hodiè opprimit, ut quamplurimi mallent otiosè errare, & eruditè necare (periculosis imposturis avidorum Mercatorum, Pharmacopolarum, Seplasiariorum, Anicularum, aliorumque ejusdem farinæ Veneficorum, nimis fidendo, & indulgendo) quàm elaborare, examinare, & distinctè addiscere ipsa Simplicia Medicamenta quotidiani Usus; disertè scribit Galenus, Lib. 1. de Antidot. Cap. 15. Medicus omnium (inquit) Stirpium, Fossilium, & Animalium peritiam habeat, consulo; sin minùs, plurimorum saltem, quibus frequenter utimur, & Aristoteles *haud ineleganter*; Prima laus est humanæ Sapientiæ, valdè similia posse distinguere. *Magnus ille Medicinæ Parens, Sapientissimus* Hippocrates *ubique ferè inculcat*, Medicum Rerum Naturalium peritum esse debere. *Aspera sane censura quamplurimorum apud nos hodiè Medicantium.*

Hæc mihi stimulum & ansam dederunt investigandi, inspiciendi & cognoscendi Simplicia Medicamenta, Libros Botanicos, & Scriptores naturales pervolvendo, Res ipsas colligendo, examinandoque, summâ quâ potui diligentiâ. Primò initiatus sub Auspiciis Excellentissimi Viri, & Reipublicæ Philosophicæ Principis Dignissimi, Johannis Raii, *progressus feci, & militavi non sine fructu; Testes sint Elucubrationes meæ Botanicæ Anglicè scriptæ, & lucem, favente Numine, aliquando visuræ;*

visuræ; taceo opusculum hoc leviusculum, & impolitum, sed Tyronibus haud inutile.

De Divisione, & Methodo hujus Libelli alibi disserui. Quoad finem, hoc mihi negotii credidi solum dari, Populo ut inservirent quas fecissem Tabulas; nam proh Deum atque Hominum fidem! Quanti Lusus de Corio humano! Quanti lethales Ictus, ab imperitis Blateronibus, & vafris circulatoribus, qui nugis & strophis suum captant quæstum, Materiam Medicam nunquam prælibantes; Ignavum & sordidum Pecus.

De Ortu, & Progressu Simplicium Medicamentorum scribere, majoris molis est, quàm Romanam condere gentem. Quædam Casu, quædam Instinctu, alia ab experientiâ effluxerunt; Multa ab Indis, Multa à Brutis derivamus; Barbari enim, & Feræ commodissimas Res invenerunt, quæ Gentes humanissimas latuerunt.

Restat solùm ut grates persolvam debitas Amicis nostris, quorum operâ & consiliis usi fuimus in concinnandâ hâc Materiæ Medicæ Historiolâ. Hi sunt Viri Clarissimi, meum supereminentes Præconium, Johannes Raius, *Vicinus & Amicus noster, de quo jure glorior.* D. Tancred Robinson, M. D. D. Hans Sloan, M. D. D. Leonardus Plukenet, M. D. *Hortorum Regiorum Custos Oculatissimus.* D. Martinus Lister, M. D. *in Re Naturali Sagacissimus.* D. Samuel Doody, *Horti Botanici apud Chelseianos Præfectus meritissimus. Et* D. Jacobus Newton. *Sic orta est Fabrica nostra, rudis indigestaque Moles; Sublimioribus Ingeniis incudenda, formanda, poliendæ & perficienda. Tentamini & Cœptis aspirate, Lectores Benevoli.*

Nominum

Nominum Abbreviatorum Dilucidatio.

Act. Philos. & Transact. Philos. Philosophica Regiæ Societatis Londinensis.
Agricol. Agricola.
Aldrov. Aldrovandus.
Amman. Pauli Ammanni Manuductio ad Materiam Medicam.
Bellon. Bellonius.
Boet. Boetius de Boot.
Bonan. Bonanni Recreatio Mentis & Oculi.
Bont. Bontius
Breyn Cent. Jacobi Breynii Centuria. *idem Prod. 1. & 2.* Prodromus primus & secundus ejusdem.
C. B. Caspari Bauhini Pinax.
Cæs. & Cæsalp. Andreas Cæsalpinus.
Cam. Camerarius.
Clus. Carolus Clusius.
Colum. Fabius Columna.
Diosc. Dioscorides.
Dod. Dodonæus.
Ephem. German. Ephemerides Germanicæ.
Flo. Lug Bat. Flo. Floræ Lugduno-Batavæ Flores.
Gal. Galen.
Ger. & Ger. emac. Gerardi Historia emaculata.
Gesn. Gesnerus.
H. M. Hortus Malabaricus.
H. Ox. Roberti Morisoni Historia Plantarum Oxoniensis.
Herm. Cat. Horti Lugduno-Batavi Catalogus Pauli Hermanni.
Hoffman. Casp. Hoffmannus.
J. B. Joannis Bauhini Historia.
Jons. Joannis Jonstoni Historia Animalium. *Jons. D* ejusdem de Arboribus.
List. Martini Listeri Historia Animalium. *idem Icon & H. Conch.*

Histori

—— Hiſtoria Conchyliorum ejuſdem.
Marg. & *Marck.* Marckgravius.
Matth. Matthiolus in Dioſcoridem.
Mer. P. Merreti Pinax.
Mouf. Mouffettus.
Munt. Muntingius.
Offic. Nomina uſitata in Officinis denotat.
P. B. Phytologia Britannica.
P. B. P. Paradiſi Lugduno-Batavi Prodromus.
P. P. Leonardi Plukeneti Phytographia.
Park. Parkinſoni Theatrum Plantarum. *idem. Parad.* Paradiſus ejusdem.
Plin. Plinius.
Piſ. Gulielmi Piſonis Hiſtoria *idem. Mant. A.* Mantiſſa Aromatica ejuſdem.
R. Cat. Joannis Raii Catalogus Plantarum.
—— *H.* Hiſtoria Plantarum ejuſdem.
—— *Meth.* Methodus Plantarum nova ejuſdem.
—— *Ichth.* Franciſci Willoughbei Ichthyologia, à Joanne Raio edita.
—— *Ornith.* Franciſci Willoughbei Ornithologia, ejuſdem.
—— *Synop. Animal* & *H. Animal.* Synopſis Animalium ejuſdem.
—— *Synop.* Synopſis Plantarum ejuſdem.
Rondel. Rondeletius.
Salv. Salvianus.
Scalig. Scaliger.
Schrod. Schroderus.
Turn. Turnerus.
Uſu. In uſu ſunt.

Hunc

Hunc Librum (cui titulus est PHARMACOLOGIA) *dignum censemus, ut typis mandetur.*

Thomas Burwell, *Propræses.*
Samuel Collins.
Edvardus Hulse.
Richardus Morton.
Joh. Bateman.

Datum 5. Septembris *A. D.* 1692. in Comitiis Censoriis ex ædibus Collegii Nostri.

PHARMACOLOGIÆ SEU MANUDUCTIONIS AD Materiam MEDICAM Prolegomena Isagogica.

CAP. I.

PHarmacologia est descriptio rerum medicamentalium ad bene medicandum; objectum est res naturalis medicamentalis quæcunque ad medicandum adaptabilis, sive figuram ea obtineat nativam, sive elaborationem aliquam officinalem sustinuerit; verùm enim verò; quia nomina plurima occurrunt, quæ vel minùs vulgaria, vel æquivoca, operæ pretium duxi Pharmacopœias tyronibus synopsi brevi inservire, & nomina alphabetica serie exhibere.

Terminorum quorundam & vocum generaliorum Interpretatio & Explicatio brevis.

A.

A*Cetum*, in genere liquorem quemcunque acidum notare poteſt.

Acinus, non pro uvæ vinaceo apud idoneos auctores, ſed pro uva ipſa ſeu fructu toto accipitur, qui ex ſucco, & ex ambiente cute ſeu folliculo conſtat. Acinoſa uva Wollbeꝛicht. *Columel.* lib. 11. cap. 2. *Cùm expreſſeris vinacea, quæ acinis celantur, eaq; jam infuſcata, & propemodum nigra fuerint*, &c. Extenditur & hoc nomen latiùs ad fructus minutiores arborum fruticúmve ſpiſſius creſcentes & coactiùs, ut *Hederæ*, &c. & ſic à *bacca* diſtinguitur, quæ rariùs creſcit, ut in *Olea*, *Lauro*, &c. *Jun.* Medici recentiores pro gigarto ſeu vinaceo accipiunt, cùm dicunt *uvæ exacinatæ*.

Acus, eris, purgamentum frumenti, palea. Spreu. Porrò *Acus Plinio* dicitur cùm per ſe ſpica pinſitur; Palea verò ubi cum ſtipula teritur in area.

Adeps, generaliter tàm Axungiam quàm Sevum denotat, uſitatiùs tamen pro Axungia uſurpatur.

Ala, caulis eſt angulus, quem cum caule vel ramo vel folium, vel pediculus folii conſtituit, qui ſemper ferè acutus eſt, vel rectus ſaltem, quia

quia pediculi ſurſum nituntur. *Jung.* Non rarò etiam accipitur pro ramulo, ut cum dicimus *caule multis alis brachiato*, vel *in multas alas diviſo*, quia rami veluti totidem alæ cauli adnaſcuntur.

Alabaſtra, ſunt folia illa viridia, herbacea quæ flores ſepiunt. *Junius* exponit *alabaſtrum* Roſæ globum nondum explicitum totum, ſed conniventem. Roſen-Knobben. In Mineralogiâ Alabaſter lapis eſt.

Alburnum, *Plinio* dicitur exterior ligni pars mollior & teredini obnoxia, à colore albo. Das Weiſſe am Holtz/zu nechſt der Rinden.

Alica vel *Halica*, interdum accipitur pro certo frumenti genere: Vide *Plinium* lib. 18. cap. 7. & *Celſum* lib. 3. cap. 6. ſed frequentiùs pro re factitia, quæ fiebat ex Zea quæ ſemen appellatur, cui admiſcebatur creta, quæ tranſibat in corpus, colorémque ac teneritatem adferebat. Graupen. Hæc propria & genuina Alica res Romana à *Plinio* dicitur, apud quem lib. 18. cap. 11. modum conficiendi vide. Differt autem Alica latè ſumpta à Græcorum Chondro, ut genus à ſpecie; ſiquidem Chondrus non creta ſed gypſo & arena repurgaretur, quemadmodum altera Zeæ ſpecies memorata *Plinio*, adulterina cognominata, ex Zea in Africa degenerante confecta.

Amylum, dicebatur quòd χωεὶς μύλυ ſine mola pararetur: cujus conficiendi modum vide apud C. *Bauhinum* in *Theatr.* lib. 1. Mace-

rabatur ſcilicet ſæpius quotidie Triticum aut Siligo aquâ effusâ & affusâ, donec ita molleſceret ut cremor exprimi poſſet, qui deinde in Sole ſiccabatur, & hunc Amylum vocabant. Hujuſmodi Amylum ex avena paratum apud Wallos in cibis æſtimatur, & *LLummery* dicitur. G. Krafftmehl.

Antheræ Offic. ſunt ſummitates ſeu cacuminula in florum medio ſtaminibus incumbentia, q. ἄνθος ῥόδου, i. e. flos roſæ.

Apices, idem ſignificant quod *Antheræ*.

Arbor [Δένδρον] eſt planta lignoſa, craſſitudine & altitudine inter omnes maxima, cui caudex pro ſuperficie eſt perennis & naturâ ſimplex, qui in multos ramos majores, quos ἀκρέμονας & ὄζους Græci vocant, & deinde in ramuſculos complures, quos iidem κλάδους, Latini ſurculos appellant, dividitur. Ein Baum.

Arilli Offic. Vinacea, gigarta, q. aridula, quòd ſicci ſint, & nullum ſuccum præbeant.

Ariſta, Acus exilis ac longa è gluma extans. Die gantze ähr.

Aroma, eſt odoramentum quodvis, ut Caryophylli, Cinamomum, &c.

Aſparagus, dicitur primum germen herbarum quod edendo eſt, vel oleris cujusque turio antequam in folia explicetur, à σπείρω. Was zu erſt von der Wurtzel hervor kompt/ ehe dan es Laub gewinnet. Hinc per Antonomaſian dicitur herba quædam, quæ grandes profert & edules aſparagos. Spargen.

Axungia

Axungia, eſt pinguedo Sevo mollior. Schmeer/ Schmaltz.

B.

Baccæ, dicuntur qui ſparſim arboribus fruticibuſque adnaſcuntur fructus parvi rotundi, Beeren / & ſic ab Acinis diſtinguuntur; qui ſunt racematim dependentes baccæ. Nos in hoc opere reſtrictiore acceptione voce *Baccæ* utimur pro fructu minore pericarpio ſeu pulpa carnéve molli & humida ſemina includente, & membrana tenuiore tecto.

Balauſtium, ſylveſtris mali Punicæ flos. Die Blüt eines wilden Granatápffels.

Balſamus vel *Balſamum*, denotat genus quoddam odoramenti craſſiuſculi inſtar unguenti.

Bitumen, eſt ſevum aut reſina Macrocoſmi.

Bulbus, eſt radix ſubrotunda, vel pluribus tunicis in orbem ſe amplexantibus, vel pluribus ſquamis intricatim ferè diſpoſitis coagmentata, fibras plurimas ex ima ſede ſeu baſi emittens. Interdum latiùs accipitur pro radice quavis uno tubere conſtante etiam ſolidâ & ſubſtantiâ continuâ, nec divisâ in ſquamas aut tunicarum involucra, fibras ex ima ſede aut baſi emittente. Sic Croci & Colchici radices bulboſæ cenſentur.

C.

Cacumina, ſunt idem quod ſummitates.

Cacuminula, idem quod Antheræ.

Calyx, folliculus ſeu involucrum floris priuſquam dehiſcat, præcipuè Roſæ: interdum flos ipſe roſæ connivens & nondum expanſus.

ſus. At nunc frequentiſſimè accipitur pro folliculo, quo flos primùm, deinde ſemen herbarum & fructus arborum cooperitur. Worin die Blume / Saamen / oder Fruchte/ verborgen.

Capillamenta, ſunt filamenta illa tenuia, in florum medietate ſurgentia, apicibus plerumque donata. Die Faſen an den Blumen.

Capita, in Phytologia rotunda illa ſeminum receptacula, quæ capita referunt. In Zoologia quid ſint notum eſt,

Capitulum, eſt quod conſtat ex pluribus floribus & ſtaminibus arctè in globoſam aut circularem ſive diſci figuram congeſtis, ut in Cyano, Scabioſa, Carduis, &c.

Capitatæ plantæ, nobis in hoc opere dicuntur, quarum flores ex floſculis, etiam marginalibus, fiſtuloſis componuntur, quoniam calyx eorum ſquamoſus in ventrem plerumque extumeſcit grandiuſculum & ſubrotundum: cujuſmodi ſunt *Carduus*, *Centaurium Majus*, *Bardana*, &c.

Capreolus, eſt pars quædam auxiliaris, filamenti aut funiculi æmulus, cincinni in modum contortus, quâ planta quævis vicinis ſtirpibus aliiſve ſtipitibus ſe implicans, in altum enititur. Hujuſmodi cernuntur in Vite & Leguminibns.

Caro, in Phytologia ſubſtantiam illam molliorem fructuum ſucculentorum notat, quam aliàs pulpam vocamus, ut pulpa ſeu caro Caſſiæ; caro Prunorum, &c. *Schrod.* In Zoologia vox nota. *Catu-*

Catulus, apud recentiores Botanicos idem ſonat quod Julus aut nuçamentum, ut catuli Salicis aut Juglandis, id eſt Juli.

Caudex, idem eſt in arboribus & fruticibus, quod caulis in Herbis.

Caulis, eſt quod ſupra terram ſimplex aſſurgit, unde folia frondéſque ſeu ramuſculi emicant: vel, definiente *Jungio*, eſt pars herbæ ſuperna, ita in altitudinem exporrecta ut anteriora à poſterioribus, vel dextra à ſiniſtris non differant. In arboribus & fruticibus *caudex*, in frumentis *culmus* appellatur. Der Stengel.

Cicus & ciccum, membrana tenuis acinos in Malo Punico diſcriminans. Hinc proverbialis locutio *Ciccum non interdum*, id eſt, Non curo, perinde mihi eſt.

Clavicula, idem quod Capreolus.

Comæ, ſunt plantarum ſummitates vel arborum frondes. Die Knoſpen.

Conus, in Phytologia dicitur fructus ex compactili lignoſarum ſquamarum ſtrue compoſitus, coni figuram æmulans, hoc eſt, à lata & circulari baſi in mucronem deſinens, qualis eſt *Pini*, *Abietis*, &c. Zirbel Nuß.

Cor, ſive corculum ſeminis, eſt portiuncula ſeminis unde tum radix, tum germen enaſcitur. In Zoologia quid ſit notum eſt.

Cornua, non niſi in Zoologia locum habent.

Cortex, exterior arboris quaſi cruſta, Die Rinde. Interior tunica ipſi ligno adhærens *Liber* dicitur.

citur. *Cortex* autem à *corium* & *tego*, quia quaſi corium tegit, ut Iſidorus ἐτυμολογίζει.

Corymbus, in genere ſignificat quodvis ſummum. Nam prima notio τῦ κορύμβυ eſt in capite Veterum Atticorum tutulus ſeu meta ſuggeſtûs capillorum, autore Scaligero. Verùm apud plantarum ſcriptores Corymbo propriè Hederæ racemi appellantur. Plin. lib. 16. cap. 34. in deſcriptione Hederæ ponit, *Racemis in orbem circumactis qui vocantur Corymbi.*

Corymbi nomen extendit Jungius ad ſignificandam extremitatem caulis, ita ſubdiviſam, & floribus aut fructibus onuſtam, ut ſphærica figura inde oriatur, ut in *Cepa*, *Porro*, &c. Alii Umbellæ ſynonymum faciunt.

Corymbus etiam aliàs ſumitur apud recentiores Botanicos pro flore compoſito diſcoide, qui in pappos non reſolvitur: qualis in *Chryſanthemo*, *Bellide*, &c. cernitur: Nam hujuſmodi flores in latum extenſi umbellam ſeu corymbum quodammodo æmulantur.

Croci idem ſunt quod apices. Eſt enim Crocus nihil aliud quàm apex croci herbæ floris ſtamini incumbens.

Culmus, frumenti (aut etiam Graminis) calamus à radice ad ſpicam. Der Halm.

Cyma, æ, & Cyma *atis*, q. κύημα, id eſt, partus novellus qui prima germinatione producitur, eſt ipſorum caulium delicatior teneriórque cauliculus, & dicitur præcipuè de Braſſica: Verùm & in genere Cymæ ſunt cauliculi teneriores delicatioréſque ſcaporum, quos à

prima

prima ſectione præſtant: imò Cymæ apud Botanicos adhuc latiùs ſumuntur pro ſummitatibus quarumcunque herbarum. Die Sprossen.

Cytinus, flos mali Punicæ ſativæ. Die Blüt der Granatäpffel.

D.

Dactylus, Palmula, caryotis, Palmæ arboris fructus, à digiti ſimilitudine ſic dictus. Datteln.

Digitatum folium nobis cum Jungio dicitur, in quo plures laciniæ ſeu plura ſimplicia folia quaſi ad unum petioli punctum ſive terminum aptata ſunt, ut in *Pentaphyllo*, *Lupino*, *Cannabe*, *Vitice*, *Trifoliis*, *Fragaria*, &c.

Diſcus, eſt media pars floris compoſiti ex compreſſis & confertis floſculis, ita ut unam quaſi apparentem ſuperficiem conſtituant, ut in *Caltha*, *Flore Solis*, &c. à ſimilitudine *diſci* cujus figura plana erat ac rotunda, ut ex veteri ſtatua apparet. Hinc Sol Græcis Diſcus appellatur. Erat autem Diſcus moles aliqua è plumbo alióve metallo quam jacientes athletæ inter ſe decertabant.

E.

Echinus, aſperum & ſpinoſum Caſtaneæ operculum, & in genere quicquid numeroſa congerie aculeorum ſtipatur, ſive tegmen, ſive caput, ſive cacumen fuerit, à ſimilitudine Echini animalis. Stachlichte Frucht. In Zoologiâ Quadrupes, & Inſectum marinum cruſtaceum.

F.

Fibræ, sunt veluti stamina rebus nonnullis intertexta, v. g. *ligno*, *foliis*, &c. sic fibras ligneas vocamus corpora seu filamenta in longum extensa, ex quibus maximam partem lignum componitur, vid. lib. 1. cap. 8. Item fibræ dicuntur minutissimæ & extremæ radiculæ, Die Härlein an den Wurtzeln.

Flos, est pars plantæ tenuior, colore vel figurâ vel utroque insignis, fructui prævia, eique plurimum cohærens, & tenello tegendo fovendóque inserviens, quæ postquam explicatur brevi aut decidit aut inarescit. Flos simplex & compositus seu aggregatus, uniformis & difformis, discoides, radiatus, &c. quis sit vide, *Raii* H. P. lib. 1. cap. 11. pag. 18, 19.

Folia, in Mineralogia folia Auri & Argenti, dicuntur laminæ tenuissimæ eorundem metall. seu Aurum & Argentum in tenuissimas laminas diductum.

Folii differentias, quidque per folium digitatum, pennatum & triangulatum intelligamus, vide *Raii* lib. 1. cap. 9. p. 13.

Folium, definiente *Jungio*, est quod à sede cui adhæret ita in longitudinem & latitudinem extenditur, ut tertiæ dimensionis termini inter se differant, hoc est, superficies folii interna seu superior caulem respiciens ab externa seu inferiore.

Folliculus, est theca tenuis quæ granum, vel semen continet involutum. Das Samen Hauß.

Frit

Frit, *Varroni* quod in ſumma ſpica matura minus eſt quàm granum. Das oberſte in reiffen Aehren.

Frontatum petalum, ſeu floris folium nobis dicitur quod in extremum latius & non rarò rectâ lineâ terminatum deſinit, ut in *Calendula* & ſimilibus.

Fructus, ſunt grandiores illi ac ſucculenti plantarum fœtus, ſeminum receptacula, ut *Poma*, *Pyra*, *Pruna*, &c. à fruendo, ſed & latiùs extenditur nomen fructus ad omnem agrorum proventum. *Jungio fructus* dicitur *pars plantæ annua, flori cohærens & ſuccedens, qui ubi maturuerit, id eſt, ad perfectionem ſuam pervenerit, ſponte à planta abſcedit, & terrâ aliâve commodâ nutrice exceptâ, novæ plantæ fit initium.* Die Frucht. Sunt ergo fructus, vel Pericarpia integra cum ſeminibus contentis, vel Semina ſola in iis quibus pericarpium deeſt.

Fruges, quicquid de terræ proventu in alimoniam cedit. Errant ergo qui diſcriminant legumina à frugibus.

Frumenta, ſive frumentacea Botanicis dicuntur quæcunque geniculato culmo & arundinaceis foliis conſtant, ſeménque pultibus aut panificio aptum in ſpicis aut jubis producunt, ut *Triticum*, *Hordeum*, *Milium*, *Panicum*, &c. Frugum enim duo ſunt ſumma genera, Frumentacea & Legumina. Cæterùm & Ficuum grana illa exigua Frumenta dicta ſunt *Plinio*.

Frutex, definiente *Bodæo à Stapel*, eſt ſtirps inter

ter lignoſas altitudine ac craſſitudine mediocris, cui pro ſuperficie ſtipes perennis, natura multiplex, qüíque facilè in naturam arborum ſtolonum abſciſſione tranſcendit. Eine Staude.

Fundus, plantæ (πυθμὴν) *Jungio* eſt limes communis, in quo radix & pars ſuperna cohærent.

G.

Gemma in Phytologia idem eſt quod Oculus. Ein Auge. Id quod in arboribus tumeſcit cum parere incipiunt. Gemmæ pleniorem deſcriptionem vide *Raii* lib. 1. cap. 8. p. 12. in Mineralogiâ Lapis pretioſus eſt. Ein Edelgeſtein.

Geniculum, eſt nodus quidam herbarum in caule. Die Knotten und Gelencke an Halmen und Stengeln.

Glans dicitur, quod cortice conſtat cruſtoſo unicum tantùm ſemen continente, cujus pars poſterior, quæ arbori adhæret, calyce proximè cooperitur, parte ſuperiore nuda, *Spiegel. Iſag*. Rectiùs Glans dicitur ipſe fructus calyce contentus.

Gluma, *utriculus*, folliculus grani ſeu involucrum ſeminum in frumentis; à glubendo, quod eo folliculo deglubitur granum. Der Balck.

Granum, propriè ſemen frugum dicitur, indè generaliùs quicquid minutum eſt, & ſimilitudinem aliquam habet cum grano frumenti.

Gummi, eſt ſuccus plantæ concretus, qui in aqua facilè diſſolvitur, in igne non liqueſcit, nec flam-

flammam concipit, ſed duntaxat crepitat; cujus generis ſunt *Gummi Arabicum*, *Gummi Ceraſi*, &c.

H.

Herba(definiente *Bodæo à Stapel* ex Antiquorum ſententia) eſt ſtirps, cujus ſuperficies eſt ex foliis tantùm, vel etiam ex caule ſed illo annuo, carnoſo qui diutiùs durare nequit, lignoſusque non eſt niſi cùm exaruerit. In praxi medica pro foliis ſolis ut plurimum uſurpatur.

I.

Internodium, eſt intervallum inter bina genicula, quale in culmis & arundinibus cernitur. Der Raum zwiſchen den Gliedern am Rohr.

Juba in Phytologia, eſt arundinacea coma laxè effuſa, qualis in Milio eſt.

Julus, nucamentum, quod in Corylo, Juglande, &c. velut prælongus vermiculus dependet, & nihil aliud eſſe videtur quàm florum ſtamineorum ſeries. Die Drateln oder Nuß-blüt. Salicum Juli à Juglandis, &c. diverſi ſunt; nam in fertilibus plantis numeroſis vaſculis ſeminalibus conſtant.

L.

Lachryma, eſt humor è plantis, tum ſponte effluens (ſive is concreſcat v.g. in oleum, reſinam, gummi, ſive non) tum facta inciſione emanans. *Schrod.* *Spigelius* lachrymam in eo diſtinguit à ſucco, quòd liquor qui ex contuſa herba exprimitur aut elicitur, ſuccus vo-

cetur,

cetur, qui verò vel ſponte, vel inciſione manat *lachryma*.

Lacinia, eſt portio folii inter duas fiſſuras (fiſſura eſt profundior ſciſſura) incluſa.

Lanugo, in Phytologia eſt mollis foliorum aut fructuum lana, ut *Cydoniorum*, &c. *Jun.* vel (ut *Schröderus* definit) filamenta tenella cuticulæ extimæ inſtar pilorum aut lanæ adnaſcentia. Die Wolle am Kraute.

Lapides, in Mineralogia ſunt corpora terrea, dura, inductilia: in Phytologia cortices duriores, nucleum includentes, qui quandoque lapides referunt: in Zoologia calculos exhibent in animalibus repertos.

Legumen, legumentum, quicquid ex terræ ſatis in ſiliqua naſcitur, ut *Faba*, *Piſum*, *Cicer*, *Lens*; à legendo, teſte *Varrone*, quoniam id non ſecatur, ſed legitur manu vellendo. Allerley Gemüß. Nos in hoc opere leguminibus acceſemus herbas omnes, quæ florem producunt papilionaceum.

Liber, interior tunica arboris ipſi ligno adhærens. *Jun.* Unde liber adhuc dicitur, in quo ſcribitur ex quacunque ſit materia, quia ante repertum chartæ vel membranæ uſum de libris arborum volumina compaginabantur. Die innerſte Rinde am Baum.

Loculamentum, eſt camera quædam ſecluſa & diſtincta in ſeminum vaſculis, uti videre eſt in capitulis Papaverum. *Jun.* Eine Zell. Interdum ipſa capſula & ſeminis involucrum.

Locuſtæ, in Phytologia ſunt Avenaceæ glumæ ſingula-

gulares cum fœminibus ex longis filis dependentes, ob quandam ſimilitudinem cum locuſtis dictæ. Extenditur hoc nomen ; ad Graminum paniculatorum grana glumis involuta ſignificanda. In Zoologiâ Inſectum eſt.

M.

Malicorium, Mali Punici cortex.

Matrix arboris, idem eſt quod ejus medulla ſive Cor. In Zoologia Uterum ſignificat.

Medulla, in Mineralogia partem molliuſculam denotat, quæ in ſaxis nonnunquam reperitur. Steinmarck. In Phytologia mediam cujuslibet plantæ partem molliorem & ſpongioſam ſignificat, quam & Cor matricémve appellant, cujus deſcriptionem pleniorem vide *Raii* lib. 1. cap. 4. p. 7. In Zoologia adipem ſignificat in Oſſium medietate contentam: vel molliorem illam ſubſtantiam, quæ in ſpina dorſi ac cranio eſt.

Malleolus, definiente *Columella* lib. 3. cap. 5. novellus eſt palmes innatus prioris anni flagello, cognominatusque à ſimilitudine rei, quòd in ea parte quæ deciditur ex vetere ſarmento prominens utrinque Malleoli ſpeciem præbeat.

Merges, manipulus ſpicarum, quantum ſcil. ſemel inſtrumentum meſſorium, mergus dictum, inter metendum capit. Eine Garbe.

Minera, eſt terra ſive materia, ex qua mineralia & maximè metallica fiunt.

Mineralia, ſunt ea quæ non ſunt Vegetabilia

nec

nec animalia, ut Metalla perfecta & imperfecta.

Mutica ſpica dicitur quæ ariſtis caret, quaſi mutila.

N.

Nervus, in Phytologia, prælongum & continuum filamentum folia perreptans, ut in Plantagine, quæ inde quinquenervia & ſeptinervia dicitur. In Zoologiâ, eſt pars fibroſa, longa, rotunda, alba, inſtar Cannæ Indicæ poroſa, Spirituum animalium diductioni inſerviens, ut hoc ritu partes corporis mobiles & ſenſibiles ſint.

Nucamentum, idem quod *Julus*, quædam ſcilicet quaſi panicula dependens è ramis nucum aliarúmve arborum: Die Nuß-Blüt.

Nucleus, Veteribus *Nuculeus*, id veſcum quod ſub putamine nucis latet, & generaliùs ſemen quodcunque nucibus vel fructibus incluſum & occultatum. Der Kern.

Nux, agriculturæ ſcriptoribus dicitur omne Pomum quod foris duro tegitur cortice, intus verò continet, quod eſt eſui. *Macrob.* Hi nempe exiſtimarunt Pomum cum Malo haud idem eſſe, ſed Pomi nomen Nuces atque Mala continere. Nux, fructum denotat cortice lapideo nucleum occludentem. Die Nuß.

O.

Oculus, *Gemma*, tuberculum in arborum ſurculis unde germinant. Das Auge. Hinc *inoculatio* inſitionis ſpecies, cujus deſcriptionem vide

Raii

Raii H. lib. 1. cap. 19. pag. 37. *Schröderus* oculos exponit florum prodromos, inque flores explicabiles, nimis restrictè, nam Oculus æquè latè patet ac Gemma.

Olea, sunt pinguedines fluidæ.

Olus, quæcunque herba esculenta, ab olla nomen sortita, quòd in cibum veniat *Junius.* Holus *Julio Scaligero* ab ὅλος, claro indicio priscæ frugalitatis, quæ ad victum nihil obsonii sibi deesse existimaret, modo ne deesset olus. Hoc enim ὅλον est sicut Panis πᾶν. Jos. *Scaliger* in notis ad *Varronem* olus deducit ab *oleo* cresco, quod olera in hortum translata ex agrestibus culta fiant. Allerley Küchen-Kraut.

Ossa, in Zoologiâ notissima sunt. Knochen.

Ossiculum, O, penetrale fructuum carne contectum, in quo nucleus est, ut in Cerasis prunisque. Das Harte/damit der Kern beschlossen wird.

P.

Palmula, Dactylus, caryotis. Datteln.

Panicula, est lanosa coma unde semen dependet, ut in Arundine. Milio, Gramine, &c. seu (ut *Jungius* definit) Spica laxè diffusa præsertim propendentibus petiolis, ut in *Milio.* Idem valet quod Juba & opponitur Spicæ.

Pappus, lanugo è floribus veterascentibus decidua & volatica, qualis in Carduis, Eringio, Hieracio, &c. cernitur. Hinc Herbarum classis Papposa seu Pappiflora dicta. Die weissen Wullichen so im Herbst fliegen.

Pecten arboris, linearum tractus qui in longum excurrit in materia seu ligno, cujusmodi in pectine conspiciuntur dentes. Wie das Blat am Weber-Zeug.

Pennatum folium est, in quo bini lobi seu mavis folia partialia, è regione sibi ad idem quasi costæ punctum sive ad eandem costæ distinctionem opponuntur, ut in *Fraxino*, *Juglande*. &c. seu folium compositum ex foliis partialibus binis sibi invicem ad costam mediam oppositis.

Petala, nobis *F. Columnam* sequutis dicuntur floris folia, seu laminæ illæ tenellæ colore insignes & fugaces. Hoc autem nomine partim ob brevitatem, partim ad Homonymiam evitandam pro floris folio utimur. Hinc monopetalæ herbæ nobis dicuntur, quorum flos unico folio seu lamina constat, tripetalæ, tetrapetalæ, pentapetalæ, &c. quorum flos tribus, quatuor, quinque &c. foliis componitur.

Pediculus, est à quo folium, aut flos, aut fructus dependet. Die Stiele an der Blüt oder Früchten. In Zoologiâ Insectum est.

Perianthium, est quod florem tegit, & dicitur etiam calyx.

Pericarpium, nonnullis restringitur ad significandam pulpam mollem seu humidam semina ambientem, ut in *Pyris Pomis*, &c. Alii latiùs extendunt id nomen, ad significandum thecam, aut involucrum seminis quodcunque, sive membranosum id sit, ut in vesicis

Ulmi,

Ulmi, *Staphylodendri*, &c. ſive durum, ut in *Caſtanea*, ſive carneum, ut in *Pomis*, &c.

Petiolus, idem eſt quod pediculus. Der Stengel.

Pinguedo, idem eſt quod adeps. Fett.

Planta, eſt vegetabile integrum.

Pomum, generale nomen eſt, quo continetur omnis fructus arboris eſui aptus, ſive is molli corio tegatur, ſive duro, ut ſcil. Nucem & Malum ſub ſe complectatur. Nos cùm arbores quaſdam *Pomiferas* dicimus Pomi nomen ſtrictiùs accipimus pro fructu, cujus caro eſculenta, nec duro putamine includitur, nec oſſiculum in ſe continet. Ein Apffel oder Birn. Alii Pomum à Nuce diſtinguunt, ut Pomum ſit quicquid foris habet quod edendo eſt, & durum intus includit. Nux quicquid foris duriore corio tegitur, intus habet quod eſt eſui.

Pulpa, eſt caro ſeu ſubſtantia fructuum ſucculentorum inter corticem ac nucleum comprehenſà, v.g. Pomorum, Ceraſorum & ſimilium. Primariò ſignificat partem carnoſam in corpore animalis.

R.

Racemus, eſt integra uva è multis conſtans acinis. Ein Trauben-Zweig. Ad alios etiam fructus extenditur, qui uvæ in modum ex pluribus acinis ſunt conglobati.

Radix, definiente *Jungio*, eſt pars plantæ inferior, quæ intra corpus ſolidius, quod plantæ ſedem præbet, abdita (ſive illud terra ſit ut plerumque, ſive ſaxum, ſive calx, ſive arena,

ſive lignum, ſive quodcunque aliud) & alimento attrahendo deſtinata eſt. Nonnullæ ex plantis ſubmarinis radices habent expoſitas & minimè intra corpus aliquod ſolidius abditas, ſed duntaxat ſaxa in fundo jacentia amplectentes.

Ramus, eſt in quem caulis dividitur, eſtque velut brachium plantæ. Ein Aſt oder Zweig.

Reſina, eſt liquor pinguis & oleaginoſus ex arbore ſeu ſponte ſeu eâ vulneratâ deſtillans, quæ in aqua non diſſolvitur, ſed in oleo duntaxat, & flammam facilè concipit.

S.

Sagitta. dicitur ſuperior pars ſurculi aut flagelli. Vid. *Raii* lib. 1. cap. 18. pag. 33.

Scapus, eſt caulis rectus in columnæ modum. *Jun.* Eſt enim ſcapus ipſum corpus columnæ inter baſin & epiſtylium. Die Stiele. Vel Scapus eſt pars caulis ramoſi, qui à fundo ad cacumen unâ quaſi lineâ extenditur, cui rami utrinque adhærent. *Jung.*

Scobs, quod ſerra de ligno deteritur. Feylſtaub oder Sägmehl. Sic etiam dicitur limatura, ſeu illa velut farina quæ limâ abraditur: à Scabendo.

Semen, in Officinis minutiores plantarum fructus denotat, ex quibus ſimile naſci poteſt. *Schröd.*

Sevum, eſt pinguedo duriuſcula. Unſchlitt.

Siliqua, eſt folliculus oblongus, cui Leguminum & ſimilium grana includuntur. Die Hulſen.

Spadix, Ramus Palmæ una cum fructibus re-

vul-

vulſus; inde color quidam Spadiceus denominatur. Kaſtanien braun.

Spica, eſt quod culmus extulit, continetque granum, glumam & ariſtam, ein Kornähre. Verùm hoc nomen latiùs extenditur: unde rectè à *Jungio* definitur, quod ex floribus vel ſeminibus ſpiſsè compoſitum eſt, ita ut conus erectus ſed oblongus, ſive admodum acutus inde evadat, ut in Plantagine, Biſtorta, Secali, Hordeo, &c.

Stamina, idem ſunt quod Capillamenta, quæ ſic deſcribit *Spigelius. Iſag.* lib. 1. cap. 6. Sunt autem ſtamina in floris medio, quod umbilicus appellatur, partes oblongæ, tenues veluti capillamenta, interdum paulò craſſiores, paululum prominentes in ſummitate, apicibus frequenter præditæ, quæ ſtylum, partem ſimiliter oblongam, ſed paulò craſſiorem, atque è centro umbilici emergentem, ambiunt.

Stercus, eſt excrementum animalium per anum excretum.

Stirps, planta firmitate prædita *Jun.* in genere Plantæ Synonyma eſt.

Stolones, ſunt cauliculi inutiles à radicibus aut caudicis lateribus ſuccreſcentes. Ein unnützer Zweig am Stamme oder Wurtzel des Baums. *Jo. Bodæus à Stapel* Stolonem dici vult, quæ naſcitur circa ſtipites & avellitur cum radice & corporis parte; quo à Viviradice differt, quæ integra ex arboribus è lon-

longinquo extrahitur. Vid. *Raii* lib. I. cap. 19 p. 33.

Stylus, in Phytologia est pars floris medium ejus occupans & rudimento fructùs aut seminis cohærens. Dicitur stylus, quia in longitudinem tenuem plerumque extenditur, *Jung.* Vid. *Raii H.* lib. I. cap. 19. p. 33.

Succi, in Officinis vocantur expressi liquores, ex radicibus, foliis floribus, fructibus, &c.

Suffrutex, est planta humilior, lignescens & perennis, à radice non foliata, & ab imo statim ramosa; vel Planta inter lignosas minimæ & altitudinis, & crassitudinis superficie perenni, non gemmipara, ut *Salvia, Ruta, Lavendula.*

Summitates, sunt cacuminula herbarum; dicunturque de herbis foliorum minutiorum.

Surculus, est quod in ramis simplex assurgit, tenerum & exile. Est etiam ramulus novellus, qui inspicatur ad ferendum. Ein junger Schoß oder Reiß / germen arboris anniculum.

T.

Testa, vel ovorum cortex externus appellatur, vel concharum tegumenta.

Thyrsus, est quod virgulæ in modum, aut in teli rectitudinem in planta consurgit: *Caulem autem medium fruticis qui vulgo thyrsus dicitur*: Servius. Vossius exponit, *quicquid sic consurgit ut in gracilitatem attenuetur, ut arbores coniferæ, vel coni piceæ* Apud Botanicos cum Spica confunditur. Item Hastula frondibus

bus veſtita, quam ſolebant Bacchantes ferre.

Tomentum, eſt lana brevis forpicibus deſecta, aut in poliendo à fullone de pannis rudibus aut interpolatis deducta, quâ inferciuntur culcitræ qualeſcunque. *Jun.* Scheer-Wolle. Hinc ad plantas transfertur, quæ molli & lanosâ comâ in capitulis eminente præditæ ſunt, ut *Carduus tomentoſus*, *Gramen tomentoſum*, &c.

Truncus, caudex arboris ramis & frondibus deſtitutus.

Tuber, eſt fungus ſubterraneus, à tumeo. Hinc dicitur de plantarum radicibus prætumidis, rotundis. Radices tuberoſæ, Tuberoſen/ knollichte Wurtzeln.

Turiones, tenella arborum, fruticum aut herbarum cacumina, quaſi teneriones; vel ut *Voſſius* vult, quia facilè teruntur. Teneritates ſummitatum ipſarum arborum, quæ ſingulis annis creſcunt. *Schröd.*

U.

Venæ, in phytologia ſunt, quæ in plantarum foliis apparent, fibræ in ramulos diviſæ: in Zoologia quid ſint ignotum non eſt.

Verticillatæ plantæ dicuntur, quarum floſculi caulem articulatim velut verticilli amplectuntur foliolis interſperſis, ut in *Pulegio* & *Marrubio* cernitur. Sunt autem Verticilli inſtrumenta quædam rotunda, quæ fuſis adhibentur, ut faciliùs vertantur; G. gewürbelt dicimus.

Villi, idem quod fibræ. & pili.

Vimen, omne virgultum lentum ac flexile, ad ligandum aptum, à Viendo. Allerhand schwancke Reiser / so sich flechten lassen.

Vinaceum, granum acini, γίγαρτον. Traubenstein. Vide *Acinus*. Accipitur etiam nonnunquam pro tortis uvæ expressæ reliquiis.

Umbella, vocatur floris seminisve velut pedamentum, in pluris divisum longiores pediculos, qui simul ex eodem fastigio orti in latius continuò radiantur, singulique florem sustinent in orbem circumactum, ut in *Fœniculo*, *Anetho*, *Apio*, &c. vel, ut *Jungius* definit, est extremitas caulis permultas subdivisiones in coni universi figuram aptata; à similitudine umbellæ, qua mulieres faciem à Sole arcent. In Umbelliferis enim summus caulis, summique ramuli in plures ab eodem puncto ortos radios dividuntur, singuli radii itidem in plures pediculos qui flores sustinent.

Umbilicus, 1. quod in Pomis vel prominet, vel reconditur ab adversa pediculi parte. 2. media pars floris unde stylus & stamina emergunt.

Unguis, pars ima folii Rosæ albida. Extenditur etiam ad florum aliorum petala. In Zoologiâ *Ungues* sunt corneæ extremitates digitorum & pedum. Die Nägel an Händen und Füssen.

Ungulæ, sunt cornea tegumenta, quib⁹ pedes non nullorum animalium conteguntur. Ein Hueff.

Uni-

Uniformem florem dicimus, cujus anterior pars posteriori & dextra ſiniſtræ ſimilis eſt. Vide *Raii* lib. 1. cap. 11. pag. 18.

Urina, eſt excrementum ſeroſum à ſanguine in renibus ſecretum, per ureteres ad veſicam delatum, donec convenienti tempore & loco, excernatur. Urin.

Volva, Pomi medium, in quo ceu loculo latent ſemina. *Scribon.*

Uruncus, quod in infima ſpica ad culmum ſtramenti eſt minus quàm granum.

Uſnea, vide Muſcus in Phytologia.

Utriculi, ſunt ſeminum in frugibus involucra & operimenta, quæ trita & cribro excuſſa Glumæ ſive Acus dicuntur.

Hæc Terminorum explicatio maximâ ex parte à Clariſſimo Raio *mutuata eſt.*

CAP. II.

De Inſtrumentis Pharmacopœticis.

INſtrumenta medicamentorum præparationi inſervientia varia ſunt, differuntque non modò ratione Officii, ſed & materiæ formæque inde dependentis diverſitate. Officii ratione alia medicamentorum præparationi, alia aſſervationi inſerviunt. Materiæ reſpectu, fiunt alia ex lapidibus, alia ex terris, vitris, metallis, lignis, corio, linteo, panno, &c. Forma inſtrumentorum varia exiſtit, prout illorum offi-

cium requirit materiaque permittit. Nos usitatiora Synopsi damus.

Agitaculum.

Ahenum. Kessel. Est vas cupreum, medicamentis coquendis destinatum.

Alembicus. Ein Helm. Est instrumentum chymicum, quod cucurbitis & vesicis destillatoriis superimponitur, habet formam galeæ, intus concavum, extus convexum, circa infimam partem rostrum habet cucurbitale, per quod vapores descendunt: Conficiuntur ex ære, stanno, vel vitro,

Ampullæ. Phiol Gläser. Sunt vitra rotunda, quibus collum in summitate est.

Arculæ. Diversæ formæ ad reponenda simplicia.

Catillus, vel *Catillum.* Pfänlein / Topff.

Catinus, vel *Cupella.* Test oder Kapelle. Est ex cineribus ossium aut aliis rebus compositum, in quibus Aurum & Argentum à sordibus suis depuratur.

Circulatorium. Ein Glaß zur digestion. Est vas vitreum, ubi infusus liquor, ascendendo, quasi in circulo rotatur. Varia sunt hujus generis vasa, ut Alembicus Cæcus, Pelecanus Gemina, Diota, &c.

Cochleare, Eine Kelle. Quod majus est, & ex ære conficitur, vel ex argento aut stanno; & minus, quod dicitur. G. Ein Spehn.

Colatorium. Est cribrum, pannus, linteum aut aliud quid, per quod aliquid colatur.

Cribrum. Ein Sieb,

Crucibulum. Ein Tiegel, Est vas fusorium ex terra

terra igni contumacissima, factum, acutiore basi, & ferè in ampliorem capacitatem forma triangulari vel rotunda desinens.

Cucurbita. Ein Kolben. Est vas Chymicum turbinatum ex terra vel vitro confectum, destillationibus, per alembicum instituendis aptum.

Fictilia. Irdene Gefäß. Variæ formæ.

Forceps. Ein Zange.

Infundibulum vel *Tritorium.* Ein Trichter. Est vas transmittens, in summitate latum, quod paulatim in fistulam cuspidatam desinit, & ex metallo vel vitro fabricatur.

Lebes. Ein eherner Diegel oder Pfanne.

Lima raspatoria. Eine grobe Feile.

Malleus. Ein Hammer.

Manica Hippocratis. Hippocratis Sieb. Est sacculus laneus, figura pyramidali, quo vina aromatica & medicamentosa, aliique liquores percolantur.

Matracium. Est vitrum circulatorium, habétque formam fere rotundam, cum collo satis longo.

Mensuræ vel *Lagenæ.* Allerhand Maaß. Variæ magnitudinis, pro mensurandis vel Spiritibus vinosis, vel Aquis tum Simplicibus tum Compositis, vel vino, &c. In Medicina tamen usitatiores sunt *Cochleare*, quod, in Syrupis, continet Unciam dimidiam; in Aquis Stillatitiis, drachmas tres. *Cyathus* qui comprehendit Unciam unam cum semisse; & *Congius* qui Libras octo continet. V. *Autores de*

Men-

Mensuris, præsertim Greavium, Bernardum, & *Cumberlandum* Noſtrâs.

Mortaria. Mörſer. Vaſa ſunt ex ære, marmore, ligno, aut vitro confecta, in quibus piſtillo ferreo, aut ligneo vel vitreo, res quædam contunduntur.

Ollæ & Ollulæ. Töpffe. Variæ formæ, & magnitudinis.

Piſtilla. Die Stösser im Mörſel. Inſtrumenta ſunt Pharmaceutica, ex ferro, ligno, aut vitro confecta, quibus res in mortariis tunduntur.

Pondera. Allerley Gewicht. In uſu medicinali ſunt Granum, Scrupulus, Drachma, Uncia, Libra.

Granum	Cujus ſignum,	*Gr.*
Scrupulus		℈
Drachma		ʒ
Uncia		℥
Libra		℔

Grana viginti	conſtituunt	Scrupulum.
Scrupuli tres		Drachmam.
Drachmæ octo		Unciam.
Unciæ duodecim		Libram.

De his conſulantur Autores varii de ponderibus & Menſuris, in hiſce enim maxima eſt confuſio, & obſcuritas, adeò ut Antiqui in multis rebus nobis haud intelligendi ſint.

Porphyrites, Roht Marmelſtein.

Prælum, vel *Prelum.* Eine Preſſe.

Pyramis. A figura.

Pyxi-

Pyxides. Blecherne Büchsen. Capsulæ sunt, in quibus nempe Medicamenta asservantur.

Receptaculum vel *Excipulum.* Ein Empfang Glaß/ oder Vorlage. Est vas amplum in quo guttæ & vapores destillantes excipiuntur.

Retorta sive *Cornuta.* Die Retorte. Vas Chymicum est, ex vitro, terra, vel ferro conflatum, figura rotunda, ad cujus latus rostrum est, flexum, retortum, & cavum, per quod destillanda ingeruntur & egeruntur.

Rudicula, Spatula, vel *Spatha.* Ein Spahten oder Rühr-Schaufflein. Instrumentum est oblongum, ex argento, chalybe, Cupro, ligno, aut ebore confectum, inferiùs latum, quo medicamenta varia absque manuum inquinatione commodè tractantur.

Rutabulum. Ein Rühr-Haken. Instrumentum, quo Pharmacopœi utuntur in proruendo igne.

Sacculi. Kleine Beutel. Ex charta, &c. confecta.

Separatorium. Scheideglaß. Vas est Chymicum vitreum oleis ab aqua separandis destinatum.

Tegulæ. Diegel.

CAP. III.

De Collectione simplicium.

TAmetsi in peregrinis simplicibus certum collectionis tempus sciri nequeat, eorum tamen color, odor, sapor, ac species judicium nostrum subeunt, ex quibus omnibus

ac

ac ſingulis, collectionis debito modo & tempore factæ, notas deſumere poſſumus. Ea porrò, quæ noſtris terris innaſcuntur, tum demum colligere ac in uſum medicum congerere oportet, cum maximè vigent aut matura ſunt, vel ad propriæ virtutis perfectionem plus minus accedunt.

Ex Mineralibus, optima Metalla cenſentur quæ maturuerunt.

Ex Vegetabilibus, radices evellantur inclinante vere aut æſtatis initio, poſt primorum foliorum eruptionem, tunc enim ſucco probe concocto turgent: quo tempore eas ſummarum virium, & maxime medicamentoſas eſſe Authores affirmant. *Herbæ* colligendæ ſunt, quando folia magnitudine, colore, & odore vigent, præſertim quæ cacumini ſunt propiora, idque cælo ſicco, & ſereno, atque tempore meridiano. *Flores* colligendi, quando expliciti pulchritudine ſuâ luxuriunt; non dehiſcentes aut decidui: Flores verò Roſarum, pro conficiendâ conſerva, avellendi ſunt, priuſquam aperiantur. *Fructus* priuſquam decerpantur, probe maturi ſint, oportet: niſi datâ operâ immaturi expetantur, ac deinde exſiccentur aëre, vel ſole, & ſi opus ſit, in clibano poſt panis extractionem. *Semina* colligenda ſunt, cum ſiccari cœperunt & antequam excidant, & in loco ſicco, non calido, ad uſum reponantur. *Cortices* & *Ligna* avellantur, quando arbores in pleno vigore ſunt.

Animalia eorúmque partes ſumi debent ex iis quæ ad ætatem conſiſtentiæ pervenerunt.

CAP.

CAP. IV.

De Asservatione & Duratione Simplicium.

SImplicia collecta asservari ad usum debent, sic tamen, ut asservatio non extendatur ultra terminum durationis, quia vires cum tempore languescunt.

Mineralia pleraque, quia durabilioris ac solidioris sunt substantiæ, diutiùs ideo integris viribus durare possunt.

E *Vegetabilibus*, *Flores* quamdiu odorem, colorem, & saporem retinent, asservari possunt; quod tamen spatium vix ad annum extenditur; mutandi igitur singulis annis. *Herbæ* diutius validæ durare possunt: tamen singulis annis, præsertim indigenas, mutare convenit. *Semina*, quo calidiora, acriora, & magis aromatica, eo durabiliora sunt, eóque per biennium aut triennium, servari possunt, minutiora tamen, ac frigida minora, singulis annis renovare expedit. *Fructus* quotannis mutandi sunt; exotici tamen, duriori cortice, ac crustâ vestiti, per duos tresve annos & plures durant. *Radices* parvæ, tenues, raræ, anno quolibet mutandæ: magnæ, crassâ substantiâ præditæ, biennium vel triennium integræ manent. *Cortices*, in annum & ultra perdurant. *Ligna*, biennium, triennium vel quadriennium & ultra asservantur. *Gummi* & *Resinæ* durabilioris sunt naturæ,

Ani-

Animalia eorumque partes, vires ſuas vegetas, obtinere creduntur, quamdiu incorrupta ſervantur, id quod rancido fœtore, ſapore, ſitu, atque coloris mutatione, dignoſci poteſt: molliores tamen partes ſingulis annis mutare præſtat.

CAP. V.

De modo adaptandi Simplicia ad Aſſervationem.

MOdus adaptandi variat, prout res integra in partes diſſecta, repurgata vel ſecus aſſervari poſtulat, vel prout diverſo ſitu eſt collocanda, aliudve expetit, cujus auxilio à corruptione conſervetur.

Flores aſſervantur ut plurimum à caulibus ac foliis ſuis herbaceis ſegregati. *Herbæ* ſeu *Folia* ſi grandiora fuerint, caulibus craſſioribus, ſeorſim à caulibus decerpta reponuntur: ſin caulibus ſint tenuioribus, una cum iiſdem aſſervantur, nec rarò unà cum floribus. *Radices*, aliæ ſervantur integræ, aliæ in taleolas diſſectæ, ſimiliter adimitur nonnullis lignoſa matrix.

Carnoſæ animalium partes lavantur primum pro libitu, cum vino vel decocto convenienti, hinc exſiccantur in furno. *Res pingues & oleoſæ* lavantur in aqua aliquoties, donec puræ evaſerint: hinc lento igne liquantur, colantur, effunduntur ve ſuper frigidam, ut ſordes ad fundum ſubſidant, vel in ſpumam colligantur, poſt reponuntur in locum frigidum, quo ſervantur.

vantur. *Membranosæ partes*, ut inteſtina, ſecundùm longitudinem ſecantur, abluuntur vino vel decocto convenienti, in fruſta diſſecta exſiccantur in clibano ac ſervantur. *Sanguis* repurgatur à ſero, hinc exſiccatur in furno. *Fella*, detrahuntur à jecore præligatiſq; filo viis introitus & exitus, ſiccantur in camino ſuſpenſa. *Coagula* exiccata fumo aut ſole aſſervantur.

CAP. VI.

De Loco Aſſervationis Simplicium.

LOcus in genere eligendus eſt purus, aſſervandoque medicamento conveniens, ſublimis, ſiccus, pervius, ſeptentrionem meridiemque ſpectans. Vitandus è contra locus impurus, pulverulentus, ſubterraneus, uliginoſus, inſolatus, infumatus, &c. Cuſtodiendæque ſunt res ne à radiis ſolis urantur, neque ſqualore tecti vel murorum madefiant. Quin, imo non abs re foret, in peculiari camera ſeu hypocauſto, ſuper ſcamnis ac aſſeribus, herbas rara ſtratificatione, blandi caloris beneficio ſiccare, poſtmodumque vaſis mundis aſſervare.

E Mineralibus; *Terræ*, *Metalla* & *Lapides*, Scatulis vel arculis ligneis aſſervari poterunt. *Salina*, ligneis cuſtodiuntur vel vitreis, reponunturque loco ſicco. *Aquea* vitris, vel urceis vitreatis.

E Vegetabilibus, *Flores* & *Herbæ* ſiccantur in umbra imponunturq; ſacculis chartaceis vel arculis ligneis, ut à pulvere tutæ ſint. *Semina* &

Fructus asservantur loco sicco vasculis ligneis, pyxidibus, chartisque, ut eò diutius & sine impuritate perdurent, involvuntur. *Radices* asservandæ sunt in aëre sicco, vasculis ligneis. *Cortices & ligna* arculis ligneis, locoque sicco asservantur. *Gummi*, ac *Resinæ* siccæ, sicco loco atque ligneis vasis includuntur; liquidiores in urceis.

Ex animalibus. *Animalia* eorumque partes sicciores in pixidibus ligneis reponuntur. *Adipes & Medullas*, vasis, aut urceis, vel singulis vel vitreatis recondere convenit, locoque frigido ac sicco asservare.

De Collectione & asservatione simplicium v. plura apud *Laurenbergium Horticult.* & apud *Simonem Pauli in Quadripart. Botan.*

CAP. VII.

De Viribus, & Usibus Fossilium, Vegetabilium, & Animalium in genere.

HIC maximus differendi campus, universam ferè Creationis faciem complectens; sine his nec lautè nec commodè nec omninò vivitur, quæcunque ad ædificium, ad vestitum, ad victum, ad medicinam, ad navigium, oblectamenta sensuum, & delicias, quæcunque ad vitam humanam necessaria sunt, è vastissimo & locupletissimo hoc Naturæ thesauro abundè suppeditantur. Verum, his missis, de eorum tantùm viribus seu usibus in medicinâ verba faciam; tàm Antiqui quam Neoterici

terici hasce vires & usus diversimodè investigârunt; Alii, à temperamentis seu primis rerum naturalium qualitatibus, calore, frigore, humiditate, siccitate. Alii à Saporibus, ut *Grevius*, & *Floyerus*. Alii à Signaturis, & Aspectu Planetarum. Aliqui ab esu & pastu Insectorum. Quidam à Loco & Tempore crescendi; sed hæc incerta omnia; optimus investigandi horum vires nobis modus esse videtur, experimenta faciendo in corporibus Animalium, quos effectus & Phænomena res ipsæ producunt in machinis nostris vel purgando, movendo Diaphoresin, Urinam, Vomitum, Narcosin; vel specificè & alterativè agendo in humores. Horum ferè omnium illustria experimenta dedit *Wepferus de Cicutâ aquatica.*

De Chymica materiæ medicæ Analysi vide *Wedelii* & *Etmulleri* Opera, item *Raii Histor. Plant.* pag. 55, 56. & *Dodarti Memor.* ad inserviendam Academiam Regiam in concinnandâ Historiâ vegetabili, in octavo. *Parisiis* 1679.

CAP. VIII,

De Divisione & Methodo hujus Operis in genere.

MAteriam Medicam in tres partes dividimus; viz. 1. *Mineralogiam*; 2. *Phytologiam* (sub quâ *Botanologia* & *Dendrologia*) 3. *Zoologiam.*

Prima Pars Fossilia, Aquas Minerales, Terras, Sales, Sulphura & Bitumina, Mineras,

Metalla, & Lapides comprehendit, non vulgaribus methodis, ſed novo ordine naturæ veſtigiis inſiſtente diſpoſita, Tabulis Synopticis & notis Characteriſticis diſtincta, adeò ut Tyrones facili operâ res ipſas certò ediſcant, eaſque memoriæ mandare poſſint. Hæc Mineralium diſpoſitio maximâ ex parte noſtra eſt, licèt egregios viros, *Kentmannum*, *Geſnerum*, *Fallopium*, *Cæſalpinum*, *Agricolam*, *Swenckfeldum*, *&c.* in hâc paleſtrâ ſudaſſe fateamur.

Secunda, de Vegetabilibus, Herbis, Fruticibus, Arboribus, eorumque partibus in officinis uſitatis, agit; in quorum diſpoſitione nec *Schroderum* nec ullum materiæ medicæ ſcriptorem imitati fuimus, ſed ipſos naturæ libros & fontes adivimus, optimoſque Botanicos, *Andream Cæſalpinum*, *Fabium Columnam*. *Bauhinos*, *Moriſonum*, *Rajum*, *Plucenetium*, *Horti Malabarici Autores*, *Hermannum*, *&c.* pervolvimus. A Flore, ſemine, & conceptaculis, Tabulas & Characteres noſtros præciquè formavimus; vulgares methodos Alphabeticas, & diſpoſitiones à locis, florendi tempore, vel à qualitatibus deſumptas negleximus, ut incertas & frivolas.

Tertia, de Animalibus diſſerit. Inſectis, Piſcibus, Avibus, Qradrupedibus, Homine, eorumque partes uſui Medico accommodatas tractat; in hiſce digerendis non *Geſnerum*, non *Aldrovandum*, nec *Johnſtonum* ſequuti fuimus: ſed ſummum Philoſophum *Joannem Raium*, Britanniæ noſtræ Lumen & Ornamentum, conſultavimus. Qui non ſolùm Plantas, ſed Animalia partim

tim in operibus editis, partim in Codicibus Manuſcriptis, accuratiſſimè & feliciſſimè diſpoſuit.

Hæc de Diviſione & Methodo noſtrâ in genere, pro ſubdiviſionibus ſubalternis & horum unicuique ſubordinatis ipſæ Tabulæ per totum librum ſparſæ conſuli poſſunt. Ubique Methodum (Memoriæ Matrem) maximè naturalem facilemque obſervavimus, ſine hâc confuſio, obſcuritas, & difficultates inſuperabiles oriri ſolent.

PHARMACOLOGIÆ SEU MANUDUCTIONIS AD Materiam Medicam LIBER PRIMUS.

De Mineralogia.



Ineralogia eſt rerum Macrocoſmicarum enodatio. Res Macrocoſmicas voco, quæcunque extra familiam Vegetabilium & Animalium collocantur; ſunt tum primariæ, i. e. *ad naturam Ele-*

mentorum propiùs accedentes, ut Aquæ & Terræ: cum secundariæ, i. e. è perittomate Macrocosmi prognatæ, ut Sulphura, Salia, Metallica & Lapides.

Fossile est corpus perfectè mixtum, peculiari formâ & virtute seminaria à Deo in primâ creatione dotatum, ut sibi simile procreare suamque speciem propagare possit. Generatur modo germinationis & quasi vegetationis in terræ utero, & interdum in ipso aëre; de quo *V. Jordanum nostrum de Thermis & Aquis Mineral. Websterum de Metall. Boylium de Occult. Qualitat. Aeris & de Augmento Minerarum.* Metallum perfectum interitus haud capax est, in varias formas transit vi Ignis, vel Artis, vel Ævi; Metallum tamen manet, & pristinam faciem promptè induere potest; nobis non licet esse tam felices.

Materiam Medicam ad tres classes referimus, viz. Mineralium, Vegetabilium, & Animalium. A primo genere initium facere lubet, ut ita ab ignobilioribus ad nobiliora, ab imperfectioribus ad perfectoria, ab inferioribus seu subterraneis ad superiora & altiora paulatim ascendamus.

Fossilia dicta, quod major eorum pars fodiendo è terrâ eruatur. Ab aliis Mineralia vocantur, qui fodinas *Minas* volunt appellatas, & Venas *Mineras*. Metallica etiam à quibusdam, à potiore specie, Metallis nempè.

Horum propagatio non minùs admiratione digna est, quam Vegetabilium & Animalium; est enim multiplicativa, & regenerativa, (detur verbis venia) ut cuique in rebus subterraneis seu fossilibus versato notum est; hæc etiam causa

causa est, quòd quanquam formæ externæ fiat mutatio, ut in liquore, pulvere, vitris, &c. in metallicum nihilominus, nullo negotio redigi possint, ut in Mercurio, Auro, Antimonio, &c. videre licet; stupenda sanè & incorruptibilis natura, Plantis & Animalibus non concessa; Homo ipso metallo vilior.

Fossilia multifariam dividuntur ab Autoribus. *Dioscorides* omnia subterranea Metallica vocat. *Avicenna* quatuor statuit, Lapidem, Metallum, Sulphur, Sales. *Albertus Magnus* tria, Lapidem, Metallum, & media Mineralia, quo nomine reliqua omnia accepit, quia mediam quandam naturam inter lapidem & metallum habere videntur. Alii omnes divisiones reprobant præter Lapidem & Metallum. Quidam sunt pro solâ Terrâ, & succo concreto. *Wormius* fossilia dividit in media Mineralia, Lapides, & Metalla; Media Mineralia illa vocat, quæ mediam quasi naturam habent inter Lapides & Metalla; hæc rursùm sunt vel Terræ, vel Sales, vel Sulphura, vel Bitumina. Divisionem fossilium uberiorem v. in Tabulâ *Schwenckfeldi* præfixâ *Lib. de Fossilibus Silesiæ.*

Nobis Mineralia sunt vel corpora

- Fluida, pellucida, non ardentia: AQUA Medicata.
- Densa & solida.
  - Non ardentia.
    - Friabilia.
      - Dura & ponderosa.
        - Ex particulis terreis consistentia: LAPIDES.
        - Metallis accedentia. MINERALIA.
      - Leviora & friabiliora.
        - Pellucida, in aqua solubilia, sapore pungente: SAL.
        - Non pellucida, sapore astringente. TERRA.
    - Non friabilia, ductilia, fusilia, splendentia: METALLA.
  - Ardentia, in aqua non solubilia: SULPHUR.

Cruda, succis, terris, lapidibus permista, nondum excocta, aut purgata, ut *Vena* & *Minera*.

Humida, ut *Succi Minerales*.

Residua ex metallis dum liquantur. *Scoriæ*, *Pompholyx*, &c.

Lapidum divisionem & Tabulam proprio in loco inveniet Lector, viz. præfixam Sect. VI.

SECTIO PRIMA.

De Aquis Medicamentosis.

AQuæ nativæ, quæ usui Pharmaceutico inserviunt, tum simpliciores sunt, tum minerales.

I. Aquæ Simpliciores.

1. AQua fontana. *Offic.* Brunnen-Wasser. Est omnium purissima & usitatissima.

2. Aqua

2. Aqua marina *Offic.* See-Wasser. *Præp.* Sal marinus. *Offic.* Niger Quibusdam. Schwartz Saltz. Evaporatione Aquæ marinæ in calidis regionibus fit. Ex Hiſpania & Francia ad nos tranſportatur. *Vires.* Calefacit, exiccat, abſtergit, diſſolvit, adſtringit leniter, conſumit ſuperfluitates, penetrat, digerit, aperit, incidit. Venerem ſtimulat, putredini, veneniſque reſiſtit: Hinc convenit internè in cruditatibus ventriculi, appetitu proſtratu, obſtructionibus alvi & urinæ, colicis doloribus, &c. Externè, in ulceribus putridis ac ſerpentibus mundificandis, in tumoribus ſimplicibus ac peſtilentialibus diſcutiendis, in Pruritu & Scabie exiccanda, &c. *Schröd.* Pro modis conficiendi Salem vel ſimplici Evaporatione Aquæ Marinæ in Regionibus calidis, vel coctione fontanæ Salſæ, V. *Tranſact. Philoſoph. N.* 51. *N.* 53. *N.* 54. *N.* 142. *V. Collinum de Sale & Piſcaturâ. Ut etiam Clariſſimum Raium de vocabulis Anglicis inuſitatis.*

3. Ros *Offic.* Thau. Reliquis omnibus ſubtilitate, adeoque & penetratione antecellit. Præfertur Majalis.

II. *Aquæ Minerales.*

Sub aquis mineralibus comprehendimus Acidulas & Thermas, quæ nihil aliud ſunt, quam aquæ, mineralibus eſſentiis in Terræ abyſſo, imprægnatæ. Eſtque ſubſtantia hæc mineralis varii generis, viz.

1. *Metallinæ* vel *Diureticæ*, celebriores ſunt *Tunbrigenſes* in agro *Cantiano*, *Aſtropienſes* in *Northamtonio*, *Knarsburgenſes*, & *Scarburgenſes* in agro *Eboracenſi*, *Spadanæ* in *Epiſcopatu Leodienſi*, &c.

2. *Salinæ* vel *Cathartica*, celebriores sunt, *Epsamensis* in *Surreia*, *Barnetinæ* in *Middelsexia*, *Northallensis* in *Hartfordia*, *Strettamensis*, *Dullechensis*, *Actoniensis*, &c.

3. *Sulphureæ* seu *Thermæ*, *Bathonienses* in *Summerseto*, & *Buxstonienses* in agro *Derbiensi*; *Aquisgranenses* juxta limites *Ducatus Juliacensis* & *Limburgensis*, *Borbonenses* apud *Gallos*, *Hungaricæ*, &c.

Vires. Aquarum mineraiium Vires, pro diversitate commixtorum mineralium discernendæ, in quibus tamen, cùm impossibile sit, in accuratam earum devenire mixtionem, experientiæ potiores partes dandæ sunt. *Schröd.*

Qui particulares usus variarum Aquarum Medicinalium scire desiderat, adeat prolixas dissertationes Autorum de iis expressim scribentium, viz. *Gab. Fallopium*, *Gesnerum*, *Joannem Bauhinum*, *Henricum ab Heers*, *Baccium*, *Jordanum*, *Autores Venetiis impressos*, *Blondellum*, *Wittium*, *Closium*, *Listerum*, *Boylæum*, &c.

SECTIO SECUNDA.

De Terris Medicamentosis.

EX mineralibus sunt, quæ terræ faciem adhuc quidem retinent, à communi tamen terra quodammodo recedunt.

Terræ medicamentosæ sunt corpora friabilia, & arida, inductilia, opaca, si in aqua soluta fuerint, per filtrum separabilia.

Hæ in quatuor Classes dividi possunt, viz. 1. *Boli*. 2. *Argillæ*. 3. *Margæ* vel *Lutræ*. 4. *Cretæ*. De quibus suis locis.

Ter-

Terræ variis modis ab authoribus dividuntur, ratione qualitatum, colorum, ſaporum, odorum, mixturarum, & locorum: vel ratione uſus; ſic Figuli & Plaſtæ ſibi ſeligunt Argillas [illegible] etas. Fabri lignarii Rubricas. Pictores [illegible]onium, Melinum. Fullones Cimoliam [illegible] Terram Saponariam. Fabri Argentarii Cre[illegible] argentariam. Alii alias. Medici Terras præparatas & ſigillatas. *V. Caſp. Swenckfeldium* de foſſilibus pag. 394. ad pag. 398.

I. De Bolo.

Est terra ex pallido rubra, pinguis & parum Stiptica, & ad linguam promtè adhærens.

1. Bolus Armena *Offic.* vera quibuſdam L. Rohtſtein. Eſt ſubſtantia terrea, ex flavo pallidè rubicunda, ponderoſa, pinguis, facile friabilis, ſaporis aſtringentis. Eruitur ex terræ fodinis in Turcia & ad nos adfertur. *Vires.* Alexipharmaca eſt, inhibendo acidum in Sanguine; aſtringit aliquomodo & hinc in Fluxionibus adhibetur. Externè ſiccat, ac cicatriculam inducit vulneribus.

2. Bolus Bohemica *Offic.* Teutſcher Rohtſtein. Eſt ſubſtantia terrea, ex flavo pallidè rubicunda, ſed minus intensè quam præcedens, cùm aliquot venis flaveſcentibus, ponderoſa, facilè friabilis, ſaporis aſtringentis. Ex fodinis Bohemiæ eruta ad nos advehitur. *Vires.* Eaſdem habet vires cum præcedente, & in Officinis noſtris vulgatiſſima eſt.

II. De Argillis.

Sunt terræ ponderosæ, unctuosæ ac pingues, quæ linguæ promtè adhærent, & in ore detentæ è sevo quasi constare videntur.

A. 1. Argilla *Offic.* Töpffer-Erde oder Thon. Variæ sunt species & colores, in usu Figulorum & aliorum Mechanicorum, sed quænam ex omnibus in usum medicum veniat me planè nescire fateor. *Kentmannus* enumerat Argillas candidas micis argenteis internitentes: Cinereas, ex quâ Noribergæ cum terrâ arenosâ fiunt vasa liquationis, in quibus Orichalcum conficitur. Luteas, Fulvas. Rubras micis argenteis nitentes. Ferrugineas quibus tinguntur Fornaces, quæ ex ferro fiunt. Bohemicas friabiles, ex quibus eximuntur Granati.

Apud *Wormium* Porcellana Chinensis est Argillæ purissimæ species. V. fusè differentem pag. Mus. 3. *Vires.* Omnes Species Argillarum dicit Avicenna siccant, astringunt, & abstergunt.

2. Terra Lemnia *Offic.* Erde aus der Insul Lemnus. Est substantia argillacea, sebacea, pinguis, & ponderosa, ex flavo rufescens. Eruta ex terræ fodinis in Insula Lemno & alibi in Turcia, unde ad nos adfertur. *Vires.* Sanguinem aliquomodo incrassat & astringit, præsertim si particulæ acidiores in Sanguine abundant, nam cum acido effervescit: Alexipharmaca ac Sudorifica est, alexipharmaca, inhibendo motum Sanguinis Pestilentiali aliquo fermento excitatum; sudores ciere potest con-

strin-

ſtringendo vaſa & ſic exprimendo ſerum aliquod.

A. 3. Ochra *Offic.* Ocher-gelb / Berg-gelb. Eſt ſubſtantia argillacea, coloris flavi, ſeu lutei ſaporis aſtringentis. *Vires.* Siccat, adſtringit, diſcutit, excreſcentias reprimit. Uſus ejus rariſſimus eſt, & non niſi externus, ac præcipuè in vibicibus & colliſis, tùm quoque in tumoribus duris diſcutiendis. *Schröd.*

4. Terra Sileſiaca *Offic.* Sigillata *vulgò*, Siegel-Erde.

Terræ Sigillatæ 9. ſpecies apud Pharmacopolas noſtros, Druggiſtas vocant, venales obſervavi, 1. *Argillam* quandam ſeu terram pinguem, cineream, in orbiculos ſeu placentulas coactam Conſtantinopoli, unde ad nos adfertur, & characteribus Turcicis ſeu Arabicis inſcriptam. Hæc (quamvis rariùs apud nos inveniatur) ſpecies illa eſt, quæ noſtrâ ſententiâ uſurpari debet, cùm in formulis medicamentorum *Terra Sigillata* præſcribitur, ut quæ Terræ Lemniæ veræ vires poſſideat, ideoque pro ea ſubſtitui poſſit, ut Succedaneum. 2. *Terræ Lemniæ* fruſtula ſeu fragmenta pulveriſata, & cum mucilagine gummi Tragacanthæ in maſſulas compoſita. Hæc etiam rariùs in Officinis invenitur. 3. Eſt Terra quædam pinguis cinerea, Cimoliæ purpura ſc. perquam ſimilis, ſi non eadem. 4. Margæ ſpecies è fuſco flaveſcens. 5. *Bolus Germanica.* 6. *Bolus Armeniaca* vera, ſed rarius. 7. *Rubrica* quam ochram rubram vocant Angli. 8. *Cimolia alba*, Hippiatris & Veteri-

terinariis Weisse Kreide dicta. Hæc pro *terra Samia* vera vulgò venditur, ut suo Loco ostendemus. 9 Ex Officina D. *R. B.* Terram quandam Terræ Silesiacæ titulo accepi è *Rubrica* & *Cimolia alba* in pulverem redactis & commixtis compositum. Hæ sunt omnes; quas hactenus observavi Terræ Sigillatæ species, quamvis minimè dubitem quin & aliæ multæ inveniantur aqud Pharmacopolas fraudulentos in urbe Londinensi, quibus imperitos fallunt, credulisque & incautis imponunt. Quocirca liceat mihi fratres & Symmistas Pharmacopœos amicè admonere, ut (quod jam antea dixi) quandocunque in Receptis quas vocant; Terra Sigillata præscribitur, vel primo hîc descriptam, vel ejus loco Terram Lemniam adhibeant. Vide Historias & Characteres Terrarum sigillatarum apud *Wormium* in *Musæo* à *p.* 5. ad *p.* 15. Major pars illarum; sunt varia luta & limi siccati & signati, observante *Cæsalpino*.

A. 5. Cimolia purpurascens *Offic.* Braunroht. Est substantia argillacea, pinguis & ponderosa è cineritio purpurascens. Ex fodinis Angliæ eruta est. *Vires.* Usus ejus internus vel nullus vel rarus in Medicina est. Externè siccat & astringit.

A. 6. Cimolia alba *Offic.* Weisse Kreide. Est substantia argillacea, unctuosa, pinguis & ponderosa, colore albo. Effoditur è fodinis Angliæ. *Vires.* Siccat & astringit, vel internè vel externè. In placentulas coacta & Sigillo aliquo notata, *Terra sigillata alba* in Officinis dicitur.

tur. Eandemque pro *Terra Samia* non infrequenter à Pharmacopolis vendi obſervavimus.

7. Terra Samia *Offic.* Erde aus Samos. Eſt ſubſtantia argillacea, ſebacea, pinguis, & ponderoſa, albi coloris ſeu potiùs pallidè ochroleuci, ſaporis aſtringentis. Ex Inſula Samo ad nos tranſportatur, ſed rarò in Officinis noſtris Pharmaceuticis invenitur. *Vires.* Cum Terra Lemnia viribus convenit, cui ſuccedaneum eſt.

III. *De Marga.* Mergel oder Steinmarck.

Marga, eſt ſubſtantia terrea, friabilis, levis, mediæ ſubſtantiæ inter Argillas, & Cretas h. e. non ita ſebacea & pinguis ut Argillæ, nec tam plaſtica ut Cretæ.

A. 1. Rubrica Fabrilis *Offic.* Röhtelſtein. Eſt ſubſtantia terrea, ponderoſa, intensè rubra, ſaporis aſtringentis. *Vires.* Siccat & aſtringit. Uſus ejus medicus eſt in Emplaſtris vulnerariis & ſiccantibus. In Laterculos coacta pro *Bolo communi*, Gemein rohten Bolus in Officinis Pharmacopolis venditur, in placentulas coacta & ſigillo aliquo ſignata *Terra Sigillata rubra*, Rohte Siegel-Erde, dicitur. Noſtratibus audit *Ruddle* & *Marking-ſtone*, multis in Locis reperitur, in agris *Hereford*, *Hauton*, *Lancaſtr.* *Rutland*, &c.

A. 2. Terra Tripolitana & Tripolis *Offic.* Engliſches Ocher Gelb. Eſt ſubſtantia terrea, facilè friabilis, coloris citrini, intenſi, ſaporis aſtringentis. Eruta eſt ex fodinis: *Vires.* Siccat & aſtringit, Uſus ejus in Pharmacopœia vel

nullus

nullus vel rarus eſt: niſi quòd pro diſtillandis Spiritibus ſalinis, ſalibus admiſceatur, quò minus ea fluant.

Apud *Kentmannum* variæ Margarum ſpecies occurrunt. Candida, pinguis, mollis. Subcinerea, lapidoſa, quâ artifices utuntur in effingendis imaginibus. Fulva, cruſtacea, quæ reperitur in terrâ arenosâ, aurum in ſe continens. Dura, lútea, arenoſa Belgica, quâ Incolæ, ſicut aliis in locis, agros ſtercorant. Apud *Swenckfeldium* & *Wormium* invenio Margam Saxatilem incarnatam ex Montibus Lybiis & Bohemicis; prodeſt ruptionibus, fracturis, & fluxibus; Subluteo colore tingit.

IV. *De Creta.*

EST *terra durior, emplaſtica & candida, non ſebacea neque pinguis, & quæ ad linguam promte hæret.*

A. 1. Creta *Offic.* Kreide. Ex terræ fodinis variis in locis effoſſa. *Vires.* Siccat & abſtergit, Emplaſtica eſt. Uſus ejus internus nonnunquam in ardore Stomachi, Cardialgia falsò dicta, Externus in Vulneribus, Ulceribus, &c. ſiccandis. *Præp.* Calx viva *Offic.* Ungeleſchter Kalck. Eſt ſubſtantia lapidoſa ex albo cinerea, facta, ex Creta, ignis violentia in Calcem exuſta, ſaporis acris & mordacis. Uſurpatur externè ſolùm in ulceribus ſordidis, Cancro, Gangrænâ, &c. Internè ſiccat. *Calx extincta.* Offic, Geleſchter Kalck. Eſt Calx viva cum ſufficienti quantitate Aquæ ſoluta. Vide *cap.* de Lapide Calcario in *Sect. Sextâ* de *Lap. minus pretioſis.*

2. Terra

2. Terra Melitæa *Offic.* Sigillata Sancti Pauli, vulgò. Erde von Maltha. Est substantia cretacea, ponderosa & emplastica, colore exalbido, sapore astringenti. In tabellas coacta, & capite Divi Pauli cum vipera signata ex Insula Melitæa ad nos transsportatur, sed rarò aut nunquam in Officinis Pharmacopolarum nostrorum invenitur. *Vires.* Ut in externa facie ita & viribus cum præcedente convenit.

Melitensis etiam terræ, mentionem facit *Schröderus in suâ Pharmacop.* lib. *de Terris*: inquit *Paulus Ammannus*, quæ an virtutis sit Alexipharmacæ, & quidem tantæ, quantæ vulgò æstimatur, breviter videndum. *Propriè terra Melitensis* dicitur, corpus illud globosum, quod in Spelæo S. Pauli in Insula Maltha reperitur vel effoditur; *impropriè* verò corpus aliquod petrosum, linguam serpentinam referens, & huic glebæ adhærens. De utroque referunt Historici sequentia; Postquam Apostolus varia edidit in Insula Maltha miracula, statim omnia venenata animalia suam vim nocivam exuerunt, adeò quidem, ut hodienum nulla venenata animalia ibidem reperiantur, imò si quæ forsan importentur, statim venenum, & lædendi potentiam perdunt, ex eo, quòd, cùm Apostolus Melitæ sarmenta in ignem conjiceret, viperâ manui adhærente, omni reptilium generi maledixerit, terræ contrà benedicendo. Hinc tanta virtus terræ Melitensi & glossopetris attributa. Ast quoniam hæc præter narrationem factam aliàs nullibi leguntur, vel firmo etiam experimento

stabiliuntur, fidem hanc historicam tam facilè in nostra Praxi vix admittimus, præprimis cùm ipse *Niederstedius in Descript. Ins. Melit. p. 25. hâc de re dubitet.* Accedit, quòd glossopetræ falsò credantur esse viperarum linguæ, miraculô Divi Pauli petræfactæ, inferius hæc pluribus demonstraturus.

Cretas diversimodè coloratas enumerat *expertissimus Kentmannus*, 1. Cretam Argentariam, in quâ micæ argenteæ internitent. 2. Luteam mollem, quæ facilimè lineas ducit. 3. Cæruleam, quæ fabris in pingendis parietibus in usu est. 4. Viridem duram. 5. Nigram mollem & duram, argenteis maculis nitentem. 6. Fabrilem candidam, ex quâ *Cataloni* ad *Matronam* parietes & muros extruunt, undè etiam *Algeriæ* portus extructus dicitur. Apud *Wormium* invenio Cretam *Umbriam* coloris fusci, pictoribus maximè expetitam, eâ enim Umbras in picturis exprimere solent.

Terra Japonica impropriè sic dicta non hujus classis est, non enim præparatio Terræ Indicæ, sed Vegetabilis seu fructus *Cassu* vel *Catsu* (an *Acajou*?) dictæ. *V. Tractatus Anglicos* Wochentliche Memorials.

A. 3. Plumbum nigrum *Offic.* Nigrica fabrilis *Men. Plin.* In Creta nigra mollis & dura argenteis maculis nitens *Kentmann*? Gediegen Bley. Invenitur in fodinis. Mollis est, sed tamen consistentiæ firmioris, lævis & splendens, non petrosa, in frusta variæ magnitudinis divisa. *Vires* Refrigerat, siccat, repellit. Usus præcip. adver-

adversus strumas, tumoresque frigidos & phlegmaticos.

NB. *Optima censetur quæ invenitur in Anglia, quæ ex Hispania affertur fragilis est, pessima, quæ ex India Orientali advehitur.*

SECTIO TERTIA.

De Sulphuribus Medicamentosis.

Sulphur est resina seu terræ pinguedo inflammabilis, fitque ex perittomate macrocosmico pingui, respondente in Phytologia, Oleis, & Resinis: in Zoologia, pinguedini, axungiæque. Sulphur in Oleo solubile est, & gravem odorem præbet, ex Pyrite efflorescere videtur, observante *Schwenckfeldio.*

I. De Sulphure.

Est Resina sive pinguedo terræ chalcantosa, aciditate gravida. Schröd. pag. 501.

Sulphur nativum & vivum *Offic.* Lebendiger Schweffel. Ex terra effoditur, purum, solidum, interdum scissile & ignis expers. *Vires.* Calidum & siccum est, pectori dicatum; aperit, incidit, putredini, veneno, venenatorumque Animalium morsibus resistit, provocat sudorem, &c. Hinc conducit in Phthisi, Tussi, Asthmate, Peste, Pestilentialibusque Febribus. Extrinsecus discutit tumores duros, sanat Lichenes duros, Pruritum, &c. *Schröd.* Præp. sunt. 1. *Sulphur factitium* Offic. Gelöschter oder getödteter

Schweffel. Vel ex Sulphure vivo impuriori vel ex Pyrite vi ignis educitur. Est substantia flava, pinguis, ponderosa, condensata, facilè inflammabilis, luculenter ardens, fumumque magis cœruleum halans. 2. *Sulphur Caballinum* Offic. Roß Schweffel / schwartzer Schweffel. Nihil aliud est, quàm fæces è coctione Sulphuris vivi impurioris relictæ & in urceos admixtis nonnunquam squammis martis transfusæ. 3. *Sulphur commune*. Gemeiner Schweffel Ex Sulphure vivo & Resina communi fit & in rotulas coactum in Officinis ab Aromatopolis venditur.

Apud *Wormium* Sulphur fossile Vivum seu Nativum multiplex est. 1 Planè aureum instar Crystalli pellucidum. 2. Purum ex Goslariæ fodinis. 3. Impurum & fixum è montibus ardentibus. 4. Subviride nativum Suecicum. Factitium vel ex aquâ decoquitur ad *Budam*; vel ex effossâ glebâ coactâ sublimatur & concrescit variâ figurâ. Ex Pyrite variæ excoquuntur & fiunt quam plurimæ Sulphuris species. V. *Kentmannum* p. 20, 21.

II. De Arsenico.

Arsenicum sive Fulige, est succus Mineralis pinguis; inflammabilis. Schröd. p. 489.

Auripigmentum *Offic.* Goldgelb Operment, Hüttenrauch. Est substantia metallica, vel potiùs Minera Auri, ut vult Doctissimus *Martinus Listerus M. D.* coloris ex viridi flavescentis cum aureis micis, saporis acris, odorisque ingrati. Effossa ex fodinis. *Præp.* 1. Arsenicum album

Offic.

Offic. Weisser Arsenick / oder Ratzen Pulver. Est substantia metallica albicans, facta ex Auripigmento cum Salis communis ana p.æ. sublimato, saporis acris & exurentis. 2. *Arsenicum rubrum, Risigallum & Sandaracha Græcorum* Offic. *Citrinum* Pharmacopolis. Rohter Schweffel/ Feuer-Schweffel oder roth Operment. Est substantia matallica è flavo rubescens, saporis acerrimi & exurentis, facta ex Auripigmento ad rubedinem excocta; nativi etiam species sunt apud Autores. *Vires.* Inter Venena loco haud ultimo Arsenicum recensetûr, nec immerito. 3. *Aurum* Offic. Gold. Quod non solum ex hac Minera fusa elici possit ut testatur *Plinius*, sed frequentissimè in parvis granulis inter arenulas multis in locis invenitur. Metallorum cunctorum est nobilissimum, solidissimum, colore fulvum, compactum ex principiis summè digestis adeoque fixis. *Vires.* Balsami seu calidi nativi cordisque summum corroborans nonnulli esse volunt sed credat quicunque vult. *Præp.* Aurum foliaceum geschlagen Gold. Eodem modo factum quo Argentum foliatum. Prostat ornatûs gratia & ad Pilulas obducendas.

Auripigmentum apud pictores in usu est; item in causticis medicamentis locum habet.

Æs Arsenici albi fumo tingitur argenteo colore.

III. De Bitumine.

Bituminis nomen generaliter denotat quodcunque Minerale pingue. Unde & diversas sub se Species comprehendit, concretas vel liquidas.

A. 1. Terra ampelites *Offic.* An Lapis Obsidianus *Cæsalp?* Succinum nigrum *Schwenckfeldi?* Erd-Hartz/Hartz-Erde/ Hartz-Pech. Bituminis terreni genus est fossile, lapideum, friabile, nigrum. *Vires.* De usu ejus medico nihil adhuc quod addam habeo. Vermes, vitium oculos rodentes, enecat. V. *Wormii Mus. pag.* 31.

2. Gagates & Succinum nigrum *Offic.* Bergwachs. Est genus terræ nigræ lapideæ crustosæ, adeò Bitumine prægnans, ut Bitumen redoleat, & accensum picis ferè modo flagret, nigerrimumque emittat fumum. Differt à Terra ampelite, quod hæc nec flammam emittat nisi follibus excitetur, nec Bituminis odorem spiret; Gagates verò igni admotus flagrat, odoremque bituminis exhibet. *Vires.* Emollit, discutit, Colicum morbum sanare creditur, &c. *Schröd.*

3. Asphaltos & *Bitumen* Judaicum *Offic.* Juden Pech. Est sevum seu resina Macrocosmi, picis instar durum &c. Supernatare primum aquis conspicitur seu lacubus, hinc ad littora propulsum concrescit, densatur, tenacissimumque redditur. Præfertur reliquis quod Mortui Maris genitura est. Ejus verò probatio est, ut purpuræ modo splendeat (scilicet in nigrore) sitque ponderosum & validum odorem vibret. *Vires.* Discutit, glutinat, emollit, Sanguinem coagulatum resolvit, & Menses ciet. Adulteratur cum Pice, unde quod nigrum & sordidum vitiosum est. Rarissimè in Officinis nostris reperitur, imo ob defe-

defectum Asphalti genuini, cogimur uti mixtura picis & bituminis Pissasphaltos dicta.

4. Naphta *Offic.* Est colamen bituminis Babylonii, consistentiâ liquidum, ignis rapacissimum, colore nunc albo, nunc nigro. Hæc quoque in Officinis nostris rarò aut nunquam invenitur ideoque loco ejus Petroleum usurpare solent. *Vires.* Cum Bitumine viribus convenit. Sunt qui Camphoram veterum per sublimationem ex Naphta factam esse volunt, teste *Agricola.* Alii sunt qui Naphtam & Petroleum unum & idem esse contendunt, verum cum Naphtha quid sit nondum certo sciamus, non audemus determinare.

5. Petroleum *Offic.* Oleum Petræ *vulgò.* Stein-Oehl oder gemein Peter-Oehl. Est liquamen pingue, liquidum, colore nigro, odoris fortis. Duplex est, vel Nativum, quod ex Petris & saxis effluit, vel Artificiale destillatum ex carbonibus fossilibus. *Vires.* Calefacit & siccat, tenuium partium est, digerit & resolvit, cerebro & nervoso generi confert. *Schröd.* Petroleum varii coloris est, candidum præstántius.

6. Oleum Terræ *Offic.* Erd-Oehl. Duplex est, vel rubrum, vel nigrum. Rubrum ex India Orientali adfertur, estque coloris pellucidi rubicundi, odoris fortis Petroleum æmulantis, sed gratioris, inquit *Schröderus.* Attamen nobis à Petroleo vel non differt vel Officinis nostris incognitum est. Nigrum est *Pisselæon*

Indicum & ex India Occidentali advehitur. *Vires.* Arthritidi vagæ maximo est solamini inunctum. *Schröd.*

Hæc Bituminis genera non nisi secundùm magis & minus differunt, ut quidam statuunt; Ita ut pars ejus spirituosior & subtilior sit Naphta, huic proxima Petroleum, crassior & fæculenta Asphaltum; non secùs ac videmus ex Succino per destillationem primò elici spirituosum & limpidum oleum, quod Naphtam repræsentat, mox oleum flavum & crassius, quod Petroleum simulat; demùm materiam nigram & fæculentam, quod Asphaltum.

7, Succinum & Carabe *Offic.* Agstein / Bernstein. Nihil aliud est, quam succus bituminosus seu Resina terræ optimè digesta, exinde in mare traducta, atque ibidem præcipuè concreta. Dum bituminosa illa substantia adhuc liquida est, varia sese involvere solent, ut Muscæ, &c. Duo Officinis nostris eo nomine veniunt, Album sc. & Flavum seu Citrinum; utrumque quamvis laudibus suis haud destitutum sit, attamen præstat Album, utpote magis digestum. Eligendum id ipsum candidum, sincerum, suave, fragrans. Huic succedit Flavum, quod præstat pellucidum, quodque præ aliis attritu, suavem halat odorem. *Vires.* Calefacit, exiccat, roborat, adstringit leniter, Capiti ac Utero imprimis dicatum est, Hinc adhibetur utiliter in Catarrhis, Epilepsia, Apoplexia, Lethargo, Vertigine, Suffocatione ac Inflatione Matricis, profluvio Sanguinis ac Semi-

Seminis quod ad naturalem ſtatum reducit: In fluore albo mulierum. Cæterùm globuli è Succino ad Oculorum defluxiones miro ſucceſſu auxiliari dicuntur, annexi occipitio. Uſus præcipuè albi, tam internus quàm externus eſſe poteſt. *Schrod.*

Pro Succini Hiſtoriâ V. *Gœbelium*, *Hartmannum*, *Wigandum*, *Heſſum*, &c. qui de illo fusè ſcripſerunt.

8. Ambra griſea *Offic.* grauen Amber. Duo in Officinis noſtris Pharmacopolis eo nomine veniunt, Gryſea ſcil. & Nigra; optima cenſetur Gryſea, ſeu coloris cinerei à ſordibus purgata, odorata, lævis, quæque acu calidâ leviter perfoſſa ſuccum pinguem ac odoratum, reſudat. In littore ex mari ejecta invenitur. Sed quid ſit inter Authores controvertitur. Nobis autem bituminis quoddam genus eſſe cenſetur, ex fontibus ac alveis maris ad littus eructatum. *Vires.* Calefacit, ſiccat, reſolvit, Cor Cerebrumque roborat, ſpiritus vitales ac animales ſulphurea ſua ac ſuavi exhalatione ſuſcitat reficitque, &c. *Schrôd.* Ambra Nigra, ſchwartzer Amber. Ex India Orientali ad nos transportatur, de qua maxima eſt Authorum inter ſe diſſenſio. Sunt enim qui veræ Ambræ nativæ ſpeciem faciunt, quæ reliquis ſit imbecillior. Alii Factitiam ſtatuunt ex Moſcho, Zibeto, Ligno Aloës, Styrace & Labdano, quomodo Pharmacopolas noſtros Anglicanos eam conficere, certior factus ſum, quæ facilis cognitu eſt, odore ſcil. quo res ex quibus confecta eſt pro-

prodit, tum quoque colore, & quod aquæ imposita citius mollescat, quàm nativa.

Pro Historiâ Ambræ-Griseæ V. *Tractatus Anglicos*, wöchentliche Memorials dictos. Item Ephem. German. & D. Trapham de *Insulâ Jamaicâ*. Conf. etiam *Fallopii & Klobii Libell. de Ambrâ.*

A. 9. Halcyonium & Spuma maris *Offic.* Seeschaum. Oleosa quædam aut bituminosa & tenuis substantia est, maris superficiei innatans, verùm unde ortum habeat mihi hactenus incognitum fateor. Nonnulli ab excrementis, lacte seu spermate piscium aliorumque marinorum animalium partibus originem ejus deducunt: Alii ab aliis animalibus, quæ gelatinam referunt Zoologis *Zoophyta* dictis: Alii è succis plantarum marinarum: Alii denique in quorum sententiam maximè propendeo, mineralibus bituminosis submarinis ortum suum debere arbitrantur, effluviis maris æstu & agitatione in spumam conversis.

SECTIO QUARTA.

De Salibus Medicamentosis.

Salia nihil aliud esse videntur, quàm corpora mineralia pellucida, in aqua solubilia, ac in crystallinam formam coagulabilia. Salia quæ medico usui inserviunt, adeoq; præparatis inde parandis materiam suppeditare apta sunt, triplicis quidem sunt generis pro triplici scilicet mundi regno, Minerali, Vegeta-

tabili, Animali : attamen hoc loco non nisi de Mine- libus agere convenit.

NB. Titulus cum rebus subjectis, inquit *aulus Ammannus* non convenit accuratè, nisi lechanicè. Nam e. g. *Vitriolum* & aliæ spe- ies Salis hic enumeratæ non tam sunt Salia, uàm Metalla ipsa, soluta cum totâ suâ substan- â. Nam si quis vel *Cupri* vel *Ferri* metalla n *Aqua Forti* solverit, illa, abstractô menstruô onnihil, convertuntur in *Vitriola*, & denuò iolentiori igni commissa, in pristina Metalla edeunt. Porrò si quis vel *Auri* vel *Argenti* me- alla in *Aqua Regis* vel *Aqua Forti* solverit, illa evaporato menstruo aliquousque, convertun- ur totaliter in *Vitriola*, & denuò violentiori gni commissa in pristina Metalla, eodem pon- lere eademque substantia redeunt.

I. De Sale Communi.

SAl communis *Offic.* Küchen-Saltz. Nihil aliud est quàm salsugo Aquæ salsæ Fonta- næ, quæ humiditatis æqueæ evaporatione in- spissata in granula hexäedrica concrescit, co- lore albo. *Vires.* Eisdem viribus cum Sale ma- rino pollet. NB. *In culinis nostris præter hunc Sa- lem non rarò utimur Sale ex aqua marina cum Sale marino coctione facto.* Sal deterioris notæ ad car- nes & pisces condiendos adhiberi solet. V. A- quam marinam.

II. De Sale Gemmæ.

SAl Gemmæ *Offic.* Steinsaltz. Est substantia Crystallina hexagona, quæ in fodinis lapi- dum

dum invenitur, saporis acris & salsi. Ex Italia & aliunde ad nos transvehitur. In minori *Poloniâ* Salem instar ingentium saxorum, adeò duritie lapideâ solidum, ferro exscindi constat: ut nec dum molâ teratur ad hominum usum sed ex illo domos & oppida ædificari. V. *Cromerum* de *Poloniâ*. *Vires*. Hoc etsi easdem vires cum Sale communi obtineat, substituique eidem queat, rarioris tamen usus est in Praxi Medica; crebrioris in Chymica, ubi in Solutionibus Metallorum Sali communi antecellit. Commendatur tamen peculiariter, *Foresti* experientiâ, ad stercora dura eliquanda, adeoque ad Colica tormina arcenda. *Schröd.*

Sal indicum *Offic.* De quo mentio fit non apud veteres tantùm, sed etiam neotericos, sed quid sit non ausim determinare, nam in Officinis nostris nunquam invenitur, nec unquam quod sciam in nostras regiones adfertur, ejusque loco Sal Gemmeum in Medicamentis recipitur. NB. *Sunt qui peculiare genus Salis Fossilis faciunt; alii, qui non esse Salis genus, sed Sacharum, Salis ob similitudinem nomine insignitum contendunt.*

III. De Sale Nitri.

SAl Nitrum *Offic.* Salpeter. Est substantia Crystallina, alba, saporis acris & amaricantis, figuræ pyramidalis ex terra pingui excocta. Eligendum Nitrum est Crystallinum, purum. *Vires.* Vim diureticam obtinet, bilem temperat, sitim sedat, & malignas sanguinis Phlogoses supprimit, dolores mitigat. Fullones

nes maculas veſtium eo abluunt. Infecto-
es cum eodem coquunt lanas, ut ſorbeant co-
res.

Nitrum Antiquorum quid fuerit non auſim
eterminare, Recentiorum Nitrum Sálne Foſſi-
s an Animalis ſit, à multis nunc dierum con-
rovertitur. Qui Animalis originis eum eſſe
olunt, affirmant nullibi in India (unde maxi-
na ad nos copia adfertur) quàm in locis illis
uos *Veſpertiliones maximi* frequentant, inveniri.
ententiæ etiam ſuæ favere exiſtimant, quòd
qui in Anglia literis Regis patentibus Salis Pe-
ræ conficiendi jus habent, terras illas omnes
irca Londinum in quas latrinarum ſtercora
rojici ſolent, annuo pretio conduxerunt. Ex
ltera parte qui Nitrum Recentiorum, Salem
oſſilem eſſe opinantur, aquas pluvias terram
erluentes in cauſa eſſe volunt, quòd non ubi-
que inveniatur. Quod ad me attinet, quam-
vis agnoſcam Salem Petræ in Columbariis lo-
cisque conſimilibus copioſiſſimè inveniri, ob-
ſervavi tamen Salem quendam nativum in ve-
tuſtis areis terrenis, locisque ejuſmodi opacis,
longè diverſum à Sale calcario ingenioſiſſimi
viri D. *Martini Liſter*, M. D. qui ibidem etiam
invenitur, eaque propter cum eo à nonnullis
confunditur, qui & figura ſua & ſapore & de-
flagrandi modo, aliiſque accidentibus, cum Sale
Petræ communi exactè congruebat. Apud
Kentmannum invenio Nitrum candidiſſimum
plumoſum, & ſtalacticum ex parietibus, & cel-
lariis, Flavum plumoſum in cellariis; Nitrum
etiam

etiam efflorescens ex terrâ nigrâ; Item Sa-
niter quotidiani usus in culinariis.

Pro modis conficiendi Nitrum, V. *Histo-
riam Regiæ Societatis.* Item *Transact. Philosoph.*
N. 6. & *Lazarum Erckerum.* Cons. etiam *Penc-
tum, Clarck, Mayow, &c.*

NB. *Sal petræ* prout frequenter ex India O-
rientali ad nos advehitur coloris est canescen-
tis & in granula concretus *Sal salis petræ* dictus,
inque culinis nostris in frequenti usu est. Qui
in Anglia depuratus, duum est generum, 1. In
massas coactus, qui scilicet figura irregulari
doliilateribus adhærescit. 2. Crystallisatus,
qui in dolii medio, in crystallos ut vocant, fi-
guræ regalis concrescit. Est autem uterque
candidus.

IV. De Alumine.

1. **A**Lumen rupeum *Offic.* commune *vul-
gò.* Gemein Alaun. Est substantia alba,
Crystallina, saporis acris, urinosi, austeri & ad-
stringentis: Invenitur vel in venis per se, vel
excoquitur ex aquis Mineralibus; vel ut in An-
glia, ex lapidibus seu Mineris aluminosis ustis
(addita Urina, & Kali) extrahitur; ex Pyrite
aluminoso, observante *Swencfeldo de fossil.* p. 362.
Vires. Exiccat, adstringit, incrassat, &c. Usus
Aluminis crudi præcipuus externus est (quam-
vis ab Empiricis & interne pro febrifugo ex-
hiberi soleat,) ac imprimis in Angina & Colu-
mella laxata. *Præp.* Alumen Zuccarinum, &
Saccharinum, *Offic.* Ex Alumine rupeo, albu-
mine ovorum & aqua rosacea fit. Alumen

ma-

magni & varii uſus eſt apud Aurifices, Tinctores ſeu Infectores, Librarios, Coriarios, &c. V. *Wormii Muſ*, p. 23. 24.

2 Alumen Rochi Gallis. *Offic.* Romanum quibusdam. Rotz-Alaun. Rupeo ſimile eſt, ſed pallidè rubens. Ex Ialia, Smyrna, &c. ad nos transportatur. Conficitur eodem modo quo Rupeum, ſed ſine additione Urinæ & Kali, ut nos monuit eruditiſſimus D. *Tancredus Robinſonus* M. D. in literis ad me datis. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

Pro modis conficiendi Alumen V. Clariſſimum *Raium de Vocabulis Anglicis inuſitatis*, p. 201. Item *Tranſact. Philoſoph.* N. 142.

V. De Borace.

Borax, Chryſocolla factitia, Santerna Plinii & Tincar *Offic.* Borras. Eſt ſubſtantia Cryſtallina alba, glaciei inſtar & Alumini non abſimilis, ſaporis acris, ſalini, & Nitroſi. *Duplex eſt, Nativa & Factitia; Quæ Nativa dicitur facta eſt ex Chryſocollâ nativa, calcinatâ, ſolutâ, cocta & Cryſtalliſata. Factitia etiam duplex eſt, vel ſimplex, vel compoſita; ſimplicem conficiunt ex Nitro & Urina puerorum invicem commiſtis & coagulatis. De compoſita vide* Schröderum p. 280. *Vires.* Vim habet Urinam, Fœtum, Secundinas, & Menſes pellendi, & ad Venerem ſtimulandi. NB. *Chryſocolla nativa tantum in Ærariis Metallicis invenitur & ſolum ex ære fit. Si quandoque in Aurariis, Argentariis, aut Plumbariis invenitur, venæ illorum cum ære miſcentur. Utuntur illa Aurifices & Pictores. Bonitatem ejus ex colore & vi-*

res æstimant, nam nativa omnis viridis est & ad saturitatem, quoq; magis ad Smaragdi accedit viriditatem, eo melior censetur; alia dilutè viret, quæ pessima.

VI. De Vitriolo.

VAria sunt ejus genera, pro natura Mineræ, quam in se continent, differentia. Præcipua autem quorum hoc tempore est existimatio, sunt.

1. Vitriolum cœruleum *seu* Romanum *Offic.* blau oder Römisch Victriol. Est substantia Crystallina, cœrulea, seu Saphiri instar, compacta, ut saccharum candum, saporis acidi, austeri, acris & adstringentis, fitque vel ex Solutione & Crystallizatione Cupri: vel ex Cypro aut ex India Orientali ad nos adfertur. *Vires.* Calefacit, siccat, adstringit vehementer, constipat, vomitum ciet, Lumbricos fugat. *Schröd.* Basis est *Pulveris Sympathetici Digb.* Scabiem & lepram sanat.

A. 2. Vitriolum viride *Offic.* Grün Victriol. Est substantia Crystallina, herbacei coloris, magis granulatum, grumosumque instar Salis communis, saporis præcedentis, in Anglia variis in locis facta, ex solutione & Crystallizatione quorundam lapidum ferrugineorum cum aliqua parte ferri, V. *Raium* de vocabulis inusitatis, pag. 197. Item *Transact. Philosoph.* N. 142.

3. Vitriolum album *Offic.* Weiß Victriol, Galitzenstein. Est substantia alba granulosa instar Sacchari albi concreta, saporis præcedentis, &

& ex Germania ad nos adfertur. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

Hîc mentionem aliquam facere libuit colcotharis, *hoc est* Capitis mortui Vitrioli, Chalcitis *vulgò dicti, quia recipitur in nobilissimam illam* Theriacæ Andromachi *Offic.* Venetæ *vulgo, compositionem, ut nigro colore inficiat istam opiatam, inquit* Ammannus. *Negantium ratio sequens est; quòd non sine suspicione malignitatis vel corrosionis ingrediatur* Theriacam, *cùm sit escharotica & caustica; adeò meo quali judicio, præstaret illud in prædictâ Compositione planè omitti.* NB. Colcothar aëri expositum, nobiliores exinde virtutes attrahit; notumque est ex praxi Medicinæ quotidiana, quòd Dysenteriam Sympatheticè curet.

Goßlariæ quoddam Vitriolum album reperitur stiriæ figurâ, translucidum instar Crystalli, hoc præ reliquis usum habet in Collyriis; præparatur quoque ex eo in aquâ dissoluto & coagulato Vomitivum eximium, de quo V. *Crollium.*

Vitrioli magnus usus est in Aquis stipticis conficiendis, in arte tinctoria & atramentosa. *V. Caneparium de Atrament.*

Venas seu Mineras Vitrioli diversimodas Vid. apud *Kentmannum in Catalogo* & *Swenckfeldium de fossil.* qui Pyritas Atramentosas vocat.

SECTIO QUINTA.

De Fossilibus Metallicis Medicamentosis,

Mineralia sunt ea quæ non sunt Vegetabilia nec Animalia, attamen in hac Sectione agemus tantùm de fossilibus Metallinis, i. e. Metallis perfectis & imperfectis. Quod ad alia Mineralia attinet in prioribus Sectionibus ea tradidimus. Hæc dividi possunt in tres classes, scilicet, Mineras, Metalla, & Metallis affinia.

I. De Mineris

Minera est terra sive Materia, ex qua Mineralia & maxime Metallica fiunt. Hæ Mineræ in infinitum ferè variant, quoad colores, figuras, mixturas, texturas, aliaque accidentia; pro quibus consulantur Musæa Curiosorum, & Catalogi Fossilium, præsertim verò illi à *Kentmanno*, & *Swenckfeldo* editi. Omnium Minerarum Pyrites feracissima esse videtur, omnibus ferè fodinis invenitur, omnia fere Metalla, Sales, & Sulphura ex utero suo ditissimo effundens; pro lusibus Piritis præter duos supra laudatos Autores V. *Joh. Bauhinum de Lapidibus figuratis.*

I. De Magnete.

A. Magnes *Offic. Mer. Pin.* Magnet / oder Segelstein. Lapis est Polos Mundi ostendens, ferrum chalybemque attrahens, præser-

tim

tim ferreo circulo armatus. Reperitur circa ferri fodinas in diversis locis. *Vires.* Hæmatitis habet vires teste Galeno, adeoque astringit, sanguinemque sistit, ustus crassos & melancholicos humores educit, sed usus est rarioris. *Schrod.* Contra Hernias datur *Hoffman.* V. *Gilbertum.* de Magnete.

Magnetis Mineras seu Venas diversimodè coloratas & mixtas, V. apud *Kentmannum.*

II. De Hæmatite.

HÆmatites *Offic.* Rechter Blutstein. Substantia est Metallica, mediæ consistentiæ inter lapidem & terram, ponderosa, fractus, instar ligni petrefacti fibras oblongas habet, & in modum acuum acutas, coloris obscurè rubescentis; saporis terrei & adstringentis. In ferri fodinis nonnunquam reperitur, cujus Minera quædam est, ex eo enim excoquitur ferrum, teste *Schrodero* & *Boyleo.* Optimus habetur friabilis, saturato colore rubro, qui per se durus est & æqualis, nulla sorde admista, aut venis intermediis. *Vires.* Refrigerat, exiccat, adstringit, glutinat, adeoque convenit Ulceribus Oculorum & Pulmonum, oculis lachrymantibus, Sanguinis expuitioni medetur, profluvia, v.g. Hæmorrhagiam uteri, alvi, &c. compescit. *Schrod.* Hæmatitidi affine esse videtur.

Plumbum nigrum nostras Westmorlandicum, Nigrica fabrilis *Merret.*

III. De Smiri.

A. Smyris & Smerillus *Offic.* Smiris *Mer. Pin.* Schmirgel. Lapis est ferrugineus, pon-

ponderosius, colore ad nigredinem tendente, adeò durus, ut gemmarii eo ad gemmas scalpendas, & arma expolienda utantur. *Vires.* Abstergentem habet facultatem, adeò ut ad gingivas humentes, & dentifricia Smiris pulvis adhibeatur, *Dioscorid.*

Hæmatitidis species esse videtur, & in ferrifodinis inveniri solet; de usu in Mechanicis Vid. *Scriptores de Lap. & Gem.* Item *Wormii Mus.* pag. 65.

IV. De Cinnabari.

D*Uorum generum Officinis in usu est, alia Nativa sive Mineralis, alia Factitia.*

Cinnabaris Nativa *Offic.* Berg-Zinober. Est substantia Metallica seu potius Minera Mercurii, ponderosa, striata, friabilis, rubicunda, cum striis argenteis. Reperitur in diversis Europæ locis v. g. Ungaria, Germania, &c. Eligenda quæ gravida Mercurio & Sulphure præstantioribus, adeoque Ungarica, utpote quæ auro aliquantulum pollet. *Vires.* Usus ejus internus, præterquam quòd Antiepilepticis nonnunquam permixta deprehendatur; quod sciam, nullus est. Exterius autem adhiberi potest ad sanandam Luem veneream, scabiemque in, Suffimentis, &c. *Schrod.* Præp. *Argentum vivum, Mercurius & Hydrargyrum* Offic. Queckſilber. Est Nativus, de quo hic, & Artificialis, *i. e.* è Metallis extractus. Nativus etsi nonnunquam per se, ipsa natura operatrice, separatus inveniatur, plerumque tamen ex Cinnabari, vi ignis hunc in modum elicitur.

Ollam

Ollam Cinnabari implent, eamque ollæ alteri, interpoſitâ laminâ ferreâ, ore converſo imponunt, lutoque circumlito, vi ignis circularis Mercurium vivum ex olla ſuperiori in inferiorem defluere faciunt, ad modum quo deſtillatio per deſcenſum dicta perficitur. Cenſetur bonus, vel qui per retortam propulſus nihil recrementi relinquit; vel qui in cochleari argenteo evaporationi ſuper prunis expoſitus, maculam in cochleari relinquit flavam, aut albicantem, non nigram aut fuſcam. Pro modis ſeparandi Mercurium è Cinnabari Nativa Vid. *Tranſact. Philoſoph.* N. 2. & N. 45. *Vires.* Internè mundificat Sanguinem ab inquinamento, præcipue Venereo: Fugat ac necat Lumbricos, difficilem promovet partum &c. Externè inunctus ſanat Scabiem omnis generis. Fugat atque necat Pediculos, reſolvit duros tumores, &c. Imò quoad ejus præparata, nulla res in Officinis eſt, ſi Antimonium excipias, ex qua major Medicamentorum ſupellex elici poſſit, quàm ex Mercurio. Suppeditat enim purgantia, vomitoria, ſudorifera, mundificantia vulnera, Acrimoniam lenientia, ut patebit in formis Medicamentorum inde paratis. Uſus Mercurii crudi internus & externus eſt. Intrinſecus tamen rarius adhibetur, extrinſecus ſæpius, &c. *Schrod.* Cinnabaris Factitia *Offic.* Gemachter Zinnober. Fit ſublimatione Mercurii cum Sulphure, & non eſt hujus loci. NB. *Cinnabaris factitia frequentiſſimè in Officinis reperitur, Nativa rarius.* Mercurii uſus varius in

Mechanicis & Metallicis. Vid. *Lazarum Erckerum*, *Alonsum Barbam*, *Acostam*, &c. Vid. *Michaelem & Hofmannum* de Cinnabari Nativâ. Item *Tilingium*, *Clauderum*, &c.

V. De Cobalto.

COBaltum *Offic.* Cadmia nativa, & Metallica quibusdam *Wormii* p. 128. Kobalt oder Fliegen-Pulver. Minerale terreum est, colore ferè nigrum, Antimonio haud absimile, æris vel argenti particeps. Foditur copiosè haud procul Goslaria. In Officinis nostris ignotum est. *Vires.* Vi caustica & erodendi pollet tanta, ut fossorum manus & pedes exulceret; adeoque inter Venena recensetur, quippe intus haustum Animalia quæque perimit. *Schröd.* Vid. *Websterum de Met.* 340, 341. Flores dicti *Zaffery* ex hoc Minerali sublimantur, pro tingendo cæruleo colore.

VI. De Marcasita sive Bismutho.

MArcasita *sive* Bismuthum *Offic.* Weißmuth. Excrementum est Metallicum, in generatione Metalli ex portione aliqua, ad generationem metalli inepta productum, inque corpus Minerale albicans, durum ac fragile mutatum. *Vires.* Recremento Plumbi respondet, Usus rarissimus est & non nisi externus. *Schröd.*

Pyriten lapidem à Mauritanis *Marchasitam* appellant moderni; multâ varietate reperitur, quoad colorem, figuram, mixturam cum metallis, lapidibus, cæterisque fossilibus, variâ proportione miscetur cum Ferri, Plumbi, Stanni, Argenti, Cupri seu Æris, & Aluminis Metallo,

item

item ſimiliter cum ipſo ſilice nigro, cum carbone foſſili, cum lapide calcario, cretaceo, &c. Vid. *Cap. de Mineris.*

VI. De Sory, Chalcitide & Miſy.

Sory, Chalcitis & Miſy Mineralia ſunt inter ſe Origine & Viribus conjunctiſſima. Nimirum ex Sory fit Chalcitis, ex hac Miſy: videatur Matthiolus in Dioſcoridem, qui inter recentiores primus quid illa ſint demonſtravit. Verum adhucdum in Officinis noſtratibus ignota ſunt, & in uſum non veniunt, quæ Chalcitis loco Colchotar ſeu Vitriolum calcinatum Theriacæ immiſcent, cùm tamen genuinum Sory, Chalcitis & Miſy, monente eodem Matthiolo, in Ducatu Brunſvicenſi inveniantur.

1. Sory *Offic.* Eſt Minerale lapidoſius & vehementius compactum quàm Chalcitis aut Miſy, ſed & craſſiſſimum, fricatum ſcintillas Miſeos emittens.

2. Chalcitis *Offic.* Minerale eſt æri ſimile, friabile nec lapidoſum, Sory tenuius, Miſy verò craſſius, tractu temporis ex Sory factum.

3. Miſy *Offic.* Minerale eſt, aurum colore imitans, aureiſque ſcintillis dum frangitur, ſplendens, natum ſuper Chalcitim & ex Chalciti, non ſecus ac Ærugo naſcitur ſuper Æs & ex Ære, efflorеſcentia enim Chalcitis eſt. *Vires.* Adurunt & Eſcharas efficiunt, attamen & nonnihil quoque adſtringunt. Differunt tamen inter ſe tenuitate & craſſitie. *Schröd.*

Pro hiſce conſul. *Kentman.* pag. 15, 16. & *Wormii Muſ.* pag. 26.

II. *De Metallis Affinibus.*

INter Mineras & Metalla ponimus Metallis finitima, quæ si Semi-Metalla appellare libet, non magni refert, & ad hunc locum pertinet Argentum Vivum, sed quoniam Minera ejus Officinalis etiam est, ad ea non separandum duximus.

De Antimonio.

ANtimonium *Offic. Mer. Pin.* Spiesglaß. Substantia est Metallica, solida, ponderosa, friabilis, plumbei coloris, cum striis longis, splendentibus. Eruitur ex Minera variis coloribus & in forma pyramidali effusa. Variis in regionibus eruitur Minera Antimonii, maximè tamen laudatur Ungaricum & Transylvanum, utpote quod Sulphure puriori dotatum aurique minera imbutum est. Artifices variis modis bonitatem explorant. Quidam Chartæ luteo colore tinctæ, denteque apri ritè lævigatæ id affricant, certitudinisque notam, rubram lituram, inductione illa post se relictam statuunt. Alii benè pulverisati, drachmas aliquot fortissimo Spiritu Aceti imbibunt, inque figulina ad lentum ignem, ne Antimonium fluat, evaporare sinunt: quòd si post evaporationem pulvis Antimonii rubens relinquatur, ulterius de ejus certitudine non dubitant. *Vires.* In Antimonio, inquit *Quercetanus*, sunt sexcentæ proprietates variæ ac præstantes, ut

præ-

ræparantes, expurgantes, vomitiones conciantes, & id genus alia, ut nunquam ſatis lauari queat hoc medicamentum. Crudo attriuerunt Veteres vim adſtringendi, exiccandi, neatuſque corporis obſtruendi, excreſcentias carnis abſumendi, cicatrices obducendi, oculoum ulcera & ſordes mundificandi. Sunt & ui ad Epilepſiam arcendam exhibent, etiam n ipſo Paroxyſmo. *Schröd.*

Pro uſu Antimonii in purgandis Metallis, &c. Vid. *Tranſact. Philoſoph.* N. 138. N. 142. Varieates Mineræ Antimonii v. apud *Kentmannum* pag. 88, 89. Uſum in Mechanicis v. *Wormii Muſ.* 125, 126.

II. De Metallis perfectis, Quorum *Mineræ in uſu Officinis non ſunt.*

I. *De Ferro.*

A. Ferrum Nativum *Offic.* Eiſen. Metallum eſt ignobilius, conſtans ut vult Schröderus, ex Mercurio & Sulphure minus liquabili, crudiori, ſeu ſi mavis ex Sulphure ac ſale, quæ partibus terreis crudioribus immixta ſunt, vel potius ut *Hermannus*, ex Sale Alkalico terra Metallica incluſo. *Præp.* Chalybs *Offic.* Stahl. Subſtantia eſt Metallica, ponderoſa, ferro compactior, & ſolidior, facta ex ferro ſæpius candefacto, & in aqua extincto. *Vires.* Diverſis donatum eſt viribus,

adstringendi scilicet & aperiendi: ob salem alkalicum acidum astringit, obstructiones aperit, & morbos chronicos inde ortos curat: ob terram Metallicam acida absorbet, eorumque cuspides obtundit.

Ferri venas seu Mineras varias Eisen-Ertz v. apud *Kentmannum* sæpiùs laudatum. *p.* 89, 90. ad *p.* 92. & *Wormii Mus. p.* 123. Pro modo separandi ferrum v. *Transact. Philosoph. N.* 137. v. etiam *Raium* de vocab. inusitatis *p.*186. &c.

II. De Stanno.

A. Stannum *Offic. Mer. Pin.* Zinn. Metallum est molle, album, splendens cum livore quodam, constans secundùm *Schroderum* ex Mercurio puriore, molliore, fugacioreque, quàm Metalla duriora, fixiore verò quàm Plumbum, & Sulphure albo minùs maturo. Ex mineris diversis coloribus eruitur. *Vires.* Præterquam quòd Epati conveniat, uteri & cerebri morbis peculiariter quoque dicatur, *Schrod.* Ex Stanno eruitur Aurum, inquit *D. Merret in pinace suo*, at parva quantitate. Argentum ex Minera Stanni quoque eruitur. Stanni Mineras varias Zinn Ertz v. apud *Editores Museorum*, & *Scriptores Metallicos.* Pro modis separandi & conficiendi Stannum V. Raium de Vocab. pag. 180. Item *Transact. Philosoph. N.*69. *N.*138.

III. De Auro.

IN Capite de Arſenico (quod Vide) hoc Metallum tractavimus, cui ſequentia addi poſſint. Aurum vel reperitur in Mineris, *viz.* Auripigmento, lapide Lazuli, Silicibus candidis, &c. è quibus ſeparatur Amalgamatione cum Mercurio; vel purum & Virgineum reperitur, vel (quod ſæpiſſimè contingit) cum arenà mixtum, & lotione ſeparatum; hinc Torrentes & fluvii & littora arenoſa Auro abundant & ditantur. Vid. Plura apud *Cæſalpinum in Metall. p.* 175, 176. Item in *Muſeis Curioſorum editis*, & apud *ſcriptores Metallicos. Alonſum Barbam, Acoſtam, Agricolam, Erckerum*, &c.

IV. De Argento.

A. Argentum *Offic. Mer. Pin.* Silber. Metallum eſt nobile candidum, Auro imperfectius. Ex Minera Plumbea ſeu Molybdæna ſive Plumbagine nativa Dioſcoridis eruitur. *Vires*, Capitis corroborans perhibetur ſpecificum, ſpirituſque Animales confortare, unde & in omnibus capitis affectibus peculiaris efficaciæ cenſetur, quales imprimis Epilepſia, Apoplexia, &c. *Schröd.* Præp. *Argentum foliaceum* Offic. Geſchlagen Silber. Fit ſæpius calefaciendo laminas Argenti, quas inter duo coria tundunt ac cædunt in tantam tenuitatem.

Pro modis ſeparandi & præparandi Argentum v. Clariſſimum *Raium* de Vocab. inuſitatis

tis *p.* 174. Item Lazarum Erkerum. Varias Argenti Mineras seu Venas Silber-Ertz v. apud *Kentmannum* p. 59. ad p. 64. *Wormium*, reliquosque *Museorum Editores*. V. A. *Barbam, Acostam.*

V. *De Plumbo.*

A Plumbum *Offic. Mer. Pin.* Bley. Metallum est vilissimum, constans inquit *Schröderus* ex Sulphure indigesto, Sale aluminoso, ac Mercurio naturam Antimonialem æmulante; Ex eadem Minera cum argento eruitur. *Vires*; Refrigerat, adstringit, incrassat, &c. Libidinem reprimit, ulcera carnibus implet, cicatrice obducit, excrescentiisque liberat, ulceribus chronicis quæ vocant, malignis, cancrosis, & putredinosis, tum per se, tum quibusdam permistum, convenit. *Schröd.* Recrementa Metallica factitia Plumbi sunt. 1. Lithargyrus *Offic.* Glette. Spumosum excrementum Metallicum est, è purificatione Argenti, vel potiùs nihil aliud est quàm Plumbum. Duo ejus genera communiter statuuntur, videlicet aureus, qui flavi coloris existit, & argenteus qui coloris albi, verùm non nisi coctione differunt, aureusque magis coctus est, quàm argenteus. *Vires*. Siccat & refrigerat, moderatissimè adstringit, reprimit, occludit, cava explet, exterget. Sarcoticum est *Schrod.* 2. Molybdena, & Plumbago factitia *Offic.* Glantz / Bley Ertz/ oder Bleyschweiff. Recrementum illud est, quod in Argenti Aurique purificatione cum Plumbo,

b, fornicis folio concretum, & perustum adhærescit. *Vires*. Similem Lithargyro vim possiet, ad frigidum paululum recedens, sed nec bstergentis facultatis est particeps. 3. Cerussa, & Sandix *Offic.* Plumbum album quibusdam. Bleyweiß. Substantia est Metallica alba, friallis, ponderosa, facta suspensione Plumbi laellæ supra Acetum, ut vapores ab Aceto eleati circumeant. *Vires*. Cum Lithargyro convenit viribus, & potius externè quam internè surpatur. 4. Minium *Offic.* Plumbum rubrum *ulgò* Mennig. Pulvis est Metallicus rubicunus, ponderosus, vel Calx Plumbi igne reverrata. *Vires*. Convenit cum Cerussa viribus. cilicet ad Tumores & Ulcera Gallica, ad arte ambustas, & ad lentigines. 5. Plumbum stum *Offic.* Gebrand Bley. Est Plumbum in alcem redactum vi ignis, viz. Fiat S S.S. ex lumbi bracteis & Sulphure pulverisato, uraurque hac ratione Plumbum. *Vires*. Siccat & efrigerat & cum Minio convenit viribus.

Pro modis separandi & præparandi Plumbum V. *Agricolam* & *Erckherum*.

Plumbi Mineras varias Bley-Ertz v. apud *Kentmannum*. à p. 84. *ad* 89. etiam aqud *Editores Museorum*, & *scriptores de Metallicis*.

VI. De Cupro.

CUprum *Offic.* Kupffer. Ex ignobilioribus duriusculis est, constans (secundùm *Theophrastum*) ex Sulphure purpureo, Sale rubro, ac Mercurio citrino, *Vires*. Præterquam quòd partes

partes generativas peculiariter confortare cre-datur, variis abundare facultatibus æstimatur: adeò, ut sint qui dicere non vereantur, nullum Metallorum salubriorem spirare auram quàm Cuprum. *Schrod.* Præp. 1. Æs Offic. Meßing. Metallum durius quàm Cuprum, colore fulvo. Conficitur ex fusione Cupri cum lapide calaminari. 2. *Ærugo*, & *Æs viride Offic.* Grünspan oder Kupffer Grün. Substantia est grumosa, condensata, cæruleo-viridis, facta ex cupro & aceto hoc modo. Suspendantur laminæ Cupri, ut vapori aceti & racemorum objectæ sint, sic adhærescet Ærugo. *Vires.* Constat sale salso plus minus caustico, habente virtutem acida quævis ulcerum & vulnerum infringendi. *Recrementa Metallica Ære conficienda sunt.* 1. Diphryges. *Offic.* Genus est recrementi Metallici, quod subsidet, dum Æs in fornace fusum aqua frigida perfunditur; nobis ignotum est & in Officinis rarissimè invenitur. *Vires.* Mistam habet facultatem, continet enim in se quiddam & mediocriter astringens & mediocriter acre: quamobrem ulcerum rebellium optimum Medicamentum est. *Schrod.* 2. Cadmia factitia *Offic.* Tutia vulgò, Tutien. Substantia est Metallica crustacea, corticis instar, intus lævis ex flavo cinerea, extus numerosis subcæruleis tuberculis asperata. Sed quid sit Tutia inter se non consentiunt Authores. *Garzias* enim ex cujusdam arboris cinere exustæ dicit, sed Bontius ex terra argillæ instar glutinosæ præparari scribit. Alii, quibus & nos con-

senti-

entimus, corpus quoddam ex fuligine æris, dum in fornace conficitur concretum esse volunt, adhærens lateribus, camerisque fornacum, vel & in partem infimam delabens. Triplicis id fit generis, Botritis, Ostracitis & Placitis, nominibus à re quam repræsentare videntur desumptis. *Vires.* Leniter desiccat, abstergit, ulceribus humidis confert, eademque ad cicatricem ducit. *Schrod.* 3. Pompholyx *Offic.* Nihil album *quibusdam.* Weisser Nicht oder Gallmey Stuck. Pulvis est metallicus, albus, sublimatus ex ære, in fornace coctus, seu favilla est tenuissima & volatilis, quæ dum Æs in fornacibus perficitur supernæ earum parti adhærescit. *Vires.* Convenit cum Tutia viribus. Singulare est in oculorum vitiis. 4. Spodium Græcorum *Offic.* Nihil gryseum *quibusdam.* Grauer Nicht. Favilla vel pulvis est eandem ob gravitatem in pavimentum descendens, colore exalbido. *Vires.* Viribus cum Pompholyge convenit, sed in Officinis rari usûs est.

Cupri Mineras seu Venas diversas Kupffer-Ertz v. apud *Kentmannum* à *p.* 65. ad *p.* 72. *Wormium in Mus. p.* 120. 123. reliquáque Musea, &c.

SECTIO

SECTIO SEXTA.

De Lapidibus in genere.

L*Apides sunt corpora terrea, dura, inductilia, vi lapidifica, ex materia fluida lapidescente coagulata.*

Lapides sunt vel

- Minus pretiosi habentque figuram
  - Nullam, suntque vel
    - Opaci,
      - Duri & solidi ad Mechanicam utiles, colore
        - Albo: *Alabastrum.*
        - Viridi: *Ophitis.*
        - Cæruleo: *Lapis Lazuli* & *Armenus.*
      - Mollis & facilè friabilis,
        - Porosi, læves.
          - Spongiæ similis: *Pumex.*
          - In Spongia repertus; *Lapis Spongiæ.*
        - Solidi & ponderosi, ad æs conficiendum utiles: *Lap. Calaminaris.*
    - Diaphani,
      - Plumosi: *Amiantus.*
      - Striati lucidi: *Talcum.*
      - Squamosi: *Lapis Specularis.*
  - Certam.
    - Mathematicam,
      - Rhomboidem: *Selenites.*
      - Sexangulam: *Crystallus.*
      - Rotundam, estque alius alio imprægnatus: *Ætites.*
      - Oblongam, superficie
        - Aspera: *Lapis Judaicus.*
        - Plana: *Belemnites*, Lapis Lyncis.
    - Aliquam rem animatam repræsentans; *Osteocolla.*
- Pretiosi,

Diaphani (quæ Gemmæ dicuntur) suntque vel
- Integri,
  - Duri, colore aliquo imbuti.
    - Rubro, è
      - Cocco & Lacca Indica mixto: *Rubinus.*
      - Ruffo-nigricantes: *Granatus.*
      - Flavo-rubicundi: *Hyacinthus.*
    - Aureo: *Topasius.*
    - Viridi: *Smaragdus.*
    - Cæruleo
      - Cum viridi mixto quæ aquæ marinæ colorem refert: *Beryllus.*
      - Sine mixtura: *Saphirus.*
    - Purpureo: *Amethystus.*
  - Molles parvi, colore
    - Albi: *Asteria Gemma.*
    - Versicolores: *Opalus.*
- Non integri, secundum
  - Partes: *Sardus.*
  - Totum: *Onyx.*

Opaci, pulchri, magni,
- Molliores, versicolores: *Jaspis.*
- Duri, colore viridi, sanguineis punctis vel venis distincto: *Heliotropium.*

In Herbis, Verbis, & Lapidibus magna est Virtus. *Canon est notissimus Physicorum; de viribus Herbarum & Verborum agere non est hujus loci; quod attinet ad Lapides, hoc loco subjungemus duntaxat* Pauli Ammanni *verba.* Si per virtutem intelligas molem, inquit, magna procul dubio inerit virtus; exemplo tibi sit motus Lapidum projectorum. Contra, si medicam facultatem consideres, multa in illorum historiâ erunt, falsa, dubia, & superstitiosa. Hinc etiam succinctam illorum Historiam trademus, qui pleniorem desiderat, adeat *Kentmannum* de *fossil.* â *p.* 32.

ad p. 57. *Boetium de Boot, & Johan. de Laet. Edit.* *An.* 1647. Item Doctissimum *Wormium in Mus.* à pag. 36. ad p. 112. & *Cæsalpinum de Metall.* à pag. 74. ad pag. 164.

I. *De Lapidibus minus pretiosis.*

I. *De Arena.*

ARena maris *Offic.* littoralis *Mer. Pin.* Das Sand am Meer. De usu ejus medico nihil adhuc quod addam habeo. Apud Mechanicos in usu ad vitrificandum & poliendum. V. *Nerium de arte Vitriariâ.*

II. *De Spongiæ Lapide.*

Spongiæ lapis *Offic.* Schwämme-Stein. Lapis est prorsus friabilis, in Spongiis concretus, colore candido vel gryseo. *Vires.* Extenuat absque insigni caliditate, ad calculos renum vesicæque frangendos utilis est : valet etiam ad strumas discutiendas. *Schröd.* Vid. Plura apud *Wormium in Mus.* p. 54.

III. *De Pumice.*

PUmex *Offic.* Pimsen Stein. Lapis est erosus, porosus, spongiosus, exiguisque cavernulis seu foraminibus plenus. Invenitur in Germania, unde ad nos adfertur. *Vires.* Refrigerat, siccat, extenuat, ulcera leviter purgat, cicatrices explet, & emendat. *Schrôd.* In *Vesuvio, Ætnâ*, aliisque montibus æstuantibus copiosè reperitur cum Sulphure. Vid. Usus in *Mus. Mormii* p. 47.

IV. De Osteocolla.

OSteocolla *Offic.* Bruchstein oder Bein-Bruch. Est substantia mediæ consistentiæ inter terram & lapidem, alba, friabilis, crustacea, sabulosa, ossisque figuram æmulans, excrescens in arena aliisque locis lapidosis. *Vires.* Celebratur ad Ossa citò glutinanda, quippe materiam Callo idoneo citissimè suppeditat, adeoq; glutinationem maturat. *Schröd.* Fluorem album sistit. Febres intermittentes arcet. Benè tamen monet *Hildanus* quòd in juvenibus laudabili corporis habitu præditis, cautè sint adhibenda, Callum enim non sine deformitate generare solet, ideò saltem in senioribus extenuatis, quibus languet calidum nativum adhibendum hunc lapidem esse censet. Vid. Plura apud *Wormium in Mus. p.* 53.

V. De Lapide Calaminari.

LApis Calaminaris *Offic. Mer. Pin.* Cadmia fossilis *quibusdam.* Gallmey. Lapis est fossilis, subflavus, mediæ consistentiæ inter Lapidem & terram, sapore terreo, è terræ fodinis extractus. e.g. ex collibus Mendipensibus, &c. *Vires.* Siccat leniter, extergit, adstringit, ulcera carne replet, cicatricem inducit. Adhibetur solùm externè, creberrimóque usu infantum excoriationibus exiccationis ergo inspergitur. *NB. Utuntur eo & Ærarii ad conficiendum Æs, Cuprum enim pallere facit: unde ex hoc Lapide Cadmia botrytis, ostracitis, placitis, Offic.*

VI. De Lapide Hybernico.

LApis Hybernicus *Offic.* Irrländisch Stein. Lapis est fossilis, ex nigro subcæruleus, sapore terreo. In fodinis Angliæ & Hyberniæ reperitur. *Vires.* Cum Spermate Ceti viribus convenire creditur, & in contusionibus non infrequens usurpatur. Sanguinem enim coagulatum resolvit: Alii in Febribus quartanis valere ajunt. Usus ejus Mechanicus est pro inscribendis rebus memoriæ causâ, &c.

VII. De Lapide Lazuli & Armeno.

1. LApis Lazuli *Offic.* Lasur Stein. Lapis est opacus Sapphiri colore, aut florum Cyani, aureis punctulis aut flammulis exornatus. Armenio durior. In fodinis aureis & cupreis reperitur. Genera tantùm duo sunt, fixus i. e. colorem in igne non mutans, qui ferè ex Oriente affertur, & non fixus, qui in Germania reperitur. *Vires.* Convenit viribus cum Lapide Armenio, sed imbecillius eas exercet. Purgandi facultate præditus est, præcipuè contra Melancholicos omnes affectus valet, Quartanam, Apoplexiam, morbum comitialem, lienis vitia, aliosque complures, à melancholico succo originem ducentes. *Schröd.* Quô jure recipiatur in nobilissimam compositionem *Confectionis Alkermes*, cum Doctissimo *Paulo Ammanno* ignoro, Nam purgare dicitur Melancholicum humorem cùm tamen prædicta Confectio sit cordialis & confortativa.

2. La-

2. Lapis Armenus Armenierstein oder Berg-Blau. Opacus est Lapis, maculis viridibus, cæruleis & subnigris, relucens, & sicut Lapis Lazuli punctis aureis, adeòque non differunt inter se, nisi sola maturitate. In fodinis argenteis reperitur. *Vires.* Desiccat mediocriter, extergit cum levicula acrimonia & levissima adstrictione. Interne propinatus purgat sine noxa solùm per inferiora humorem Melancholicum: Hinc conducit in Mania, Melancholia, Epilepsia & similibus. *Schrod.* N. B. *Ex Lapide Lazuli fit color ille cyaneus, quem Ultramarinum vocant? azureum verò ex Lapide Armenio, vel cyano Germanico faciunt.* Modum componendi *Smaltum* vulgò dictum. Vide apud Boetium de Boot in *Histor. Lap. lib.* 2. *cap.* 123. 140, 141.

VIII. De *Amianto.*

AMiantus & Alumen plumosum *vel* plumeum, & Scissile *Off c.* Quod ratione formæ tantùm à plumoso differt, dicitur enim Scissile plumosum oblongum. Feder-Weiß. Lapis est scissilis, & filamentosus: ignis injuriæ resistit, atque non solùm uri non potest, sed ignitus purior redditur. *Vires.* Veneficiis resistere creditur omnibus, præcipuè tamen veneficarum, *Schrod.* In usu medico raro occurrit.

In Cambro-Britanniâ reperitur. V. Historiam in *Transact. Philosoph.* Oxon. Edit.

IX. De Talco.

TAlcum *Offic.* Stella terræ *quibusdam.* Talch. Lapis est Speculari lapidi similis, magis tamen tenuis, squamosus, viridiusculus, igni resistens ac fixus. Optimum censetur, quod Venetiis ad nos transportatur. *Vires.* Potissimus ejus usus est externus & cosmeticus. *Schröd.*

X. De Lapide Speculari.

LApis Specularis *Offic.* Mußcovisch Glaß. Lapis est fossilis instar Crystalli, pellucidus, ac in bracteas tenuissimas scissilis. Perperam creditur inquit Doctissimus *Paulus Ammannus* Mariæ glacies, non secùs atque olim putabatur esse ἀφροσελήνη vel σεληνίτης; utrumq; enim fabulosum est. Prius quia dubium est, an Maria Θεοτόκος tali glacie fuerit usa: posterius quia nec imaginē Lunæ continet, nec ad motum ejus crescit vel decrescit. Ex Muscovia, Hispania & aliunde ad nos transportatur. *Vires.* Usus in medicina est rarioris, nec adhibetur facilè nisi in cosmeticis.

XI. De Selenitide.

SElenites *Offic.* Frauen-Eiß oder Marienglaß. Lapis est fossilis, rhomboides, pellucidus, ac in bracteas tenuissimas scissilis. Variis in locis invenitur, præsertim prope fontes. E. g. *Epsom* in Surria & alibi. *Vires.* De viribus hujus nihil habeoquod dicam; in medicina enim locum non habet, nisi in cosmeticis. N. B. In Catalogo Simplicium Pharmacopoeiæ Collegii nostri Londinensis præfixo cum Lapide Speculari confunditur.

XII. *De Cryſtallo.*

CRyſtallus *Offic.* Cryſtall. Lapis eſt tranſparens, hexagonus, aquam in glaciem congelatam omnino referens; quæ eligenda eſt puriſſima, pellucidiſſima ac eximie intenſa. Invenitur variis in locis. In agro Derbienſi effodi ſcribunt Authores, ſed doctiſſimus *Chriſtophorus Merret*, M. D. ſolummodo Fluores eſſe credit quæ ibi effodiuntur. *Vires.* Facultatis eſt adſtrictoriæ adeoque confert Dyſenteriæ, Diarrhœæ, Cœliacæ, Choleræ, Fluxui Uterino, &c. *Schröd.* In Catalogo Simplicium omittitur. V. Plura apud *Stenonem* de *ſolido intra ſolidum.*

XIV. *De Alabaſtro.*

1. ALabaſtrum & Alabaſtritis *Offic. Mer. Pin.* Alabaſter. Lapis eſt candidus, notiſſimuſque, Marmoris ſpecies ſed mollior. In agris Staffordienſi, Derbienſi, & alibi reperitur. *Vires.* Combuſtus reſina aut pice exceptus duritíes diſcutit, Stomachi dolores cum Cerato levat, Gingivas comprimit. *Dioſc.*

2. Gypſum *Offic. Mer. Pin.* Gypß. Quid ſit Gypſum inter Authores controvertitur, alii enim calcem Alabaſtri, alii Aluminis Scajolæ, alii lapidis Specularis, alii Selenitidis eſſe contendunt, nobis autem Calx eſt vel ex Alabaſtro, vel ex lapidibus quibuſdam Alabaſtro non diſſimilibus uſtis, ſed exigua, & brevi uſtione. Præſtantiſſimum reperitur ſecundum D. *Chriſtophorum Merret*, M.D. in agro Derbienſi, quo utuntur ad domorum areas & concamerationes.

nes. *Vires.* Exiccat, Sanguinis fluxum sistit. V. *Wormii Mus. p.* 46. Usus in re statuariâ & pictoriâ, item in ædibus obducendis, ut *Parisiis*, &c.

XIV. De Ophite.

SErpentinus & Ophites *Offic.* Ein Schlangenstein. Marmor est instar Pro phyritis durissimus, colore viridi saturato, dilutis ejusdem coloris maculis quasi aspersus. *Vires.* Veterum omnes alligant contra capitis dolores, ac serpentium ictus. *Dioscorid.*

XV. De Lapide Calcario.

LApis Calcarius grysei & varii coloris Kalckstein. Hujus plurimæ differentiæ; omnium verò illa communis nota est, in calcem uri posse. Item habitus & facies interna lapidis calcarii ferè lævis est & ad polituram spectans. Officinalis non est, nisi in Præparatis, quæ sunt, 1. Calx viva. 2. Calx lota. 3. Lixivium. 4. Spiritus.

Sub censu lapidis calcarii enumerantur Creta alba ejusque alba Argilla, ietm ipsi silices in montibus cretaceis inventi, ipsi enim igniti ex aquâ demissi dissiliunt: Item Selenites, ipsumque Gypsum, ejusque differentiæ plurimæ: Item Stalactites, aut quivis ex aquâ confectus, V. *Cap. de Cretâ.*

II. De

II. *De Lapidibus Medicamentosis formatis.*

I. *De Aetite.*

A. Aetites & Aquilæ *lapis Offic.* Adlerstein. Lapis est veluti prægnans, alio in utero sonante, colore fusco, pullo, aut cinereo, externè scabro, & plerumque ovali: Præfertur orientalis. *Vires.* Partum promovet, si feminibus alligetur; sin brachio, eundem retinet: observare autem expedit, statim à partu esse removendum, ne uterum ad se trahat, &c. *Schrod. Aetitis* effectum naturalem magnifaciunt vulgariter, ob alicujus signaturæ vestigia, dum *in partu difficili* prodesse creditur; Quod non negabo. Ast naturali huic effectui superstitiones statim adjunxerunt *Galenus*, *Plinius*, & alii. Quis enim probabit 1. Aëtitem brachio alligatum abortum præcavere? Qui tamen effectus priori est contrarius; 2. Aëtitem tam vehementer trahere, ut uterus excidat? Observationes, quoad posterius, adducit *Wormius p.* 78. & *Valeriola.* Verum meô judiciô, hæ Observationes vacillant. Notum enim est ex Anatomicis, quòd uteri par ligamentorum latum s. superius, factum sit à natura, & juxta communem, margini ossis Ilei mediante Peritonæô, alligatum, ne uteri fundus in sinum excidat. Quomodo ergò hic lapis præstabit? Profecto nisi laxandi vis, vel

rumpendi hæc ligamenta, tribuatur aëtiti ab allegatis Autoribus, non poterit admitti *Valeriolæ* observatio, quam refert de Muliere quadam Valentiana, nisi potiùs Obstetricis violentia (veluti sæpiùs contingere solet,) uterus simul protractus fuerit; & tamen hæc absurda Anatomicis Observationibus affatim inferuntur; 3. Probatio veneni admixti, hoc lapide facta, nulla est. 4. Fallibilis quoque character est, si pulvere ejusdem pani admissô, velimus fures deprehendere: interdum alias ob causas deglutitio potest impediri: 5. Nec amorem conciliat, vel divitias auget; quandoquidem contrarium exemplum suggesserunt ante aliquot annos Novellæ Viennenses de quodam, qui quadrilibrum aëtitem in currum Archiducis Austriacæ non sine terrore projecit; 6. Si ergò dicere debeo, quod res est, *potiùs obtinebit aëtites terræ sigillatæ vires, in morbis malignis, & venenis adsumtis*, &c. Huc *Amman. Bauschius* &c.

II. De *Lapide Judaico*.

LApis Judaicus *Offic.* Judenstein. Lapis est Olivæ simile, subrotundus, tener & friabilis, striis, secundum longitudinem discurrentibus, & æquidistantibus, ac si arte torno factæ essent; colore est exalbido, vel subcinereo. Reperitur variis in locis. *Vires*. Medetur difficultati urinæ, calculos vesicæ præcipueque renum pellit. Echini marini spinulæ petrefactæ esse videntur.

III. De

III. De Lapide Lyncis.

LApis Lyncis & Belemnites *Offic.* Luchsstein. Lapis est teres, pyramidalis, variis coloribus repertus. Multis in locis reperiuntur. *Vires.* Communiter laudatur cum *lapide Judaico* & *Nephritico* pro summô medicamento lithontriptico, sed, meô judiciô, sine ratione, vel experientiâ. Nam adhuc *in quæstione est, an detur reverâ lithontripticum medicamentum?* Dico „ revera; ut distinguam à *diureticis*, quorum „ effectum videmus, Lithontripticorum verò „ non item. Sive enim magisteria horum, „ sive alios liquores contra Lithiasin adhibea- „ mus, nullo tamen negotiô intentionem „ nostram adsequitur. Etenim, si tali virtute gauderent, etiam extra corpus posset hæc probari. Dicis; -ᴖ- Φ. hoc ab extra præstat; Cur autem non ad intra? Forsan, quia in tantâ dosi ad intra exhiberi nequit? Vel quia sine alteratione ad partem adfectam non pervenit? Si sustines, medicamenta lithontriptica in corpus adsumpta demum virtutes, calculum imminuendi, ibidem accipere, falsus es, & petis principium; Sic enim perinde esset, utrum diaphoreticum, vel lithontripticum exhiberem. Cur enim diaphoreticum in corpus adsumtum, non posset hac ratione lithontripticam induere virtutem? *Amman.*

III. De Lapidibus pretiosis opacis.

I. De Sardo.

SArdus, Sarda, & Carneolus *Offic.* Carneol. Gemma est semiperspicua, loturæ carnis, seu carni sanguinolentæ similis. In Sardinia invenitur. *Vires.* Pulvis ad omnem sanguinis fluxum propinatur. Gestatus fertur animum exhilarare, timorem pellere, audaciam præstare, fascinationes prohibere, ac corpus contra venena quævis tueri. Imprimis autem sanguinem undecunque fluentem peculiari proprietate sistere, ventrique alligatus partum conservare. *Schröd.*

II. De Onyche.

ONyx *Offic.* Onyx. Gemma est opaca vel minùs lucida, humani unguis similitudine colore & splendore. *Vires.* Mentis passionibus conducere sensusque vivificare creditur.

III. De Jaspide.

Jaspis *Offic.* Jaspis. Gemma est opaca, colore viridi interdum sanguineo. Reperiuntur in India, &c. *Vires.* Cum Carneolo viribus convenit. V. *Schwenckfeldium de fossil. p.* 381.

IV. De Heliotropio.

HEliotropium *Offic.* Gemma est opaca colore viridi, sanguineis punctis vel venis distincto. *Vires.* Venenis resistit, sanguinem undecunque fluentem sistit.

V. De

V. De Lapide Nephritico. Lenden-Stein.

EST Lapis admodum variegatus, ex colore viridi, aliisque permiſtus, plerumque ex viridi, albo, flavo, cæruleo, nigroque colore, ſemper tamen viriditatem refert; adfertur ex America, nonnullis tamen Hiſpaniæ & Bohemiæ locis reperitur. *Vires.* Amuletum eſt adverſus Nephritidis & Stomachi dolores.

VI. De Lapidibus pretioſis diaphanis ſeu de Gemmis.

PRæfationis loco doctiſſimi *Pauli Ammanni* de Gemmarum nominibus, pretio, operationibus, (cujus ſententiæ & nos ſubſcribimus) verba proponemus.

Magna varietas hîc occurrit circa *nomina* Gemmarum, dum quaſdam veteribus cognitas, nunc planè vel ignoramus, vel aliis titulis indigitamus: Major varietas circa illarum eſt *pretium*, quod hactenus ex inſtituto hominum planè dependit; Maxima tandem circa earum *operationes* conſpicitur, quæ infinitis adulteriis, ſuperſtitionibus & fabulis repletæ ſunt. Primum & ſecundum, ad nos, ut ſic, non pertinet. Ideò potiùs de tertio erimus ſolliciti, & quoniam intùs adſumuntur; non debent eſſe adulteratæ, debent etiam determinatum & naturalem edere fructum. Verùm *adulteria gemmarum* quis omnia novit, quæ Judæis,

dæis, Lusitanis, & aliis impostoribus in usu sunt? duo adducam hîc, 1. *quatenus Occidentales pro Orientalibus venduntur*. Præsuppono enim ex hypothesi receptâ, gemmas Orientales cæteris præstare. Quod constat etiam ex lucis congenitæ in Orientalibus excellentiâ. Quis enim nescit v. g. Adamantis Indici & nostratis differentiam? 2. *Quatenus fluores pro gemmis substituunt*, unô verbô, Vitrum pro Adamante. *Worm.* p. 101. Effectus gemmarum debet esse *naturalis*, qui etiam iisdem, juxta *Pet. Joh. Fabrum, l. IV. Panchym. S. 4. p.* 521. Revera inest, quamvis corporeâ mole non parum præpeditus. Quô ipso omnes excludo fabulas & superstitiones, quæ locô effectus determinati lapidibus pretiosis designaverunt Autores. Exempla habes *in Wierio de Cur. Malef. læsor. p.* 411. 412. Quibus sequestratis relinquentur pauci, de quibus nostra Praxis gloriari poterit. Exemplum sit Adamas, omnium gemmarum præstantissima. Quid est in illo (scil. Adamante,) quô praxis nostra gloriari possit? Parum, vel nihil. Nam falsum & fabulosum est, quòd 1. *Resistat incudi & malleo innoxiè*: 2. *Sit gemma reconciliationis simultates matrimonii*, ut sic, extinguendo. 3. *Pulvinari suppositus, index sit adulterii*; 4. *Intuitus hæreditarii adamantis, statis temporibus factus, enixum prolis congeneris producat*, &c. Remove nunc alia fabularum siparia; quid virium supererit in Medicina? Dicis: Curat Dysenteriam. Quî verò curabit eam, dum in communi dicitur, intestina exulcerare? Atque sit ita; quis

quis ſtatuet huic remedio pretium? Nam infra ℥j. quantitatem vix operabitur, ſupra hoc pondus *Adamas nobis eſt inæſtimabilis.* Idem judica de *Amethyſto* qui reſiſtere putatur Ebrietati, ſi intùs adſumatur. Nam ut Periaptum hoc impoſſibiliter præſtabit. Jam verò conſtat, cum eſſe in numero pretioſorum lapidum, & ſi tantùm ℥ij. 6. Vallenſibus venirent, Quis tam pretioſum remedium pro ebrietate præcavenda, exceptis Principibus, ſibi poſſet comparare? Accedit, quòd nunc ebrietatem magis acceſſere, quàm averruncare, homines conentur. Fragmenta 5. Lapidum pretioſorum, ſcil. *Sapphiri, Granati, Smaragdi, Hiacynthi, Sardi vel Carneoli*, quod attinet, fateor, illa eſſe in officinis receptiſſima. Verùm ſi uſum vel facultatem eorum examinabis, deprehendes, quòd *tantùm opinio lapides iſtos pretioſos praxi noſtræ intulerit*, ut Principibus & Magnatibus perſuaderetur, in illis ſingulare confortans latitare; quod tamen citiùs in viliſſimo ſilice, vel aliô Simplicium reperietur, quàm in iſtis. Ego dico, quod ſentio. Qui contrarium ſuſtinet, illi probatio incumbet. Nam *ſine ratione vel experientiâ erubeſcat Practicus loqui.* Jam ratio, cur hi lapides pretioſi ſint, vel debeant eſſe confortantes, deeſt: Experientia vacillat. Ergò plus eſt in titulô, quàm pyxide!

Pro formatione Gemmarum V. *Boylium* de *Gemmis* & *Tranſact. Philoſoph. N.* 18. 23. 102.

I, De-

I. *De Rubino.*

RUbinus *Offic.* Rubin. Gemma est diaphana, rutilans, rubensque ac limam respuens. Nobiliores in Insula *Zeilan.* nascuntur. *Vires.* Tradunt gestatum vel ebibitum venenis resistere, ac in peste præservare, tristitiam arcere, libidinem coërcere, malas cogitationes, & terrentia somnia avertere, animum exhilarare, corpus incolume conservare, &c. *Schröd.* In Medicina Officinis nostris præscribitur, verùm nescio quomodo in Catalogo simplicium omittatur.

II. *De Granato.*

GRanatus *Offic.* Granat. Gemma est pellucida, ex flavedine rubens; ignis instar, Cinnabaris nativi vel factitii colorem fere referens. *Vires.* Exiccat, corroborat, medetur cordis palpitationi, Melancholiæ resistit, & veneno, exspuitionem sanguinis sistit; collo suspensus iisdem virtutibus vulgò celebratur. *Schröd.*

III. *De Hyacintho.*

HYacinthus *Offic.* Hyacinth. Gemma est pellucida, ex flavedine, aut croceo colore rubens, ignisque flammas imitans. *Vires.* Vim habet Cor corroborandi, & à Peste tuendi: Singulare quoque est specificum contra Spasmum & Contracturas. *Schröd.* Adulteratur vitro Saturni, quod à vera Gemma pondere & duritie facilè distinguitur.

IV. De

IV. De Amethysto.

AMethystus *Offic.* Amethyst. Gemma est violacei coloris, qui ex mixtione rubri, & cœrulei coloris emanat. Reperiuntur in India, Armenia, Arabia, &c. *Vires.* Putatur gestatus ebrietatem prohibere, idque vini colore, quo præditus est, indicari, quasi illum pro facultatis characterismo habeat. *Boet.*

V. De Saphiro.

SAphirus *Offic.* Saphier. Gemma est pellucida, colore cœruleo seu cyaneo constans, perquam translucido, cœlique sereni colorem referens, splendore & perspicuitate summâ. Invenitur in *Zeilan*, &c. *Vires.* Frigida est & sicca, astringens, consolidans, alexipharmaca cordialis & ophthalmica. *Schrod.*

VI. De Beryllo.

BErillus. *Offic.* Beryll. Gemma est pellucida, quæ marinæ aquæ colorem refert, ex viridi cœrulea. In India variis in locis reperiuntur. *Vires.* Contra hostium pericula, vitia hepatis, suspiria, eructationes, ac morbos oris, faciei & gulæ valere creditur.

VII. De Smaragdo.

SMaragdus *Offic.* Smaragd. Gemma est, qua nihil viridius, pellucida & diaphana, tantique splendoris existit, ut oculos intuentium perstringat, Reperiuntur in India, &c. *Vires.* Omnem alvi sanguinisque fluxum, ac præcipuè Dysenteriam, ebibitus sistit; venenatis itemque

morsibus, Pesti, Febribus pestilentibus resiste-
re creditur. *Boet.*

VIII. *De Topasio.*

DUo ipsius sunt genera (viz.) Chrysopasius & Chrysolithus, Chrysopasius veterum Chrysolithus hodie appellatur, & Chrysolithus veterum Topasius & Chrysopasius Neotericis Gemmariis nuncupatur.

1. Chrysolithus *Offic.* Topasius & Chrysopasius. *Vet.* Chrysolith. Viridis est gemma ac diaphana, aureo fulgore splendens. Invenitur in India, &c. *Vires.* Sanguinis eruptiones sistit, bilem itemque & phrenitidem mitigat. *Boet.*

2. Topasius & Chrysopasius *Offic.* Chrysolithus *Vet.* Topaaß. Gemma est diaphana & pellucida aurei coloris. *Vires.* Natura solaris ex signatura judicatur. Proinde creditur timores nocturnos & melancholiam minuere, intellectum confortare, molestisque insomniis adversari, &c. *Schrod.*

IX. *De Opalo.*

OPalus *Offic.* Oball. Gemma est omnium pulcherrima, nam in eo apparent reflectione varii colores, ut in Iride. In India reperiuntur. *Vires.* Arbitrantur authores hanc omnium aliarum gemmarum vires habere.

X. *De Asteria Gemma.*

ASteria gemma *Offic.* Siegstein. Perspicua est hæc Gemma Crystalloque similis, durior tamen. *Vires.* Gestata somnum conciliare, & somnia terrifica abigere creditur.

Ha-

Hactenus *Mineralogia*, seu de *Fossilibus* in re Medicâ vulgariter usitatis? quorum omnium innumeras species seu varietates, (quoad mineras suas Ertz dictas) colore, figurâ, mixturâ, aliisque accidentibus differentes enumerare hujus loci non est, ne tædio lectori sint, & opus hoc brevitati studens nimis intumescere faciant. Qui hos naturæ lusus observare gaudet, vel criticè distinguere in animo habet, adeat insignem Catalogum Ioannis *Kentmanni* à *Gesnero* inter Autores de re fossili editum? item *Olai Wormii* locupletissimum *Museum*, *Anselmum Boetium de Boot*, & *Joannem de Laet de Lapidibus*, *Gemmis*, &c. *Agricolam de Fossilibus; Fallopium* & *Cæsium de Mineralibus*, *Borrichium de Metallicis*, *Aldrovandi Museum Metallicum*, *Becheri Physicam subterraneam*, *sagacissimum Cœsalpinum de Metallicis*, *Musea varia edita*, *Sckwenckfeldum de Fossilibus* &c. Hæc extra officinas sunt, & ad institutum nostrum haud pertinent; sic etiam apparatus & modi separandi varia fossilia à Mineris suis, eaque purgandi, & præparandi in usum Officinarum nihil ad nos; nudam enim & simplicem materiæ medicæ faciem, ut in nostris officinis apparet, hic describere & usus exhibere solùm in animo habeo; qui prævias operationes accuratè scire desiderat, pervolvat magna Volumina *Agricolæ*, *Erckeri*, *Alonsi Barbæ*, &c. Nec variæ & multiplices præparationes & compositiones Medicamentorum ex Mineralibus, Ve-

getabilibus, & Animalibus in hoc opere descriptis nostri pensi sunt; Pharmacopœiam enim non damus. Cum *Zwelferiana*, sive *Augustana*, *Schroderiana*, *Londinensis*, *Bateana* &c. omnium manibus terantur; horum materiam seu partes simplices denudare, explicare & describere, totus sudo, & unicè incumbo; ubique brevis esse laboro, perspicuus tamen & nervosus, quantum in me est.

PHARMACOLOGIÆ
SEU
MANUDUCTIONIS
AD
Materiam MEDICAM
LIBER SECUNDUS.

De Phytologia.




Hytologia est pars illa Pharmacologiæ, quæ agit de Plantis.

Classes Phytologiæ sunt 3. viz. 1. Lithophytologia, quæ agit de Plantis sub-

Substantiæ lapideæ. 2. *Botanologia, quæ enodat Herbas.* 3. *Dendrologia, quæ exhibet Arbores & Frutices.*

Expeditis Libro primo Fossilibus & subterraneis, quibus jam gaudent officinæ nostræ, ut pedem promoveamus ad ea quæ supra terram proveniunt, instituti nostri postulat ratio.

Hic verò Animus non est Historiam proponere, quod operis foret immensi, sed solummodò Plantas Officinales in vulgari usu novâ Methodo disponere, cum Tabulis, Notis Charactericis, Nominibus synonymis, Usibus & Viribus; ut Materia Medica hactenus neglecta & tenebris involuta clariùs elucescat, & Tyronibus pulchrior & illustrior appareat. Qui plenam & prolixiorem harum rerum Historiam desiderat, adeat clarissimos & diligentissimos scriptores, *Carolum Clusium*, *Joannem Bauhinum*, *Bodæum Stapelium*, *Joannem Raium*, &c.



Phytologiæ Tabula Generalis.

Plantæ ſunt vel ſubſtantiæ

Lapideæ; quæ Lithodendra nonnullis nuncupantur. CLASSIS PRIMA.
Herbaceæ: CLASSIS SECUNDA quæ ſunt vel
Imperfectæ; quæ partibus præcipuis, flore ſcilicet & ſemine, carere videntur. SECT. I.
Perfectiores; quæ flore & ſemine donantur:
Hæ vel ſunt ſemine
Minutiſſimo, & nudis oculis vix conſpicuo; quæ ſunt vel
Cauliferæ. SECT. II.
Dorſiferæ ſeu EPIPHYLLOSPERMÆ. SECT. III.
Majore; quæ vel ſunt Plantula ſeminali
Bifolia, ſeu bivalvi, biniſque Cotyledonibus Inſtructa; ſunt autem vel flore
Imperfecto ſeu ſtamineo, hoc eſt, ſolis ſtaminibus, cum ſtylo & calyce compoſito. SECT. IV.
Perfecto, ſeu petalode, foliis illis fugacibus inſtructo; Hæ vel ſunt eodem
Compoſito, ſeu ex pluribus floſculis in unum totalem florem coeuntibus aggregato: qui vel
Planifolius, naturâ plerunque plenus, plantâ lacteſcente. SECT. V.
Diſcoides, hoc eſt, ex plurimis brevibus, compreſſis & conſertis floſculis, in unam quaſi apparentem ſuperficiem digeſtis compoſitus, ſuccedente ſemine, vel
Pappo innaſcente alato. SECT. VI.
Solido & pappo diſtincto, in CORYMBIFERIS. SECT. VII.
Fiſtularis, hoc eſt, ex pluribus concavis oblongis floſculis. HERBÆ CAPITATÆ. SECT. VIII.

b c

Sim-

a b c Simplici, seu ex petalis tantùm cum staminibus & Stylo constantem: Hæ sunt vel seminibus,

Nudis, hoc est, nullo præter perianthium vasculo aut tegmine donatis; ad singulos flores

Singulis. SECT. IX.

Binis, floribus

Pentapetalis, in umbellæ formam plerumque dispositis. UMBELLIFERÆ. SECT. X.

Monopetalis in quatuor lacinias dissectis, foliis caules ad nodos stellatim ambientibus. STELLATÆ. SECT. XI.

Quaternis, vel foliis in caule

Ex adverso binis, floribus labiatis, caules ut plurimùm verticillorum in modum ambientibus, VERTICILLATÆ. SECT. XIII.

Alterno vel nullo ordine positis; floribus monopetalis, margine quinque partito; quæ ob folia in plerisque speciebus aspera ASPERIFOLIÆ denominantur. SECT. XII.

Pluribus quatuor, nullo certo aut definito numero. POLYSPERMÆ. SECT. XIV.

Conceptaculis propriis & à Perianthio diversis donatis, vel

Pericarpio molli, seu pulpâ per fructûs maturitatem humidâ semina ambiente, vel fructu

Majore, cortice crassiore tecto, semine majore, POMIFERÆ. S. XV.

Minore, membrana tenui vestito, seminibus etiam minoribus. BACCIFERÆ. SECT. XVI.

Materia per maturitatē ficciore, vel in

a b

Conceptaculis pluribus & distinctis, eidem flori succedentibus semina continent MULTISILIQUÆ. SECT. XVII.

Solitariis & singulis, aut conjunctis, quas florum respectu dividimus in

Monopetalas. SECT. XVIII.

Tetrapetalas, flore

Uniformi seu SILIQUOSAS & SILICULOSAS. SECT. XIX.

Difformi, papilionem, alis expansis, quadantenus referente, quas idcirco PAPILIONACEAS vocant. SECT. XX.

Pentapetalas. SECT. XXI.

Unifolia aut aphyllo, id est, singulis aut nullis Cotyledonibus donata, ideoque foliis succedentibus similibus, è terra exit; suntque vel

Flore perfecto, seu petalode, quæ vel sunt radice

Bulbosâ, hoc est, ex pluribus tunicis, exteriore interiorem ambiente, contexta. SECT. XXII.

Tuberosâ, fibrosáve, in bulbosis affinibus nobis dictis. SECT. XXIII.

Flore imperfecto seu stamineo, sunt vel

Caule geniculis nodosis non intercepto, vel non tereti. GRAMINIFOLIÆ. SECT. XXIV.

Culmiferæ, hoc est, quæ caulem teretem, geniculatum & concavum edunt, singulis foliis ad singula genicula eum involventibus. FRUMENTA & GRAMINA. SECT. XXV.

Lignosæ: CLASSIS TERTIA, in qua de Arboribus & Fruticibus, sunt vel caudice

Simplici, non ramoso, hoc est, unicam tantùm una vice in summo fastigio gemmam maximam

a

a mam producentes, folio Irino, i. e. ſtriato & nervoſo, nervis ſecundùm longitudinem productis, flore tripetalo, & ſpathifero. SECT. I.

Ramoſo, ſunt vel fructu

A Flore ſejuncto ſeu remoto. SECT. II. quæ vel

Nuciferæ, putamine duriore nucleum claudentes oſſeo & fragili. MEMB. I.

Glandiferæ, putamine coriaceo & molliore, exteriùs vel

Tegumento echinato undique incluſo. MEMB. II.

Calyce excepto ſuperiore parte nudo. MEMB. III.

Coniferæ. MEMB. IV.

Bacciferæ. MEMB. V.

Lanigeræ. MENB. VI.

Flore contiguo, quæ vel

Flore fructuve aggregato. SECT. III.

Flore ſimplici, nec è pluribus floſculis confecto: in quibus Flos vel

Summo fructui inſidet, unde fructus à calyce floris velut umbilicatus eſt, SECT. IV. qui vel

Humidus; pericarpio ſeu pulpâ humidâ, atque vel

Major Polypyrenus ſeu plures nucleos continens. POMIFERÆ UMBILICATÆ. Membr. 1.

Minor Polypyrenus, BACCIFERÆ UMBILICATÆ. Membr. 2.

Siccus. Membr. 3.

Imo fructui adhæret; ſunt vel fructu

Calyce ſeu cupula excepto: SECT. V. eoque vel

Monopyreno; fructu per maturitatem vel

Humido majore; PRUNIFERÆ UMBILICATÆ. Memb. 1.

Sicco; NUCIFERÆ UMBILICATÆ. Memb. 2.

a b

a b Dipyreno; GLANDIFERÆ UMBILICATÆ. Memb. 3.
Tetrapyreno; fructu humido BACCIFERÆ UMBILICATÆ. Memb. 4.
Non calyculato, hoc est, cujus Flos cum calyce suo decidit: Hæ vel sunt fructu
Subrotundo breviore eoque vel per maturitatem
Humido
Majore
Monopyreno; PRUNIFERÆ. Sect. VI.
Polypyreno; POMIFERÆ. S. VII.
Minore; BACCIFERÆ. Sect. VIII.
Sicco; SECT. IX.
In longitudinem producto; SILIQUOSÆ. SECT. X. quæ sunt vel flore
Uniformi. Memb. 1.
Difformi. Memb. 2.

His addimus Partes Stirpium minus cognitarum, Ligna & Gummata; SECT. XI.

CLASSIS PRIMA, SEU LITHOPHYTOLOGIA.

De Plantis Substantiæ Lapideæ.

Plantæ Substantiæ Lapideæ, referentes, vel
- Fruticem: CORALLIUM.
- Muscum: CORALLINA.

I. *De Corallio.*

Substantiâ lapideâ, solidâ, & minimè porosâ aut spongiosâ, à Poro dicto reliquisq; lapideis marinis distinguitur.

Coral-

Corallium album *Offic. C. B. J. B. Ger. R. H. p.* 62. album majus *Park.* Weisse Corallen. In *Usu* est integra Planta. In Mari Tyrrheneo & Siculo invenitur. *Vires.* Appensum, ut Pectus contingat, Hæmorrhagiam mulierum sistit. *Schrod.* In fluxibus, Cardialgiâ, & morbis ab acido productis plurimùm valere dicitur.

Corallium nigrum *Offic. C. B. R. H. p* 61. nigrum sive Antipathes *J. B. Ger. Park.* schwartze Corallen. In mari Italico sed rarius.

Corallium rubrum *Offic. J. B. Ger. R. H. p.* 60. rubrum majus *Park.* Corallum rubrum, *C. B.* Rohte Corallen. *Usu* venit integra Planta. *Cum albo reperitur. Vires.* Exiccat, refrigerat, adstringit. Ventriculum, & Jecur roborat, fluxus quoscunque sistit. *Schrod.*

II. De Musco marino lapideo, seu Corallina.

Corallina *J. B. R. H. p.* 65. Anglica *Ger.* Muscus Maritimus, sive Corallina Officinarum *C. B.* Marinus, sive Corallina alba Officinarum *Park.* Meer-Moß/Corallen-Moß. Rupibus marinis, petris, & etiam conchis accrescit, ubique ferè apud nos. *Vires.* In pulverem crassiusculum contrita ad interaneorum Vermes necandos atque etiam expellendos non immeritò celebratur.

De Corallio V. *Baconem in Epistolis.* Item *Fer. Imperatum in Historiâ Naturali, & Gansium-*

CLAS-

CLASSIS SECUNDA, SEU BOTANOLOGIÆ SECTIO PRIMA.

De Plantis Imperfectis.

PLantas imperfectas voco, quæ flore & semine carere videntur.

Hæ ex loco natali distingui possunt in

- Aquaticas, quæ vel
  - Marinæ, consistentiæ tenerioris & herbaceæ; referentes Muscum seu Fungum: *Spongia.*
  - Aquarum dulcium alumnæ, foliis trifidis: *Lens palustris.*
- Extra aquas nascentes, quæ vel sunt substantiæ
  - Crassioris ad carnes aut ligna accedentis: *Fungi.*
  - Tenuioris & siccioris, ad herbæ naturam propiùs accedentis. Hæ vel sunt
    - Cauliferæ & ramosæ: *Musci.*
    - Caule carentes, crustæ modo in arboribus reptantes: *Lichen Arboreus.*

I. De Spongia.

SPongia globosa *C.B.J.B.R.H.p.*80.marina alba *Ger.*marina usualis *Park.* Bade Schwämme. Est substantia mollis, laxa, rara, porosa, levis, coloris spadicei, albicantis vel flavescentis, saporis & odoris nullius evidentis. Saxis, conchis, aliisque Marinis adnascitur. In *Usu* est integra Planta. *Vires.* Usus ejus internus vel nullus vel rarus est, quia non solvitur in ventriculo, unde ob intumescentiam rursùs ejicitur vel supra vel infra, ac ideò pro veneno habetur; po-

potius in uſu eſt Chirurgico ad ſanguinem ſiſtendum. Vide *Imperatum* & *Archigenis* fragmenta apud *Ætium* de Spongiæ uſu *cap.* 170.

II. De Fungo.

Fungi nihil ferè habent commune cum plantis perfectioribus: nec enim color iis herbaceus, nec textura analoga, neque flos ullus, aut folium propriè dictum. Breviſſimo temporis ſpatio pleriq; oriuntur & brevis pariter ævi ſunt. R. Synop. p. 8.

A. 1. Auriculæ Judæ & Fungi Sambuci *Offic.* Fungus membranaceus auriculam referens ſive Sambucinus *C. B. R. H. p.* 106. F. Auriculæ Judæ, coloris ex cineraceo nigricantis, perniciosus, in Sambuci caudice naſcens *J. B. F.* Sambucinus ſive Auricula Judæ *Ger. Park.* Judas Oehrlein. Eſt imi trunci Sambuci veteris Excreſcentia ſpongioſa, lævis, coriacea, & membranacea, auriculæ inſtar, ſubtus incana & cinerea, ſupra nigricans, ſaporis terrei, & aquei, odoris nullius. *Uſus* eſt integræ plantæ. *Vires.* In lacte decoctus aut aceto maceratus, in Angina aliiſque oris aut gutturis tumoribus aut inflammationibus exhiberi ſolet ad gargariſandum, aut guttur eluendum. *R. Cat. p.* 22. Inhibet motum ſanguinis, ergo aſtringit.

2. Agaricus *Offic. Ger.* Agaricum *J. B. R. H. p.* 107. Agaricus ſive Fungus Laricis *C. B.* Agaricus ex Larice *Park.* Dannen Schwämme. Eſt trunci Laricis excreſcentia fungoſa, ex rotundo anguloſa, inæqualis, pugni magnitudine, ſubſtantia internè candidiſſima, læviſſima,

simâ, friabili, paucis fibris intertexta ex cortice calloso; cinereo subruffo, cui inclusa exempta. Vel Notæ optimi Agarici hoc disticho continentur.

Res frangi præsto pretiosus Agaricus esto.
Candidus & splendens, bonus in libra leve pendens.

Optimus habetur hodie, qui in sylvis Tridentinis & Noricis oritur. Non ut reliqui Fungi nocte unâ prodit, sed annum integrum ad sui perfectionem requirit. *Usui* est integra planta. *Vires.* Purgat pituitam, præcipuè crassam & lentam, & bilem utramque. Corrigitur cum Zingib. Caryophyll. Sal. Gemm. Crystal. Tart. &c. *Præp.* Agaric. Troch. Pil. de Agarico. V. Plura *apud Bellonium de Arbor. Conif. & Campegium in Gall. Pentapharm.*

Tubera Terræ Tartuffeln. Apud Gallos & Italos in usu sunt non solum in Diætâ sed Medicinâ, Vide plura apud *Cicarellum de Tuberibus.* G. Hirsch-Brunst.

III. De Musco.

Muscus autem, quamvis res notissima sit, ejusque species ab unoquoque primo statim aspectu agnoscantur, non tamen ità facile est eam definire, aut generalem aliquam descriptionem cudere, quæ omnibus Muscis & solis conveniat. Solent autem Musci censeri aridiores illæ & exuccæ, plerumque decolores, substantiæ, quæ oriuntur vel in opacis, vel in muris, tectis, arboribus, petris aliisque locis sterilioribus, immodico frigore aut calore perustis, aut etiam siccis, & squalidis, in quibus plantæ perfectæ non provenire, nec durare possunt; aut saltem plantis

per-

perfectioribus minus commoda & propitia sunt. R. H. pag. 112.

1. Muſcus *Offic.* arboreus: Uſnea Officinarum *C. B. R. H. p.* 114. Arboreus villoſus *J. B.* Arboreus vulgaris & Quercinus *Park.* Quernus *Ger.* Eichen Mooß. Ex arboribus adultis, villi dependent incani, lignoſi, tenuibus contexti filis, guſtu adſtringente. In Anglia rarior eſt. *Nat. Offic.* Integra planta. *Vires.* Muſcus omnis aſtring. *Schröd.*

2. Muſcus arboreus pulmonarius. *C. B. R. H. pag.* 116. Pulmonarius ſive Lichen arborum, *Park.* Lichen arborum. *Ger.* L. Arboreus ſive Pulmonaria arborea. *J. B.* Lungen-Kraut. Eſt planta imperfecta muſcoſa, conflata quaſi ex foliis latis coriaceis, rugoſis invicem incumbentibus, ſupernâ parte viridantibus, infernâ albicantibus, ſaporis terreſtris & aſtringentis. Arboribus, præſertim Quercui, adnaſcitur. *Nat. Offic.* Integra planta. *Vires.* Siccat & aſtringit; unde ſanguinem profluentem compeſcit, vulnera recentia glutinat, alvum ac menſes ſiſtit. Utuntur eâ vulgò ad Pulmonum affectiones, &c. Vide plura apud *Fallopium de Muſco*, & *Ephem. German.*

3. Lens paluſtris *Offic. Ger. J. B. R. H. p.* 117. Paluſtris ſive aquatica vulgaris *Park.* Lenticula paluſtris vulgaris *C. B.* Waſſerlinſen. In aquoſis frequens. *Nat. Offic.* Integra planta. *Vires.* Vis ei refrigerans, unde inflammationibus, Podagræ, & Ignibus ſacris convenit. *Matth.*

SECTIO

SECTIO SECUNDA.

Herbæ semine minutissimo & nudis oculis vix conspicuo.

Herbæ semine minutissimo sunt vel eodem

- Caulibus ipsis aut pediculis privatis innascente insidentéve: Hujus generis sunt vel
  - Imperfectiores superficie perenni,
    - Caule carentes, foliis in superficie terræ repticibus latè se diffundentes, pediculis semina sustinentibus è foliis enatis: *Lichen.*
    - Cauliferæ, vasculis seminalibus
      - Caules terminantibus: *Polytrichum aureum.*
      - E lateribus caulium egredientibus: *Muscus.*
  - Perfectiores, superficie annua
    - Monophyllæ.
      - Spicatæ, folio integro simplici: *Ophioglossum.*
      - Paniculatæ, folio è multis segmentis composito: *Lunaria.*
    - Polyphyllæ, foliis teretibus, caules ad nodos in orbem ambientibus multis, radiorum in modum; foliis & caulibus pyxidatim articulatis: *Equisetum.*
- Foliis aversis adnascente; foliis
  - Integris & indivisis, oblongis, nullo ad basin folii sinu: *Phyllitis.*
  - Divisis
    - Pinnatis aut laciniatis, simplici divisurâ.
      - Majores, folio
        - Breviore & latiore, radice purgatrice; *Polypodium.*
        - Longiore & angustiore: *Lonchitis.*
      - Minores, folio
        - Crassiore laciniato dentato: *Scolopendria.*
        - Tenuiore pinnato: *Trichomanes.*
    - Surculosis aut semel duntaxat subdivisis

a Majores, pinnis brevibus dentatis: *Filix Mas.*
Minores, pinnis rariùs dispositis, latioribus & obtusioribus, pediculis longiusculis,
Tenuibus, nigris, foliis tenuioribus: *Capillus Veneris.*
Crassioribus & viridioribus: *Adianthum album.*
Ramosis aut bis subdivisis
Majores; pinnulis non dentatis, seminibus
Advers. foliorum parti adnascentibus: *Filix Fœmina,*
In surculis in summitatibus foliorum congestis, palustrium alumnæ: *Osmunda Regalis.*
Minores: pinnulis crassioribus, longioribus & angustioribus: *Adianthum Nigrum.*

I. De Polytricho aureo.

PLanta est caulifera minor, vasculis seminalibus caules terminantibus. R.M. p. 62.

Adianthum aureum, & Polytrichum aureum *Offic.* Adianthum aureum majus *Ger. R. H. p.* 123. Polytrichum aureum majus *C. B. Park.* Polyt. Apulei & majus quibusdam. *J.B.* Gülden Wiederthon oder Venus Haar. In paludosis. *Nativa Officinalia.* Integra planta. *Vires.* Ob signaturam commendatur ad capillos generandos.

II. De Musco trichoide.

PLanta est caulifera minor ramosa, vasculis seminalibus è lateribus caulium egredientibus. R.M.p.62.

Usnea Cranii Humani *Offic.* Muscus ex cranio Humano *Ger. Park.* Usnea seu Muscus cranio humano innatus *R. Synops.* Mooß aus eines Menschen Hirnschal. In Hybernia frequens

est,

eſt, unde ad nos delatus eſt. *Nativa Officinalia.* Integra planta. *Vires.* Celebratur à plurimis Authoribus in Hæmorrhagia. Ingreditur autem compoſitionem famoſi illius *Unguenti Armarii* dicti.

Uſnea humana duplex eſt, Prior in Officinis noſtris uſitata, ex Hibernia adfertur & nihil aliud eſt quàm Muſci vulgàris terreſtris ſpecies minor, Adianti aurei capitulis, nec ab eo differt qui ſaxis & arboribus adnaſcitur, cui planè ſimilem nec figurâ, nec odore diſtinguendum; oſſibus equinis & bovinis in campis jacentibus adnaſcentem obſervavit *D. Doody*, Pharmacopœus Londinenſis, rei herbariæ apprimè gnarus.

Altera cruſtacea eſt, Lichenis petræi in modum craniis adnaſcens, in iiſque ſe diffundens, quæ ab Autoribus præcedenti antefertur, & peculiari quadam virtute ad diverſos morbos depellendos curandos dotata eſſe creditur. *Ephemer Germ.* Ann.2. Obſerv.53.

III. De Lichene.

Lichen herbula eſt ex meris foliis in terræ ſuperficie radiculis demiſſis ſe diffundentibus conſtans: è foliis autem oriuntur pediculi capitula ſuſtinentes. R. Synop. p. 20.

A. Hepatica & Lichen *Offic.* Lichen ſive Hepatica vulgaris *Park. R. H. p.* 124. Sive Hepatica fontana *J. B.* Petræus latifolius, ſive Hepatica fontana *C. B.* Hepatica terreſtris *Ger.* Stein-Leber Kraut. In ſaxis aquoſis oritur. *Uſus.* Inte-

Integra planta. *Vires.* Hepatica est insignis hæc plantula, *Usus* præcipuè in Obstructionibus Hepatis & Vesicæ, quorum signaturas in foliis gerit: hinc in Hectica, in Icteio, in Scabie & Lichenibus, in Gonorrhœa, in Febri. Extrinsecùs sistit sanguinem in vulneribus. *Schrod.*

IV. De Ophioglosso.

PLanta est singularis & sui generis, unifolia, spica linguam serpentinam imitante è medio folio egressa. R. Synop. p. 21.

Ophioglossum *Offic. J. B. Ger. R. H. p.* 126. vulgatum *C. B.* Sive Lingua serpentina. *Park.* Natter Zunglein. In pratis & pascuis humidis Aprili vel Maio. *Usu* Integra planta. Vulnerarium est insigne, tum intus sumptum, tum extrinsecus applicatum. *R. H. ibid.*

V. De *Lunaria.*

NOtæ hujus sunt folium singulare pinnatum, adnatum cauliculo racemulis flosculorum & seminum onusto. R. Synop. p. 22.

Lunaria *Offic.* Minor *Ger. Park. R. H. p.* 127. Racemosa minor vel vulgaris *C. B.* Botrytis *J. B.* Mohn-Rauten / Mohn-Kraut. In montosis non raro. *Usu* Integra planta. Ex Lunaria Walli Ungentum conficiunt, quod regioni renum illitum habetur inter certissima Dysenteriæ remedia. *D. Needham.* Menses etiam sistit. *D. Eales.*

VI. De *Equiseto.*

EQuisetum folia habet setis similia rotatim circa caules ad genicula nascentia: tum caulis tum folia pyxidatim articulantur. R. Synop. p. 20.

Cauda Equina, & Equisetum *Offic.* Equisetum majus *Ger. R. H.* p. 128. Majus palustre *Park.* Majus aquaticum *J. B.* Palustre longioribus setis. *C. B.* Schaafftau / Roßschwantz. In palustribus & aquosis provenit. In usu sunt caules cum foliis suis. *Vires.* Vulnerarium est, inspissat, astringit. *Usus* præcipuè in Hæmorrhagiis sistendis, in exulceratione & vulneratione Renum & Vesicæ, &c. *Schröd.*

Herbæ semine minutissimo, caule carentes, Epiphyllospermæ.

I. De Phyllitide.

Foliis est integris & indivisis. R. Synop. p, 22.

Lingua Cervina, & Phyllitis *Offic.* Phyllitis *Ger. R. H. p.* 134. Sive Lingua cervina vulg. *J. B.* Sive Lingua cervina vulgaris *Park.* Phyllitis, Lingua cervina Officinarum *C. B.* Hirsch Zung. Folio lato glabro, nullo ad básin appendice, saporis subastringentis. In umbrosis saxosis. In *Usu* sunt Folia. *Vires.* Usus præcipuè in Lieni tumido, fluxu alvi, expuitione sanguinis. Extrinsecus mundificat vulnera ac ulcera. *Schröd.* Pulvis herbæ exiccatæ in palpitatione cordis, in suffocatione uterina, in motibus convulsivis mira præstat. *R. Cat. Angl. p.* 232.

II. De Polypodio.

Foliis laciniatis aut pinnatis à reliquis differt. R. Synop. p. 22.

Polypo-

Polypodium Quercinum *Offic.* Polypodium *J. B. Ger. R. H. p.* 137. Vulgare *C. B. Park.* Engelsüß. In muris & ædium tectis, inque aggeribus terrenis umbrosis ad radices aut truncos arborum. Quod Quercui innascitur reliquis in medicina præfertur. *Usu.* Radix oblonga est, foris rufescens, intus herbacea, ex viridi pallescens, multis nodis & tophis quasi acetabulis geniculata, saporis subacris, dulcis, quodammodo astringentis, nauseosi. *Vires.* Educit bilem adustam & pituitam lentam. Hinc utilissimum in obstructionibus Mesenterii, Epatis, ac Lienis, & inde natis passionibus Hypochondriorum Scorbuticis. Rarò autem sola datur, sed aliis purgantibus ferè admiscetur, & quia segniter purgat, plerumque in decoctis vel infusionibus, rarò in aliis formulis adhibetur. *Schrod.*

III. De Asplenio sive Ceterach.

Parvitate suâ & foliorum laciniis quæ breves sunt & obtusæ, non conjugatim sed alternatim dispositæ, à congeneribus differt. R. Synop. p. 23.

Ceterach & Scolopendrium *Offic.* Asplenium sive Ceterach *J. B. Ger. Park. R. H. p.* 139. Sive Scolopendria, Ceterach Officinarum *C. B.* Zecht oder klein Miltzkraut. In Saxorum crepidinibus & antiquis muris. In *Usu* sunt Folia, Septembri collecta. *Vires.* Saporis acerbi, absterg. spleneticum est. Usus præcipuè in duritie Lienis, Ictero, Febri quartana: Urinam movet, calculum comminuit, Menses ciet. *Schrod.* Præp. Syr. de Scolopendrio.

IV. De Trichomane.

P*Arvitate suâ & foliis Viciæ aut Securidacæ æmulis à reliquis distinguitur.* R. Synop. p. 23.

Polytrichum & Trichomanes *Offic.* Capillus Veneris *Pharmacopolis.* Trichomanes *Park. R. H. p.* 140. Mas *Ger.* Sive Polytrichum *J. B* Sive Polytrichum Officinarum *C. B.* Steinbruch. In petris & aggeribus umbrosis & muris antiquis. *Usu*, Folia seu Herba integra, Septembri collecta: saporis est subastringentis N.B. Officinis nostris *Adianti veri* seu *Capilli Veneris* succedaneum est, & in frequenti usu. *Vires* præcipuæ hujus plantæ, de quibus inter medicos ferè convenit, sunt Vitiis Pulmonis & Thoracis auxiliari, calculo renum & urinæ stillicidio subvenire. *R. H. p.* 140. Adianto, Capillo Veneris & Rutæ murariæ facultatibus omnibus respondet. *Schrod.* Vim nullam aperitivam in his plantis capillaribus invenio. Quando præmissa sunt aperientia possunt usurpari, si & humores sunt tenues, absorbent illos.

V. De Filice Mare.

F*Oliis est surculosis aut semel duntaxat subdivisis, hoc est, in quibus mediæ costæ seu scapo surculi utrinque pinnati hinc inde adnascuntur; majoribus pinnulis, brevibus dentatis.* R. Method. p. 63.

Filix mas *Offic.* Mas vulgaris *Park. R. H. p.* 143. Mas non ramosa, pinnulis latis, densis, minutim dentatis *Ger. emac.* Non ramosa dentata *C. B.* Vulgò mas dicta, sive non ramosa *J. B.*

J. B. Waldfarn/ Farnkraut. In aggeribus sepium umbrosis. *Usu.* Radix crassa, foris nigricans, intus pallida, fibrosa, multis appendicibus involuta & implexa, saporis amarulenti subastringentis. *Vires.* Planta hæc cum Filice Fœmina viribus convenit: peculiariter tamen Rachitidi morbo confert. *R. H. p. ib.* Expellit Vermes, & Calculos.

VI. De *Adiantho Albo.*

Pinnulis latioribus, obtusioribus, crassioribus & viridioribus Rutæ accedentibus, pediculis longiusculis à reliquis distinguitur.

Adianthum album, Ruta muraria, & Salvia vitæ *Offic.* Album *R. H. p.* 146. Album murarium *Herm. Cat.* Ruta muraria sive Salvia vitæ *Park.* Maur Raute. In muris & pontibus, inque petrarum fissuris. *Usus* est Herba integra. Sapore est subastringente, odoris nullius. *Vires.* Adiantho cæterisque capillaribus temperamento & facultatibus non multùm absimilis est *R. Cat. Angl. p.* 7. Hæc sumenda est ubi Medici *Adianthum album* præscribunt.

VII. De *Capillo Veneris vero.*

Pinnulis tenuibus nigris, foliis etiam tenuioribus à priore differt. R. Method. p. 64.

Adianthum vulgare, & Capillus Veneris *Offic.* Sive Capillus Veneris *J. B. R. H. p.* 147. Verum sive Capillus Veneris verus *Park.* Foliis Coriandri *C. B.* Capillus Veneris verus *Ger.* Frauen oder Venus Haar. Ex Gallia & Italia

advehitur. *Usus* est Foliorum seu Herbæ integræ; saporem & odorem habet præcedentis. *Vires.* Exiccat, attenuat, aperit, extergit, Pulmonum, Renumque vitiis medetur, Hepatis & Lienis obstructiones reserat, Urinam & Menses ciet. Pro Adiantho albo in Officinis Pharmacopolarum venditur. Hæc sumenda est cum medici *Capillum Veneris* præscribunt, non *Trichom.*

VIII. De Filice Fœmina.

Notæ hujus folia ramosa seu bis subdivisa, magnitudo insignis, radix repens. R. Synop. p. 25.

1. Filix fœmina *Offic. Ger. R. H.* p. 149. Fœmina vulgaris *Park.* Ramosa major, pinnulis obtusis non dentatis *C.B.* Major & prior *Trago*, seu ramosa repens *J.B.* Groß Farn Kraut. In pascuis sterilioribus. In *Usu* est Radix, longa, foris nigricans, intus albida, sapore amaricante & astringente. *Vires.* Splenetica est, subastringit, aperit. *Usus* præcipuè in obstructionibus viscerum & imprimis Lienis & Uteri. Extrinsecus commendatur ad ambusta. *Schrod.*

2. Filix florida & Osmunda regalis *Offic.* Florida sive Osmunda regalis *Ger. R. H.* p. 151. Ramosa non dentata, florida *C.B.* Floribus insignis *J. B.* Osmunda regalis sive Filix florida *Park.* Blühend Farnkraut. In palustribus putridis & Sylvis humidis. In *Usu* est Radix crassa multas ex uno capite perplexas inter se convolutas

tas emittens radiculas, foris nigricantes, intus albicantes, saporis subacris, & subamari, odoris non ingrati. *Vires.* Ad Hernias & Ulcera exploratissimi commodi est. Rachitidi morbo remedium præstantissimum & quasi proprium, aut specificum censetur.

IX. De Adiantho Nigro.

Folia firmiora & densiora glabra & splendentia. R. H. p. 152.

Adianthum nigrum *Offic.* Nigrum Officinarum *J. B. R. H. p.* 152. Nigrum vulgare *Park.* Foliis longioribus pulverulentis, pediculo nigro *C. B.* Onopteris mas *Ger.* Frauen-Haar. In aggeribus umbrosis ad radices arborum. *Usu.* Folia seu herba integra. *Viribus* cum Adiantho albo & Capillo Veneris convenit. Hæc sumenda est, cum Medici *Adianthum nigrum* præscribunt.

SECTIO TERTIA.

De Herbis flore imperfecto seu Stamineo.

FLorem imperfectum voco, quicunq; foliis illis tenellis, fugacibus, coloratis caret, quæ nos petala dicimus, adeoq; solo calyce & staminibus componitur. Sub staminibus etiam stylum comprehendimus, quo paucissimi flores carent. R. H. p. 154.

Herbæ flore imperfecto seu stamineo sunt vel

- Sexu distinctæ vulgo dictæ, hoc est, in quibus ab ejusdem plantæ semine editis, aliæ flores absque semine producunt, aliæ semine fœcundæ sunt; suntque vel
  - Scandens, fructibus squamosis, in racemos congestis amaris: *Lupulus.*
  - Erectæ; seminibus solitariis; foliis
    - Ex adverso binis
      - Integris spinulis urentibus minax: *Urtica.*
      - Digitatis, è cujus corticibus linteamina fiunt; *Cannabis.*
    - Alternatim nascentibus, seminibus nunc muricatis, nunc levibus: *Spinachia.*
- Sexu carentes, in quibus ab eadem specie semine editis nulla ejusmodi diversitas observatur; suntque vel semine
  - Flori conjuncto seu contiguo
    - Rotundo aut paululum compresso, aliúsve cujuscunque figuræ præter triquetrum: hæ vel sunt flore florisque calyce
      - Sedi seu basi seminis fructúsve cohærente, semine vel
        - Nudo, nullo scilicet præter calycem vasculo clauso Monospermæ: *Blitum Sylvestre.*
        - Flosculo à Perianthio distincto incluso, herba in parietibus & ruderibus nascente: *Parietaria.*
        - Vasculo à flore distincto protecto, eoque vel Bivalvi,

a b c

a b c

Bivalvi, è duobus laminis seu valvulis conniventibus tantùm, non cohærentibus composito: *Atriplex.*

Subrotundo, membranaceo, undique clauso, quod per maturitatem horizontaliter rumpitur, seminibus in singulis vasculis singulis: *Blitum.* Quæ coma est pulchriore: *Amaranthus* dicitur.

Summo semini aut fructui innascente, vel

Vasculo incluso

Verrucoso, osseo, in spicis prælongis, angustis, folio lato, glabro, radice esculenta: *Beta.*

Molliore & Membranacco, nullis verruculis scabro

In terna loculamenta diviso, foliis rotundis, crassis, duris Hederæ: *Asarum.*

Simplici, nec diviso in cellulas, striato, flosculis & seminibus

In summis caulibus & ramulis foliis subrotundis eleganter crenatis: *Alchymilla.*

Ad latera caulium è foliorum alis exeuntibus: *Herniaria.*

Nudo, foliis angustis: *Knawell.*

Triquetro, vel

Lucido seu splendente; lateribus atq; etiam angulis

Æqualibus, florum calycibus

Hexaphyllis; foliis mollibus: *Lapathum.*

Pentaphyllis; floribus in summis caulibus & ramulis in Spicas congestis, radice intorta: *Bistorta.*

Inæqualibus, foliis Persicæ, flosculis tetraphyllis in Spicas congestis: *Persicaria.*

Non splendente

Major & elatior, floribus Hexaphyllis, foliis amplis striatis: *Helleborus albus.*

Minor floribus pentaphyllis in foliorum sinubus, cauliculis, crebris geniculis interceptis, foliis parvis angustis: *Polygonum.*

a

a In eadem plantâ à flore aliquantulum remôto, fructu
ehinato
Bina intus semina claudente foliis subrotundis: *Xanthium.*
Tricocco verrucoso
Elatior & arborescens, foliis laciniatis: *Ricinus.*
Pumila foliis integris: *Heliotropium Tricoccon.*

I. De Lupulo Salictario.

Notæ Lupuli characteristicæ sunt caules volubiles, fructus squamosi in racemis laxis. R. Synop. p. 28.

A. Lupulus Salictarius *Offic.* Mas & fœmina *C. B. J. B. R. H. p.* 156. Sativus & sylvestris *Park* Lupulus Salictarius *Ger.* Hopffen. In sepibus. Floret Julio vel Augusto. *Usu* Folia, flores, & Turiones. *Vires.* Flores amari saporis, anodynique sunt, discutiunt. Usus præcipuè in obstructione Lienis ac Hepatis & inde in Ictero, in Hypochondriacis affectibus, &c. Ciet Menses & Urinam Extrinsecus sedat dolores, auxiliatur contusionibus, luxationibus, tumoribus. Turiones mundificant sanguinem, adeòque à Scabie præservant. *Schrod.*

II. De Cannabe.

Notæ hujus characteristicæ sunt folia digitata, corticis filamenta valida & tenacia, ad funes & linteamina texenda idonea. R. Synop. p. 28.

Cannabis *Offic.* Sativa *C. B. R. H.* p. 158. Mas & fœmina *J. B. Ger. emac.* Sativa mas & fœmina *Park.* Hanff. Seritur in agris. *Usu* semina subrotunda, parva, quæ sub tenui cortice ex cinereo spadiceo lucido includunt medullam albidam, sapore subdulci. *Vires.* Semen

men genitale imminuit (uſu continuato) Tuſſi opitulatur. Ictero ſubvenit: & caput vaporibus replet. *Schröd.*

III. De Urtica.

Folia integra, ſpinulis urentibus minax. R. Method. p. 65.

1. Urtica urens vulgaris *Offic.* Racemifera major perennis *Ra. Synopſ. p.* 29. Major vulgaris *J. B.* Major vulgaris & media Sylveſtris *Park.* Urens *Ger.* Urens maxima & altera urens *C. B.* Brenneſſel. Ad ſepes, & in locis ruderatis. In *Uſu* ſunt Radix longa lutea, Folia, & ſemina parva compreſſa, ſpadicea, quibus ſapor ſubacris & tenuis. *Vires.* Diuretica & Lithontriptica eſt. Sanguinem depurat, Hæmoptyſ. Hæmorrhag. & Menſes ſiſtit. Peculiariter Cicutæ adverſatur, ut & Hyoſcyamo.

2. Urtica urens Romana *Offic.* Pilulifera folio profundiùs Urticæ majoris in modum ſerrato, ſemine magno Lini. *R. Synop. p.* 29. Romana *Ger. Park.* Urens, pilulas ferens, prima Dioſcoridis, ſemine Lini *C. B.* Romana ſive Mas cum globulis *J. B.* Römiſche Brenneſſel. in arenoſis. *Uſus.* Semina ferè orbicularia, compreſſa, lævia, ſplendentia è ſpadiceo nigricantia, ſaporis ſubacris, cum quadam tenuitáte. *Vires.* Uſus crebri eſt in Pulmonum affectibus, Aſthmate, Tuſſi contumace, Pleuritide, Peripneumonia. *Schröd.*

IV. De Spinachia.

Notæ genericæ sunt: planta tota glabra, & innoxia, foliis singulatim alterno ordine positis, seminibus in nonnullis plantis muricatis R. H. p. 162.

Spinachia *Offic. Ger. Park. R. H. p. ibid.* Mas & fœmina *J. B.* Lapathum hortense, seu Spinachia semine spinoso *C. B.* Spinat. In hortis seritur. In *Usu* sunt Folia seu Herba: culinaris potissimùm est. *Vires.* Laxat alvum, lenit asperitatem Pulmonum, refrigerat Ventriculum ac Epar. Continuus usus Melancholicum generat sanguinem. *Schrod.*

V. De Mercuriale.

Mercurialis notæ sunt folia in caule bina, adversa; semina bina, vasculis inclusa, testiculos imitata. R. Synops. p. 29.

Mercurialis *Offic. Schrod.* mas & fœmina *Ger. Park. J. B.* Annua *H. Ox.* Testiculata sive mas sive femina Dioscoridis & Plinii *C. B.* Annua, glabra, vulgaris *R. Synops.* Bingel-Kraut. In hortis & incultis, æstate floret. *Usu.* Folia. *Vires.* Calefacit & siccat, abstergit, alvum movet, bilem & aquas purgat. Extrinsecus vulvæ adhibita menses & secundinas trahit, tumores emollit, creberrimi usus est in clysteribus. *Schrod.*

VI. De Xanthio.

Characteristicæ sunt, flores staminei, inutiles, nec fructui contigui: fructus durus, echinatus, binis intus

intus cellulis bina semina, h. e. *in singulis singula continens*. R. H. p. 165.

Bardana minor *&* Lappa minor *Offic.* Minor *Ger.* Lappa minor, Xanthium Dioscoridis *C. B.* Xanthium sive Lappa minor *J. B. Park.* Klein Kletten-Kraut. Ad rivulos viget Julio & Augusto. *Usu.* Radix Lappulæ & Herbæ. *Vires.* Gustu est amaro & subacri. Usus præcipuus (secundum *Matthiolum*) in minera lepræ educenda) cum Rhabarbaro exhibetur radix in Lipothymia. Extrinsecùs in Struma & Tumoribus discutiendis (epithema) in capillis luteo colore tingendis. Herba Cancrorum ardori efficax est extinguendo. *Schrod.*

VII. De Heliotropio tricocco.

HEliotropium tricoccum, quamvis magnitudine, ut & caulis & foliorum figurâ cùm vulgari Heliotropio conveniat; flores tamen & semina toto genere diversum arguunt R. H. p. 165.

Heliotropium tricoccum *Offic. C. B. J. B. Ger. Park.* Sonnen-Wende. In Gallia Narbonensi Julio & Augusto. *Usus.* Panni succo intinct. Ad nos adfertur & in Officinis Pharmacopolarum ad usum Tinctorum, &c. venditur; in usu Medico rarò aut nunquam occurrit.

VIII. De Ricino.

NOtæ sunt caudex lignosus, fructus tricocci muricati, in surculo peculiari racematim ferè dispositi: semen Ricino animalculo simile R H. p. 166.

1. Ca-

1. Cataputia major & Ricinus *Offic.* Ricinus sive Palma Christi, vel Kiki *Ger.* Vulgaris *C. B. J. B.* Sive Cataputia major vulgaris *Park.* Nambu-Guacù sive Ricinus Americanus *Pis.* Wunder-Baum oder Türckischer Hanff. Seritur apud Germanos & Gallos. *Usu.* Nuclei seu Semen; fructus oblongi sunt, ovales, faba minores, includentes sub pelliculâ corticosâ lividâ & maculosâ, nucleum bipartitum, album, pinguem, sapor. subdul. acris, nauseosi. *Vires.* Potenter bilem & pituitam ἄνω καὶ κάτω pellit. Rarissimi itidem usus est.

2. Ricinus Americanus & Nuces è Barbados *Offic.* Americanus *Ger. Park.* Americanus niger, semine nigro *C. B.* Americanus *Curcas* dictus, & Faba purgatrix Indiæ Occiduæ *J. B.* Munduii-Guacu, sive Nux Cathartica Americana *Pis.* Guaca Brasiliensibus *Margg.* In Insula Barbados & alibi Indiæ Occidentalis crescit. *Usu.* Fructus est oblongus ovalis, Fabæ minoris magnitudine, unâ parte convexa, alterâ depressa, includens sub pelliculâ corticosâ duriuscula nigrâ nucleum candidum, saporis præcedentis. *Vires.* Cum Priore ut facie ita & viribus convenit.

3. Grana Tiglia & Lignum Moluccense Pavana dictum *Offic.* Granadilla Peruviana quibusdam ineptè dicta. Lignum Moluccense, foliis Malvæ, fructu Avellanæ minore, cortice molliore & nigricante, Pavana incolis *C. B.* Moluccense Pavana dictum, fructu Avellanæ *J. B.* Moluccense *Park.* Pavana Moluccensis

Jons.

Jonſ. D. Pinus Indica nucleo purgante *C. B.* Pinei nuclei Maluccani ſive purgatorii *J. B.* Nuclei Moluccani *Park.* Avellanæ purgatrices *ejusdem.* Ricinus arbor fructu glabro, Grana Tiglia Officinis dicto *P. B. P.* Cadel avenacu *H. M.* In Malabar & alibi colitur. *Uſu.* Lignum ſpongioſum, leve, rarum, atque pallidum, tenui cortice cinereo obductum, ſaporis acris mordacis & cauſtici nauſeoſi, odoris nullius. *Fructus* eſt oblongus, ovalis, Ricini vulgaris magnitudine, glaber, una parte gibbus, altera depreſſus, colore cinereo cum maculis nigris aſperſis, ſaporis acris, exurentis & nauſeoſi. *Vires* utriuſque. Calefaciunt, incidunt, attenuant, cauſticæ ſunt naturæ, ergò in Officinis noſtris rarò in uſu occurrunt.

IX. De Helleboro Albo.

FLore ſex foliolis conſtructo, ſemine triquetro, foliis nervoſis, tenuioribus, liratim ſtriatis; radice fibroſâ, purgatrice, emeticâ & ſternutatoriâ vi præditâ ab aliis diſtinguitur. R.H. p. 168.

Elleborus albus, & Veratrum album *Offic.* Helleborus albus *Ger. J. B.* Albus vulgaris *Park.* Albus flore ſubviridi *C. B.* Weiſſe Nieß-wurtz. Montanis & aſperis gaudet inter Germanos. In *Uſu* eſt Radix oblonga, aliquando pollice craſſior, foris fuſca, intus alba, numeroſis albicantibus fibris ſtipata, ſaporis acris, paulum amaricantis, ſubaſtringentis; ingrati & nauſeoſi. *Vires.* Ob violentiam purgationis quam per ſuperiora & inferiora exercet, uſum purgandi internum ſoli ferè Helleboro nigro

relinquit. Extrinsecus sternutationes movet; Scabies, impetigines & serpigines sanat. *Schrod.*

X. De Lapatho.

Notæ, semen triquetrum splendens; flos Hexaphyllos i. e. sex foliis compositus; quorum tria semen obtegunt, R.H. p. 169.

1. Rha, & Rhaponticum *Offic.* Rhaponticum *J. B.* Folio Lapathi majoris glabro, Rha & Rheum *Dioscoridis C. B.* Rha verum antiquorum *Ger.* Rhabarbarum *Alpin. exot.* Lapathum præstantissimum, Rhabarbarum Officinarum dictum *H. Ox.* Hippolapathum maximum rotundifolium exoticum; sive Rha-ponticum Thracicum, sed verius Rhabarbarum verum *Park.* Rhapontich. In hortis Botanicis non infrequens. Majo floret. *Nat. Offic.* Radix *ed rarius; nam Radix illa quæ in Officinis Pharmacopolarum sub titulo* Rhapontici *venditur non est Radix hujus plantæ, sed* Rhapontici folio Helenii incano C. B. *Ut loco suo ostendemus.* Radix hujus plantæ crassa est, oblonga, ramosa, foris fusca, intus crocea, laxa, & rara, per transversum secta, spiras ostendens, saporis amaricantis, subacris & subastringentis, odoris non ingrati. *Vires.* Vix differt à Rhabarbaro vero, nisi quod hoc acrius sit, minus solidum, magisque croceum. Respectu facultatum purgantium, Rhabarbaro debilior, astringentium fortior est hæc Radix. Vulnerarium, ac Anodynum est. Usus in Diarrhœis, Dysenteriis, &c.

2. Rheubarbarum Monachorum, & Rhabarbarum monachorum *Offic.* Hippolapathum sati-

sativum *Ger. R. H. p.* 171. Lapathum *hortense* latifolium *C. B.* Majus sive Rhabarbarum monachorum J. B. Sativum sive Patientia *Park.* München-Rhabarber / oder Patienten-Kraut-Wurtzel. In hortis nutritur. *Usu.* Radix longa, crassa, ramosa, foris ruffa, intus crocea. *Vires.* Radix Rhabarbari Monachorum eandem purgandi facultatem cum vero Rhabarbaro habere creditur, modò in duplo usurpetur.

3. Hippolapathum *Offic.* Rotundifolium *Ger.* Rotundifolium montanum *C. B.* Rotundifolium vulgar. *Park.* Lapathum folio rotundo Alpinum *J. B.* Alpinum folio subrotundo *H. Ox.* In Hortis. *In usu sunt.* Radix & Folia. *Radix* crassa, oblonga, foris fusca, intus intensè flava. Folia subrotunda, glabra, venosa, saporis subastringentis. *Vires.* Cum priore convenit. Mulierculis Botanopolis Londinensibus pro Rhabarbaro Monachorum venditur.

A. 4. Hydrolapathum *Offic.* Magnum *Ger.* Majus *Park.* Lapathum aquaticum folio cubitali *C. B.* Maximum aquaticum sive Hydrolapathum *J. B.* Longifolium nigrum palustre sive Britannica antiquorum vera, vel Hydrolapathum nigrum *Munt.* In aquis oritur. *Usu.* Tota planta sed præcipuè radices. *Vires.* Icteritiam discutit, omnia putrescentia, ut Erysipelata ulcerata et integra, Herpetes, Phagadænica, Gangrænas, &c. inhibet & sanat: Hæmorrhoides & Menses sistit, Nervis eorumque incommodis medetur. Venena ac Serpentes abigit. Omnes anginæ species depellit, variaque rheumata aufert.

5. La-

5. Lapathum acutum & Oxylapathum *Offic.* Acutum *Ger.* Acutum majus *Park.* Folio acuto plano *C. B.* Acutum ſive Oxylapathum *J. B.* Grindt-Wurtzel. In humidioribus. *Uſu.* Radix ſimplex, craſſa, exterius fuſca, interius lutea, ſaporis ſubaſtringentis, ſemina triquetra & ſpadicea, ſaporis aſtringentis. *Vires.* Radix, uſûs crebri & præcipui eſt in ſcabie extergenda ac ſiccanda, ſanguine deſpumando.

XI. De Acetoſa.

Semen triquetrum ſplendens, flos Hexaphillos, quorum tria ſemen obtegunt, foliis acidis R. H. p. 169.

1. Acetoſa & Oxalis *Offic.* vulgaris *Park. R. H. p.* 178. Pratenſis *C. B.* Oxalis ſeu Acetoſa *Ger.* Vulgaris folio longo *J. B.* Gemeiner Saurampffer. In pratis & paſcuis. Æſtate floret. *Uſu.* Folia ſucculenta, glabra, acuminata, colore atro-virenti, ſapore acido; Radix fibroſa, lutea, ſapore aſtringente; Semina, triquetra, ſpadicea. *Vires.* Cardiaca imprimis eſt & Epatica, reſiſtit putredini appetitum excitat, choleram reprimit, ſitim ſedat, unde in febribus ſimplicibus ac peſtilentibus uſitatiſſima eſt. *Schröd.*

2. Acetoſa arvenſis lanceolata *Offic. C. B. R. H. p.* 180. Minor lanceolata *Park.* Parva auriculata repens *J. B.* Oxalis tenuifolia *Ger.* Klein-blättrigte Saurampffer. In arvis. *Uſu.* Folia.

3. Acetoſa Romana rotundifolia *Offic.* Rotundifolia hortenſis *C. B.* Oxalis Franca ſeu

Ro-

Romana *Ger.* Sativa Franca ſive Romana rotundifolia. *Park.* Folio rotundiore repens *J.B.* Spaniſche Saurampffer. In hortis. *Uſu* Folia. *Vires.* Eædem cum reliquis.

XII. De Perſicaria.

FLoſculis tetraphyllis in ſpicis ſummos caules terminantibus, à reliquis hujus familiæ diſtinguitur. R. Synop. p. 33.

1. Perſicaria non maculata & Hydropiper *Offic.* Vulgaris acris ſive Hydropiper *J.B. R.H. p.* 182. Urens ſive Hydropiper *C.B.* Vulgaris acris ſive minor *Park.* Hydropiper *Ger.* Waſſer-Pfeffer. In aquoſis. *Uſu.* Folia. *Vires.* Extrinſecus in Vulneribus, Tumoribus induratis, Ulceribus inveteratis, *Schröd.*

2. Perſicaria maculoſa *Offic. Ger.* Mitis *J.B.* Mitis maculoſa & non maculoſa *C.B.* Mitis vulgaris ſeu maculoſa *Park.* Flöh-Kraut. Mücken-Kraut. In aquoſis & humidis. Floret Julio & Auguſto. *Uſu.* Folia.

XIII. De Polygono.

PLanta eſt exigua, caule provoluto & crebris geniculis nodoſo, ſemine triquetro in foliorum alis. R. Synop. p. 33.

Centinodia, & Polygonum *Offic.* Polygonum mas vulgare *Ger. R. H. p.* 184. Mas vulgare majus *Park.* Latifolium *C. B.* Sive Centinodia *J. B.* Weg-Graß oder Weg-Trit. In locis glareoſis. *Uſu.* Herba. *Vires.* Siccat & adſtringit, vulnerarium eſt. Uſus præcipuè in ſiſtendis fluxibus quibuſcunque. *Schröd.*

XIV. De Bistorta.

Flores pentaphylli, semina triquetra, angulis acutis; Radices intortæ. R. Synop. p. 34.

Bistorta *Offic.* Major *Ger. R. H. p.* 186. Major vulgaris *Parck.* Major rugosioribus foliis. *J. B.* Radice minùs intorta *C. B.* Rohte Natterwurtz. Krebswurtz. In Humidioribus. Floret Junio. *Usu.* Radix oblonga, crassa, foris ex spadiceo nigricans, intùs ruffescens, saporis astringentis, odoris nullius; Folia oblonga acuminata, glauca. *Vires.* Refrigerat, siccat, & validè astringit. Usus præcipuè in sistendis fluxibus quibuscunque; Abortum prohibet & Veneno resistit.

XV. De Atriplice.

Notæ sunt, vasculis è duabus valvulis conniventibus compositis semina inclusa habere & quidem singula in singulis. R. Hist. p. 191.

Atriplex *Offic.* Alba hortensis *J. B. Parck.* Hortensis alba, sive pallidè virens *C. B.* Sativa alba *Ger.* Milden/ Melde/ Molte. In hortis. *Usu.* Folia triangula. Semina rotunda compressa. *Vires.* Refrigerat & humectat, cocta estur ut olus; in alvo solvenda celebris est. Usus Officinalis præcipuè externus est in Clysteribus & epithematibus paregoricis. *R. H.*

XVI. De Blito.

Semina rotunda seu compressa, singularia seu solitaria, quibus flosculi ipsi, pro vasculis sunt. R. H. p. 195.

1. Bli-

1. Blitum *Offic.* Rubrum majus *Ger. C. B, Park. R. H. p. 200.* Pulchrum rectum magnum rubrum. *J. B.* Meyer. In Hortis. *Usu.* Folia. *Vires.* Refrigerat & humectat.

2. Botrys & Ambrosia *Offic.* Botrys *Ger. R. H. p. 196.* Vulgaris *Park.* Ambrosioides vulgaris *C. B.* Botrys plerisque Botanicis *J. B.* Atriplex odora seu suaveolens *H. Ox.* Türckischer Beyfuß. In Hortis. *Usu.* Herba integra, foliis profundius laciniatis, saporis subacris, aromat. odoris fragrantis & grati. *Vires.* Planta est Thoracica & Uterina. Specificum est ad pulmonum & uteri affectus, in torminibus infantum remedium est.

3. Bonus Henricus, tota bona, & Mercurialis *Offic.* Blitum, Bonus Henricus dictum *R. H. p. 195.* Perenne Spinachiæ facie *H. Ox.* Bonus Henricus *J. B. Ger.* Lapathum unctuosum *C. B. Park.* Guter Heinrich. In locis ruderatis ad semitas. Floret Aprili & Majo. *Usu.* Folia. *Vires.* Refrigerat & humectat, cocta estur ut olus, alvum solvit, ad ulcera sordida purganda & glutinanda confert, est etiam anodyna & dolores Podagræ mitigat. Usus externus in Clysteribus præcipuè.

XVII. De *Amarantho.*

Comâ speciosâ & immarcescibili à reliquis differt. R. H. p. 201.

Amaranthus & flos amoris *Offic.* Maximus *C. B.* Paniculâ sparsâ *Ger.* Purpureus major paniculis sparsis *Park.* Paniculis procumbentibus semine albo seu Quinva *H. Ox.* Blitum

maximum sive Amaranthus major, semine albo *J. B.* Sammet-Blum / Tausendschön / oder Flor-Amor. In hortis colitur. *Usu.* Flores. Augusto floret. *Vires.* Refrigerat & siccat, modicè astringit. Hinc usus in Fluxionibus cunctis, ut expuitione sanguinis, Diarrhœa, Dysenteria, fluxu Uterino, &c. *Schröd.*

XVIII. De Beta.

Fructu verrucoso osseo cui flos insidet à reliquis differt. R. H. p. 204.

1. Beta alba *Offic. Ger.* Communis alba *Park.* candida *J. B.* Alba vel pallescens, quæ Cicla Officinarum *C. B.* Weiß Mangoldt / oder Rüben. In Hortis. *Usu.* Radix, folia & Semina. Radix est lignosa, crassa, longa & candida. Folia sunt crassa & succulenta, sapore nitroso. Semina rotunda & aspera, fusca. *Vires.* Laxat alvum, ob nitrositatem, Errhinum est. Usus internus ejus potissimus culinaris est in acetariis, &c. Externus in Errhinis & Clysteribus. Ex 5. Herb. emollientibus est.

2. Beta rubra *Offic. Ger.* rubra vulgaris *C. B.* *J. B.* communis rubra *Park.* Roht Mangoldt oder rohte Rüben. Cum priore. *Usu.* Radix, folia. Radix crassa est & rubra. Folia rubentia, breviora quàm præcedentis. *Vires*, easdem habet cum præcedente.

Quæ folio est obscuriore Beta nigra *Offic.* dicitur.

XIX. De Parietaria.

Calycum & totius comæ hirsutie, aspera & vestium tenaci; seminibus splendentibus, quibus flosculi sunt pro vasculis, à reliquis differt. R. H. p. 205.

Helxine & Parietaria *Offic.* Parietaria. *Ger. J. B.* Vulgaris *Park.* Officinarum & Dioscoridis *C. B.* Tag und Nacht/St Peters-Kraut. In muris. *Usu.* Folia. *Vires.* Abstergit & leniter adstringit, refrigeratque. Usus internus rarior est, tamen prodest in morbis pectoris, in Stranguria & Calculo. Usus in enematis ad ventris, uteri & renum dolores. Extrinsecus in Tumoribus, Erysipelate, ambustis & vulneribus conducit. *Schröd.*

XX. De Asaro.

Notæ sunt Cytini in tres lacinias divisi: laciniæ sunt Calyx floris, cui subest fructus tricoccus. Folia crassa, splendentia.

1. Asarum *Offic. Ger. C. B. J. B. R. H. p.* 209. Vulgare *Park.* Haselwurtz. In hortis colitur. Vere floret. *Usu.* Radix & folia. Radices tenues, fibrosæ, spadiceæ, saporis acris, purgativi, nauseabundi, cum levi quadam astringentia, odoris non ingrati. Folia sunt subrotunda, splendentia. *Vires.* Crassam pituitam, bilemque utramque per Vomitum ac nonnunquam per secessum violenter expurgat, Diureticum est, ac emmenagogum insigne, Hepar, Lienem, Vesicamque fellis aperit: Hinc utile in Arthritide, Hydrope, Febribus, præ-

cipuè tertiana & quartana, in Ictero, &c. *Schrod.*

2. Asarum Virginianum *Offic.* Virginianum Pistolochiæ foliis subrotundis Cyclamini more maculatis *P. P. Tab. 78.* Cyclamini folio Virginianum *Banis. MSS. Cat.* Serpentaria nigra vulgò. Natterwurtz. Ex Virginia ad nos delata est, & Botanopolis nostris pro vero venditur, quod sapore & odore refert. In Catalogo simplicium ad Pharmacopœiam Collegii nostri Londinensis Synonyma hujus plantæ cum Synonymis Radicis Serpentariæ, nescio qua de causa, confunduntur.

XXI. De Alchimilla.

Hujus Notæ sunt flosculi in summis caulibus umbellatim congesti, octo foliis herbaceis compositi, vasculis seminalibus singulis bina semina continentibus insidentes. R. Synops. p.39.

Alchimilla *Offic. Ger.* Vulgaris *Park.* Major vulgaris *C. A.* Perennis, viridis major, foliis ex luteo virentibus *H. Ox.* Pes leonis sive Alchimilla *J. B.* Sinnaw. *In* pratis & pascuis. Floret Majo, *Usu.* Folia subrotunda, plicata, angulosa, crenata, saporis astringentis. *Vires.* Vulneraria est, consolidat, astringit, extergit, Sanguinem incrassat, sistit menses & alba mulierum profluvia. *Schrod. R. H.* p. 299.

XXII.

XXII. *De Camphorata.*

NOtæ sunt caules lignosi, folia hirsuta, odorata, flosculi tetraphylli, semine nigro.

Camphorata *Offic.* hirsuta *C. B. R. H. p.* 210. Monspeliensium *J. B.* Major Monspeliensium *Park.* In hortis Botanicis nonnunquam reperitur. *Usu.* Herba.

XXIII. *De Kali.*

FOliorum carentiâ, & surculis teretibus, viridibus, succulentis è quibusdam velut squamis pyxidatim geniculatis compositis, sub quibus semina occultantur, ab aliis hujus Classis distinguitur. R. Synops. p 40.

Kali *Offic.* Geniculatum alterum vel minus *C. B.* Cali Arabum aliud *J. B.* Saltzkraut. In salsis maritimis. *Usu.* Folia. *Vires.* Usus præcipuus in Culinis, conditi ad embammata.

Varia hujus plantæ præparata in usu sunt. 1. *Alumen Catinum* Offic. *Soda* quibusdam, aliis *Cineres clavellati.* Pott-Asche. Fit ex cineribus hujus herbæ, magna quantitate ustæ, in massam nigro cineream concrescentibus. *Vires.* Acre est, mordax & causticum, herbæque è qua fit vires obtinet, sed validiores. 2. *Axungia vitri* Offic. *Sal vitri* nonnullis. Glaß-Saltz. Salis genus est, colore cinereo seu griseo, ut vocant, gustu pariter acri & mordaci, qui dum vitrum in fornace funditur ollarum marginibus adhærescit, ad hunc autem locum pertinet, quia Vitrum nihil aliud est quàm Cineres clavellati & arena vel lapides simul fusa & vi ignis unita.

Vires.

Vires. Sodæ vires obtinet, & in usu est apud Veterinarios ad emundandos equorum oculos. Utile etiam est ad dentes repurgandos, Ulcera manantia, Herpetes, Impetigines exsiccandos, quin & Scabiei conducit. Aurifabri ad aurum ferruminandum eo utuntur. 3. *Lixivium* Offic. Lauge. Cinerum prædictorum in aqua solutio est; acris est, erodentis & causticæ naturæ. *Vires.* Utile est ad cutem emaculandam, ad Alphos, Lentigines, Ephelides, aliaque ejus vitia extergenda, verum in ejus usu cauto opus est, ne cutem ipsam violet & erodat. Ex hoc Lixivio efficitur celebre illud causticum Officinis *Lapis infernalis* dictum. *Sapo* Offic. Seiffe. Qui ex lixivio prædicto fit, estque trium generum. 1. *Sapo Communis.* Gemeine oder schwartze Seiffe. Fit ex Oleo viliori, sevo, & lixivio ana ad consistentiam coctis; è quo addita fuligine fit *Sapo niger.* 2. *Sapo Castiliensis.* Blaue-Seiffe. Eodem quo præcedens modo fit, verum pro oleo communi adhibetur oleum Olivarum, Indico aliôve simili medicamine cæruleo colore tingitur; & ad consistentiam coctus in laterculos scinditur. 3. *Sapo Venetus* vel *Albus.* Weisse oder Spanische Seiffe. Hujus parandi modum vide in Topographicis, &c. Observationibus amici & vicini nostri clarissimi *D. J. Raii.* *Vires.* Sapo aperit, digerit, & extergit, Urinam ciet; obstructiones Hepatis & Lienis reserat, arenulas pellit. Extrinsecus adhibitum attrahit; ambustis cute non exulcerata medetur, præ-

fertim niger, omne genus pediculos interimit, inprimis feros. NB. *Lixivium* Offic. *non ex Soda tantum fit, sed ex cineribus cujuscunque generis ligni concremati.* 5. *Sal Alkali* Offic. Propriè & strictè loquendo pro sale duntaxat ex cineribus clavellatis extract. accipitur, verum sensu latiore & generali ad duo significanda extenditur: nimirum, 1. Sal Volatile, quod ex animalium partibus vel excrementis elicitur, cujusmodi sunt Sal Cornu Cervi, Urinæ, &c. 2. Fixum, quod ex cineribus plantarum elicitur, ut Sal Kali, Absinthii, &c.

XXIV. De Polygonoide.

Folia adversa; cauliculi humi sparsi, flosculi herbacei. R. Synop. p. 40.

Herniaria *Offic. Ger. J. B. R. H.* p. 214. Millegrana major sive Herniaria vulgaris *Park.* Polygonum minus sive Millegrana major *C. B.* Minus sive Millegrana major, Herniaria glabra *H. Ox.* Bruch- oder Harn-Kraut. In arenosis & glareosis. Floret Junio & Julio. *Usu.* Herba sive planta integra. *Vires.* Refrigerat, & siccat. Usus præcipuè est in Hernia curanda, Urina cienda, Renum & Vesicæ calculo atterendo, Ventriculi ac aliarum partium mucilagine incidendâ, educendâ Bile ac aqua expellenda, adeoque in Ictero curando. *Schröd.*

SECTIO QUARTA.

De Herbis flore aggregato, planifolio.

FLOS aggregatus nobis dicitur, qui ex pluribus flosculis in unum totalem florem coeuntibus constat; quorum unusquisque non tantum folio seu bracteâ coloratâ, verùm insuper vel staminibus, vel stylo saltem constat, & singuli singulis seminibus cohærent. R. H. p. 217.

Herbæ flore aggregato planifolio sunt vel Seminibus
- Papposis seu alatis
  - Latiusculis & compressis, brevibus; caulibus
    - Gracilioribus, firmioribus, solidioribus & minus concavis, capitulis minoribus; *Lactuca.*
    - Majoribus, tenerioribus & fistulosis, capitulis grandioribus, foliis Carduorum more spinosis, spinulis mitioribus; *Sonchus.*
  - Teretiusculis, striatis tamen, non angulosis, longioribus
    - Maximis, foliis longis, in acutum desinentibus, non laciniatis, flore circa meridiem se claudente, radice perenni, calyce florem vix excedente, radice crassâ, esculentâ: *Scorzonera.*
    - Minoribus,
      - Non repentes, foliis plerumq; laciniatis caule
        - Non ramoso, nudo in foliis vacuo, flore magno; *Dens leonis.*
        - Ramoso, foliis cincto, floribus plerumque minoribus, in singulis caulibus pluribus, semine citrino aut ruffo majore; *Hieracium.*
      - Reptatrices, flagellis emissis, foliis longioribus pilis obsitis; *Pilosella.*
- Pappo destitutis, foliis & caulibus levibus, floribus è lateribus caulium & ramulorum exeuntibus, foliis
  - Laciniatis, radice perenni; *Cichoreum.*
  - Integris, radice annua; *Endivia.*

Herbæ

Herbæ Floræ aggregato seminibus papposis.

I. De Lactuca.

NOtæ sunt, Semina brevia, latiuscula & compressa, utrinque acuminata; caules quàm Sonchi graciliores, firmiores & minus concavi, capitula minora. R. H. p. 220.

Lactuca *Offic.* Sativa *C.B.Ger.* Sativa non capitata *J. B.* Garten-Lattich. Seritur in hortis. Junio & Julio floret. *Usu.* Folia ac Semen. Folia sunt longa, lata, rugosa, coloris pallidè virentis, saporis non ingrati. Semina parva oblonga, compressa, pallida, utrinquè acuminata, saporis aquei. *Vires.* Refrigerat, conciliat somnum, bilis effervescentiam ac æstum compescit, lac auget, alvum leniter movet, ventriculo convenit. Extrinsecus, sedat dolorem capitis, medetur ambustis, &c. Semen. Est ex seminibus frigidis, quæ minora dicuntur. Valet ad Gonorrhœam virulentam, ad Urinæ ardorem, &c, *Schrod.* Præp. *Aq. destill. Syr. e Succo.*

II. De Sonchο.

SOnchus à reliquis distinguitur, capitulis grandioribus, caulibusque tenerioribus & fistulosioribus, semine compresso. R. Synod. p. 41.

A. 1. Sonchus lævis *Offic. Ger. R. H. p.* 222. Lævis vulgaris *Park*, Lævis laciniatus *C. B.*

Lac-

Laciniatus non ſpinoſus *J.B.* Haſen Kohl. In hortis cultis, &c. Majo, &c. Floret. *Uſu.* Folia.

2. Sonchus aſper *Offic.*. aſperior *Ger.* Aſper laciniatus *Park, C.B.* Laciniatus ſpinoſus *J.B.* Gänſe Dieſtel. Cum priore. *Uſu.* Folia. *Vires.* Soncho nonnulli utuntur hyeme in acetariis. Suſpirioſos & Aſthmaticos juvare, & Stranguriam ſanare dicitur. Vis ei refrigerans, unde Inflammationibus quibuſcunque utiliter imponitur. *R. Cat. Angl. p. 278.*

III. De Hieracio.

Differt à reliquis, caulibus gracilioribus, ſeminibus longioribus non compreſſis, ſed teretiuſculis aut anguloſis. R. Synop. p. 42.

Hieracium *Offic.* longius radicatum *Ger. emac. Park.* Dentis leonis folio obtuſo majus *C.B.* Macrocaulon junceum, ſive minus primum *Dodonæi. J. B.* Habich Kraut. In paſcuis ubique Junio & Julio floret. *Uſu.* Folia, ſed rarò aut nunquam.

IV. De Piloſella.

Notæ; ſemine eſſe parvo, nigro, flagellis reptatricibus. R. H. p. 242.

Auricula muris & Piloſella *Offic.* Piloſella repens *Ger.* Minor vulgaris repens *Park.* Major repens hirſuta *C. B.* Majori flore, ſive vulgaris repens. *J. B.* Mauß Oehrlein/ Nagel-Kraut. In paſcuis ſiccioribus Junio & Julio floret. *Uſu.* Folia oblonga, piloſa, ſaporis ſubacris & aſtringentis. *Vires.* Aſtringit, abſtergit, conſtipat;

Ster.

Sternutatoria est & vulneraria, Dysenteriam, Alvi Uterique fluxus sistit, bilem æstuantem sedat & incrassat, Hernias curat. Extrinsecus medetur ulceribus oris, (in collutionibus) Hæmorrhagiam narium sedat, (pulvis inditus) *Schrod.* Herpetem miliarem sanat, (succus illitus) *D. Hulse.* Præp. *Aq. Syr.*

2. Hispidula *Offic. Schrod.* Pilosella montana hispida parvo flore *C.B.* Montana parvo flore *Parck.* Stachlicht Maußöhrlein. in locis siccis & montium jugis. Majo & Junio floret. *Usu.* Herba cum floribus. *Vires.* Easdem vires obtinet, quas reliqua Pilosellæ genera: peculiari tamen proprietate pulmoni exulcerato conferre statuitur, & sanguinis exspuitioni. *Schrod.*

V. De Dente Leonis.

AB Hieracio floribus in singulis caulibus singulis differt. R. Synop. p. 46.

Dens leonis, & Taraxacum *Offic.* Leonis *Ger.* Leonis vulgaris *Park.* Leonis latiore folio *C.B.* Hedypnois sive Dens leonis *Fuchsii J. B.* Löwen-Zahn/ Pfaffen-Röhrlein. In hortis & pascuis ubique. Per totam æstatem floret. *Usu.* Radix, ac Folia. *Vires.* Epatica est, cum Endivia conveniens, quo tamen potentiùs operatur: Usus præcipuè in febribus putridis inveveteratis. *Schrod.*

VI. De Scorzonera.

FLos à calycis radiis non superatur. R. H. p. 248.

Scorzonera nostras & Hispanica *Offic.* Hispanica

ſpanica major *Park.* latifolia ſinuata *C. B.* Viperaria ſive Scorzonera Hiſpanica *Ger..* Tragopogon Hiſpanicus ſive Eſcorzonera aut Scorzonera *J. B.* Schlangen-Mord. In hortis colitur. Junio floret. *Uſu.* Radix oblonga digitum craſſa, foris pallidè ruteſcens, Intus candida, ſaporis ſubdulcis, tenuis & grati, odoris nullius. Sicca ex Hiſpania ad nos adfertur. *Vires,* Alexipharmaca eſt. Uſus præcipuè in morſibus ſerpentum, Peſte, Febre, Melancholia, Epilepſia, Vertigine, &c. Commendatur ad Uteri ſuffocationem *Schrod. Aq. Rad. cond.*

Herbæ Flore aggregato ſeminibus pappo deſtitutis.

VII. De Cichoreo.

A *Reliquis dignoſcitur floribus è lateribus caulium & ramorum exeuntibus velut ſpicatim.* R. Synop. p. 47.

1. Cichoreum ſativum *Offic. J. B. C. R. Ger. Park. R. H. p.* 255. Wegwart / Hindleufſte. In hortis. Floret Junio. *Uſu.* Flores, Folia, & Radix. *Flores* ſunt pulchri, cærulei, ſaporis amari; *Folia* laciniata, hirſuta; *Radix* craſſa, oblonga, foris fuſca, intus candida. Tota planta amara eſt. *Vires.* Epatica eſt nobiliſſima, aperit. Diuretica etiam eſt, attenuat, extergit. Uſus præcip. in Hepatis obſtructione & febribus, Hæmorrhagias ſiſtere creditur. *Schrod.*

2.

2. Cichoreum agreste *Offic.* Sylvestre sive Officinarum C. B. Sylvestre *Ger. Park.* J. B. Wild Wegwart. Secus vias, & in agrorum limitibus. Junio floret. *Usu.* Flores, folia, & semen. Floribus & foliis cum præcedente convenit. Semina sunt parva, oblonga, angulosa, fusca, sapore aqueo. *Vires.* Aqua è floribus destillata, inflammationibus & caligini oculorum imposita, potenter remedium affert. *R. Cat. Angl. p.* 70. Folia cocta & aceto comesta Gonorrhœam reprimunt. *Matth.* Vires quoque sativi habet. Præp. *Aq. Syr. Conf.* Est ex seminibus frigidis minoribus.

VIII. De *Endivia.*

A Cichoreo differt foliis brevioribus non laciniatis, & quòd annua planta sit. R. H. p. 254.

Endivia, Scariola & Seriola *Offic.* Sativa *Park.* Intybus sativa *Ger.* Sativa latifolia sive Endivia vulgaris *C. B.* Intybum sativum latifolium *J. B.* Endivien. Seritur in hortis. Junio floret. *Usu.* Folia & Semina. *Folium* est latum, glabrum, non acuminatum. *Semina* sunt Cichoreo consimilia, colore pallidiora. *Vires.* Hepatica est nobilissima, refrigerat, abstergit, aperit. Diuretica etiam est. Usus frequentissimi in febribus biliosis. *Schrod.* Est ex seminibus frigidis quæ minora dicuntur. Præp. *Aq.*

SECTIO QUINTA.

De Herbis flore composito discoide papposis,

Herbæ flore discoide papposæ sunt vel floribus erumpentibus

- Ante Folia
  - In singulis caulibus singulis, radiatis, flavis; foliis subrotundis, subtus præcipuè incanis; *Tussilago.*
  - In uno caule pluribus, in thyrsum dispositis, nudis; foliis subrotundis Bechii, sed majoribus; *Petasites.*
- Post folia, disco
  - Radiato, foliis levibus sive mollibus
    - Subrotundis, flore flavo majore, radice scorpioide aut brachiatâ, facultate deleteriâ; *Doronicum.*
    - Oblongis
      - Maximis subtus incanis, floribus etiam amplis, radice crassá, aromaticâ; *Helenium.*
      - Minoribus florum petalis
        - Aridioribus & exuccis, unde durabiliores sunt nec citò marcescunt, colorésque diu retinent siccati,
          - Frontatis, aut velut bullatis, flavicantibus; *Stœchas citrina.*
          - Cuspidatis, foliis laciniatis, spinosis; *Carlina.*
        - Succulentioribus & citò marcescentibus, terrestres
          - Foliis odoratis & glutinosis; *Conyza.*
          - Inodoris, floribus minoribus confertis in summo caule; *Virga aurea.*
  - Nudo, foliis
    - Digitatis, floribus velut in umbella dispositis; *Eupatorium.*
    - Laciniatis, floribus flavis; *Senecio.*
    - Integris, terrestres, minores, tomentosæ & incanæ; *Gnaphalium.*

I, De

I. De Tussilagine.

CHaracteristicæ sunt, Flores folia antevertentes, & brevi marcescentes, in singulis cauliculis singuli, radiati: folia subrotunda, subtus incana. R. Synop. p. 47.

Tussilago & *Offic.* Tussilago *J. B. Ger.* Farfara *Park. R. H. p.* 259. Vulgaris *C. B.* Roßhub oder Huff-Lattich. In locis humidis. Februario, vel Martio floret. *Usu* Radix, Folia & flores. *Radix* tenuis, longa, candida, saporis subacris cum levi lentore, odoris nullius. *Folia* subrotunda, subtus incana, saporis & odoris ut supra. *Flores* lutei & radiati. *Vires.* Planta est Thoracica. Usus præcipuè internè in Tussi, Orthopnœa. Vomicisque pectoris, quibus singulis & fumus ejus ore hiante attractus mederi creditur. Extrinsecus, Folia recentia imposita Ulceribus calidis & inflammationibus prosunt. *Schrod.* Præp. *Aq. Syr. è Succo, & Cons. flor.*

II. De Petasite.

NOtæ diagnosticæ sunt, flores folia antevertentes in eodem caule plures in Thyrsum dispositi, nudi, brevi, unà cum caulibus exarescentes; folia subrotunda Bechii, sed majora. R. Synop p. 48.

Petasites *Offic. Ger.* Vulgaris *Park.* Major & vulgaris *C. B.* Vulgaris rubens rotundiori folio *J. B.* Pestilentz Wurtzel. In aquosis. Martio floret. *Usu.* Radix oblonga, crassa, ramosa, resinosa, foris fusca, intus albicans, saporis acris, amaricantis, aromatici, odoris fragrantis. *Vires.* Sudorifica est ac alexipharmaca, in Peste. Commendatur etiam in Lipothymia U-

terina, spiritus difficultate, Tussi, Asthmate; Facit & ad latos ventris Lumbricos: Urinam etiam & Menses ciet. Extrinsecus ad Bubones & Ulcera maligna prodesse dicitur. *R.H.p.*260.

III. De Conyza.

Herba est flore composito, in pappos abeunte, foliis integris, odorata, hirsuta & glutinosa. R.H p.261.

Conyza & Pulicaria *Offic.* Media *Ger. R. H. p.*262. Media Asteris flore luteo, vel tertia Dioscoridis *C.B.* Media Matthioli, flore magno luteo, humidis locis proveniens *J. B.* Herba Dysenterica *Cat. Altdorf.* Geel Muntz. Locis Humidis & aquosis Julio & Augusto floret. *Usu.* Folia. *Vires.* Suffitu venenatas bestias fugat, culices abigit, & pulices necat. *Diosc.* Ad profligandam Scabiem Unguentum ex radice & foliis parant nonnulli. *R. H.*

IV. De Helenio.

Partium omnium magnitudine, radicis etiam sapore amaro, & aromatico, à reliquis differt. R. Synop. p. 49.

Enula campana & Helenium *Offic.* Helenium *Ger.* Vulgare *C. B.* Sive Enula campana *J. B. Park.* Alant. In pratis & pascuis humidis, Junio & Julio floret. *Usu.* Radix oblonga, crassa, foris fusca, intus alba, saporis acris, amaricantis, aromatici, odoris fragrantis. *Vires.* Pulmonica est, Stomachica, Alexipharmaca, Sudorifica, &c. Usus præcipuè in Tussi, Asthmate, in cruditatibus Ventriculi emendandis, ureteribus reserandis, in Peste contagiosisque morbis arcendis. Externè in Scabie, Spasmo,

&

& Iſchiadico dolore commendatur. *Schrod.* Præp. *Pul. Syr. Condit. & Ung.*

V. De Doronico.

NOtæ ſunt, flores aurei, ſpecioſi, ſparſi, in ſummis caulibus & ramulis, in longos pediculos excurrentibus ſingulares. Semina parva nigricantia; folia lata & ſubrotunda, radices tuberoſæ, venenatæ. R.H. p. 274.

1. Doronicum Romanum *Offic.* Vulgare *Park.* Majus Officinarum *Ger. emac.* Radice Scorpii *C. B.* Fremde Gemſenwurtzel. In Hortis curioſorũ Junio floret. *Uſu.* Radix, ſed non ſine periculo.

2. Doronicum Germanicum *Offic. Park.* Germanicum foliis ſemper ex adverſo naſcentibus, villoſis *J. B.* Plantaginis folio alterum *C. B.* Calendula Alpina *Ger.* Arnica. *Schrod.* Mutterwurtz / Wolverley. In montibus creſcit. Æſtate floret. *Uſu.* Planta. *Vires.* Calefacit & ſiccat, partium eſt tenuium, ſudorifica & diuretica, nonnunquam & vomitoria, &c. *Schrod.*

Vi. De *Virga aurea.*

NOtæ ſunt, floribus eſſe parvis aureis, plurimis in ſummis caulibus in Thyrſos aut Corymbos, umbellaſve congeſtis. R. H. p. 278.

1. Virga aurea *Offic. Ger.* Aurea vulgaris *Park.* Aurea anguſtifolia minus ſerrata *C. B.* Aurea vulgaris latifolia *J. B.* Feder⸗Kraut. In ericetis ac montoſis ſylvis. Auguſto floret. *Uſu.* Folia & flores. *Folia* longa, hirſuta, ſerrata, ſaporis amari & aſtringentis. *Flores* lutei. *Vires.* Vulneraria eſt celeberrima, nec non Lithontriptica & Diuretica. Confert Diarrhœæ & Dyſenteriæ, Sanguinis expuitioni medetur. *Schrod.*

2. Conſolida Saracenica & Solidago *Offic.* Solidago Saracenica *Ger. R. H. p.* 279. Saracenica

vera, ſalicis folio *Park*. Virga aurea anguſtifolia ſerrata *C. B*. Aurea anguſtifolia ſerrata, ſive Solidago Saracenica J. B. Heidniſch Wundkraut. Septembri floret. *Uſu*. Folia longa, lata, glabra, per ambitum crenata, ſapore aromatico & aſtringente. *Vires*. Vulneraria eſt inſignis, uſu interno & externo adhiberi apta, medetur & Fiſtulis, Ulcera maligna mundificat ac ſanat. *Schro*.

VII. De *Helichryſo*.

NOtæ ſunt flores ſoliis marginalibus, aridioribus, & exuccis, quæque coloris gratiam diu retinent ſiccatam, cincti; ſolia oblonga, anguſta, caneſcentia, aut etiam tomentoſa & incana. R H. p. 280.

Stœchas citrina *Offic*. Citrina ſive Amaranthus luteus *Ger*. Citrina tenuifolia Narbonenſis J. B. Elichryſon ſive Stœchas citrina anguſtifolia *C. B*. Chryſocome ſive Coma aurea & Stœchas citrina vulgaris *Park*. Rein Blume / oder Stein-Blumen. In hortis colitur. Maio floret. *Uſu*. Flores. *Vires*. In obſtructione Epatis, Urinæ, Lienis, Menſium, Sanguinem coagulatum reſolvunt, Catarrhos exiccant, Lumbricos fugant. *Schrod*.

VIII. De *Carlinâ*.

FLorum petalis marginalibus cuſpidatis, foliis diſſectis & ſpinoſiis à reliquis differt. R. H. p. 288.

Chamæleon albus & Carlina *Offic*. Carlina ſive Chamæleon albus *Dioſcoridis Ger*. Humilis *Park*. Acaulos magno flore *C. B*. Caulifera & acaulis J. B. Eberwurtz. In paſcuis ſterilioribus Germaniæ & Italiæ. Junio floret. *Uſu*. Radix oblonga, craſſa, foris ruffa, intus albida, ſaporis

poris acris, gravis, aromatici, odoris fragrantis. *Vires.* Alexipharmaca est & sudorifica, Pestis contagia arcet, curatque si tempestivè propinetur. Diuretica quoque est & emmenagoga; Hydropicis confert, tineas ventris necat. *Schrod.*

IX. De Senecione

Herba est flore composito, papposo, nudo, foliis laciniatis R. H. p. 290.

Erigerum & Senecio *Offic.* Senecio vulgaris *Park.* Minor vulgaris *C. B.* Vulgaris sive Erigeron *J. B.* Erigeron *Ger.* Kreuß Kraut / St. Jacobs Kraut. In locis cultis, arvis, &c. Omni anni tempore occurrit. *Usu.* Herba. *Vires*, In Cholera, Ictero, intemperie calida Epatis, Lumbricis, vomitu & expuitione sanguinis, Ischiadico dolore, fluore muliebri. Extrinsecus in mammis inflammatis, Scabie capitis, Strumis, dolore Ventriculi, Urina remorata, Arthritide, & Vulneribus. *Schrod.*

X. *De Eupatorio cannabino.*

Foliis digitatis, floribus nudis purpureis congeneribus differt. R. Synop. p. 51.

Eupatorium *Avicennæ* & Eupatorium cannabinum *Offic.* Cannabinum *Parck. C. B.* Cannabinum mas *Ger.* Adulterinum *J. B.* Hanff-Odermennig. Ad fluminum ripas. Julio floret. *Usus* est Herbæ, quæ foliis est digitatis, sapore amaro, odore fragranti. *Vires.* Epaticum est & Vulnerarium. Usus præcipuè, in cachexia, Catarrhis & Tussi, inque Urina & Mensibus retentis. *Schrod.*

XI. De Gnaphalio.

Folia tomento deducta, flores nudi, flosculis præ parvi-tate vix conspicuis. R. Synop. p. 51.

Gnaphalium *Offic.* Vulgare majus *C.B.* Germanicum *J. B.* Minus, sive Herba impia *Ger.* Ruhr-Kraut. In siccioribus. Junio floret. *Usi* folia. *Vires.* Aq. destillata ad Cancrum mammillarum usus est. *Dod.* Siccat & astringit. Hinc Hæmorrhagiæ, Dysenteriæ, nimio mensium fluxui, atque Anginæ conducit. *R. H. p.* 295.

SECTIO SEXTA.

De Herbis Capitatis.

Herbæ capitatæ notæ sunt, flores ex flosculis fistulosis compositi, semina cum pappo calice squamoso inclusa, in formam subrotundam capitis æmulam conglobata.

Herbæ capitatæ sunt vel capitulis

- Maximis esculentis; foliis aliâs levibus, aliâs spinosis; *Scolymus.*
- Minoribus foliis
  - Spinosis, aculeis
    - Crebris & rigidioribus; *Carduus.*
    - Mitioribus & mollioribus
      - Semine striato flavescenti; *Carduus Benedictus.*
      - Semine lævi, albo, purgatrice; *Carthamus.*
  - Spinis destitutis
    - Per margines serratis, capitulis lævibus majoribus; *Centaurium majus.*
    - Per margines æqualibus, capitulis
      - Lappaceis, squamis in mucrones hamatos desinentibus, foliis maximis; *Bardana.*
      - Lævibus, flosculis marginalibus, minùs profundè dissectis, ore in latum expanso; *Cyanus.*

I. D

I. De Scolymo.

CInara nobis dicitur Cardui genus capite maximo, conum Pineum æmulante, squammis crassioribus & majoribus, unguibus carnosis, esculentis. R. R. p. 299.

Cinera & Scolymus *Offic.* Hortensis foliis non aculeatis, & aculeatis *C. B.* Maxima *Ger.* Carduus sive Scolymus sativus spinosus & non spinosus *J. B.* Artischocken In hortis colitur. Floret Julio aut Augusto. *Usu.* Radix. In culinis autem capita. *Vires.* Aperit, Urinam ciet, & Icterum curat.

II. De Carduis.

Foliis aculeatis seu spinosis à reliquis differt. R. Synop. p. 52.

1. Carthamus, & Cnicos *Offic.* Sive Cnicus *J. B. Ger. emac. R. H. p.* 302. Cnicus sativus sive Carthamum Officinarum *C. B.* Sive Carthamus sativus *Park.* Wilder Saffran. Seritur in agris & hortis. Julio & Augusto floret. *Usu.* Flores & Semina oblonga, angulosa, alba, includentia sub cortice duriusculo pulpam albicantem, sapore dulci. *Vires. Flosculi* alvum emolliunt: & Ictero mederi dicuntur. Præcipuus usus est ad tingendum. *Semen* pituitam viscosam ac aquas vomitu ac dejectione purgat: confert maximè pectori: Stomacho adversatur. *Schrod.* Præp. *Elect.*

2. Carduus Benedictus *Offic. J. B. Ger. Park. R. H.* p. 303. Cnicus sylvestris hirsutior, sive Carduus Benedictus *C. B.* Cardobenedicten-Kraut. In hortis seritur. Junio & Julio floret. *Usu.* Folia & Semina. *Folia* laciniata hirsuta, spinu-

spinulis brevibus armata, sapore amaro insigni prædita. *Semina* oblonga, striata, fusca, intus albida. *Vires*. Herba Cardiaca, Alexipharmaca ac Sudorifica est, Veneno ac putredini resistit, Febres etiam inveteratas & quartanas curat. Semen vires easdem obtinet. *Schrod.* Præp. *Aq. Sal. Syr. è Suc.*

3. Atractylis *Offic. Ger* Lutea *C. B.* Flore luteo *Park.* Vera flore luteo *J. B.* In hortis curiosorum. Julio floret. *Usu*. Folia. *Vires*. Cum Carduo Benedicto viribus convenit.

4. Carduus Mariæ *Offic. Ger. R. H. p.* 312. Mariæ vulgaris. *Park.* Marianus, sive lacteis maculis notatus *J. B.* Albis maculis notatus vulgaris *C. B.* Mariendiestel / Viehdiestel, In aggeribus fossarum & ad agrorum margines. Julio floret. *Usu*. Folia lata, laciniata, splendentia, & glabra venis lacteis inspersa. *Vires*. Pectoralis inprimis censetur, æmulaturque Carduum Ben. Usus præcip. in Pleuritide, Ictero & Hydrope. *Schrod.* Culinaris potiùs quàm medicinalis videtur

5. Chamæleon niger *Offic. Ger. R. H. p.* 314. Niger verus *Park.* Niger umbellatus, flore cæruleo hyacinthino *C. B.* Niger Dioscoridis Maranthæ *J. B.* Biesem Knopff. In Græcia. Floret Junio. *Usu*. Radix oblonga, crassa, foris fusca, intus alba. *Vires*. Cum Carlina viribus convenit.

III. De Cyano.

Notæ sunt folia non spinosa, capitula levia, flosculi marginales minùs profundè dissecti, ore in latum expanso. R. Sznop. p. 55.

1. Cyanus major *Offic. Ger.* Major vulgaris *Park.*

Park. Montanus latifolius, vel Verbasculum Cyanoides *C. B.* Alpinus radice perpetua *J. B.* Grosse blau Kornblume. In hortis Junio & Julio floret. *Usu.* Folia & Flores. *Folia* longa, lata, lanuginosa. *Flores* cærulei, laciniati, odoris non ingrati. *Vires.* Alexipharmaca & Uterina est.

2. Cyanus minor *Offic.* Minor vulgaris *Ger. Park.* Segetum *C. B.* Cyanus *J. B. H. R.* p. 321. Kleine blaue Kornblume. Inter segetes. Junio floret. *Usu.* Folia & Flores. *Folia* longa, acuminata & laciniata, albicantia, saporis astringentis. *Flores* cærulei, fistulosi, sapore aqueo & astringenti. *Vires.* Aq. stillatitia florum utilis esse dicitur in Oculorum inflammationibus, rubedine, lippitudine, in hydrope. *Schrod.*

IV. De Centaurio Majore.

NOtæ sunt Capitula squamata, levia seu aculeis destituta, folia per ambitum serrata, magnitudo insignis. R. H. p. 329.

1. Centaurium majus *Offic.* Magnum *Ger.* Majus vulgare *Park.* Majus folio in lacinias plures diviso *C. B.* Majus juglandis folio *J. B.* Rheu Pontick. In hortis Botanicis. Julio floret. *Usu.* Radix longa, recta, crassa, foris ruffa, intus rubens, saporis amari. *Vires.* Vulneraria est, saporis subdulcis ac subacris, Usus in fluxibus alvii, Dysenteria: Menses profluviumque à contrario sistit: prodest in Hernia, Sanguine coagulato, Expuitione Sanguinis, in Febribus stomachicis; Hepar aperit ac roborat; summopere laudatur à nonnullis in obstructione venarum Mesaraicarum & in morbis hinc ortis, *Schrod.*

2. Rha-

2. Rhaponticum *Offic.* folio Helenii incano C.B. Enulæ folio latiore *Park.* Rha capitatum *Lobelii Ger.* Centaurium majus, Rha capitatum folio Enulæ subtus incano & hirsuto J.B. Rapontick. In hortis Botanicorum nonnunquam reperitur. *Radix hujus plantæ pro* Rhapontico Antiquornm *per errorem in Officinis nostris substituitur & venditur. Vires.* Cum præcedente viribus ut facie convenit.

V. De *Bardana.*

NOtæ sunt capitula squamata, lappacea, ob squamarum sc. mucrones aduncos, folia amplissima, R. Synop. p. 54.

Bardana major, & Lappa major *Offic.* Major. *Ger. R. H. p.* 332. Vulgaris major *Park.* Lappa major, Arcium *Dioscoridis* C.B. Personata sive Lappa major aut Bardana J.B. Grosse Klette. Ad vias publicas, &c. Junio floret. *Usu.* Radix, Folia, & Semina. *Radix* oblonga, crassa, foris nigra intus alba, saporis subdulcis, odoris grati. *Semina* oblonga, striata, fusca, crassiuscula, sapore subamaro. *Vires.* Siccat, est Pulmonica, Diuretica, Diaphoretica, extergens, subastringens: Hinc convenit in Asthmate, calculo, expuitione Sanguinis, in vulneribus inveteratis, tumore lienis, aliarumque partium, in Arthriticis morbis. Semen insigne censetur Lithontripticum. Folia imponuntur vulneribus inveteratis, articulis luxatis, ambustis, &c. *Schrod.* In febribus & passionibus Hystericis plantis pedum applicantur non sine successu.

SECTIO

SECTIO SEPTIMA.

De Herbis Corymbiferis.

Hæ sunt vel
Veræ
Disco Radiato, foliis marginalibus, flosculis
Concoloribus, floribus
Sparsis aut solitariis, colore flavo, foliis
Integris; humilior & minor, seminibus incurvis; *Calendula.*
Laciniatis; *Chrysanthemum.*
Tenuiter dissectis; *Buphthalmum.*
In umbellæ formam dispositis, foliis
Integris angustis serratis; *Ptarmica.*
Tenuissimè dissectis; *Millefolium.*
Diversi ab iisdem coloris, flavi sc. cùm folia marginalia alba sint: suntque floribus vel
Sparsis, foliis
Integris, ad margines crenatis, caule
Nudo, flore in fastigio singulari minore; *Bellis minor.*
Folioso, elatior, floribus Majoribus; *Bellis major.*
Multifariam in segmenta tenuissima divisis, odorata; *Chamæmelum.*
In Umbellæ formam dispositis, foliis laciniatis pallidis, odore vehementiore; *Parthenium.*
Nudo seu non radiato, caule
Determinato, flosculis sc. eum finientibus
Singularibus, frutescens, superficie perenni, foliis in caule sigillatim positis, odoratis; *Chamæcyparissus.*
Pluribus velut in umbellam dispositis; foliis
Integris,
Latis, elatior & major; *Costus hortorum.*
Angustis, per margines incisis, humilior & minor; *Ageratum.*
Dissectis & velut alatis; *Tanacetum.*

a b Indeter-

a b Indeterminato, floribus eum non finientibus, verùm secundum ejus longitudinem vel in spicas dispositis, foliis dissectis

Fruticescens, caulibus perennibus, lignosis, foliorum segmentis tenuissimis; *Abrotanum.*

Superficie annua,

Amarore insignis, odore vehementiore, folio incano; *Absinthium.*

Minùs amara, odore remissiore, folio subtus incano, supernè virente; *Artemisia.*

Anomalæ sunt vel

Flore composito propriè dicto, singulis florem totalem componentibus, flosculis singulis seminibus insidentibus, suisque privatis calycibus donatis; *Scabiosa.*

Flore compositum imitante, seu potiùs capitulo vel Spicâ flosculorum densâ & congestâ florem compositum exprimente; foliis perianthiorum æmulis capitulorum bases cingentibus.

Majores & elatiores, radice non vivaci, foliis ad margines non spinosis, in caule adversis; caulibus concavis, iisdemque & foliorum costis spinis brevibus horridis; capitulis è squamis, sinubus suis semina amplexis in mucrones oblongos exeuntibus, compositis; Foliorum adversorum basibus conjunctis seu continuis; *Dipsacus.*

Minores & humiliores, radice restibili & perpetua; foliis saltem superioribus in caule, profundè laciniatis & per margines spinis acutis armatis; caulibus solidis minimè spinosis; capitulis è Squamis echinatis compositis; *Eryngium.*

I. De Calendula.

Seminibus curvis à reliquis differt.

Calendula *Offic. Ger.* Sativa *R. H. p.* 337. Caltha *J. B.* Vulgaris *C. B.* Ringel-Blumen. In Hortis

Hortis frequens. Florere Maio incipit. *Usu.* Folia & flores. *Vires.* *Flores* cardiaci censentur, hinc & Hepatici & Alexipharmaci, sudores movent, Variolas expellunt, Ictero medentur, Menses cient, Partum promovent (fumus subditus parturienti) Aq. destillata, oculis instillata, eorum rubori & inflammationi medetur. *R. H.* p. 338. Præp. *Aq. Cons.*

II. De Chrysanthemo.

Seminibus angulosis, aut striatis à reliquis differt. R. H. p. 338.

1. Inguinalis & After Atticus *Offic.* After Atticus *Ger.* Atticus luteus verus *Park.* Luteus foliolis ad florem rigidis *C. B.* Goldblum. In hortis Botanicorum. Maio floret. *Usu* Folia. *Vires.* Vulneraria est; sed in usu rarò occurrit.

2. Buphthalmum *Offic.* vulgare *Ger.* Dioscoridis *C. B.* Matthioli sive vulgare Millefolii foliis *Park.* Chamæmelum, Chrysanthemum quorundam *J. B.* Rinds-Auge. In locis humidis sed rarius. Junio floret. *Usu.* Folia. *Vires.* Cum præcedente Viribus convenit.

III. De Ptarmica.

Notæ sunt flores in umbella: barbulis disco medio concoloribus; folia integra ad margines serrata. R. H. p. 344.

Ptarmica *Offic.* *Ger.* Vulgaris *Park.* Vulgaris folio longo serrato flore albo *J. B.* Dracunculus serrato folio pratensis *C. B.* Dorant / oder weisser spitzer Reinfarn. In pratis. Julio floret. *Usu* Folia. *Vires.* Gustu acri est & fervido. Pulvis

naribus inditus sternutamenta movet. Cruda additur acetariis ad frigiditatem eorum temperandam & corrigendam. *R. H.*

IV. De Millefolio.

FLores in umbellæ formam dispositi barbulis medio disco concoloribus; folia tenuissimè dissecta. R. Synop. p. 56.

Millefolium *Offic.* vulgare *Park.* Vulgare album *C. B.* Terrestre vulgare *Ger.* Millefolium Stratiotes pennatum terrestre *J. B.* Schaaff Garbe. In pascuis. Junio floret. *Usu.* Folia. *Vires.* Medetur Ulceribus, Tumoribus ac inflammationibus, sine repulsione. Usu interno convenit in Hæmorrhagiis ac fluxionibus omnis generis; extrinsecus adhibetur in Cephalalgia, vulneribus consolidandis. Tumoribus herniæ, & penis ictibus venenatis, *Schrod.*

V. De Bellide.

NOtæ sunt, Flos radiatus barbulis seu foliis marginalibus diversi à medio disco coloris: folia integra serrata.

1. Bellis major *Offic. J. B. Ger. R. H.* p. 350 Major vulgaris sive sylvestris *Park.* Major Sylvestris caule folioso *C. B.* Gänseblum / Kuhblum St. Johannis Blum. In pascuis & inter segetes. Maio floret. *Usu.* Folia & flores. *Vires* Herba integra in Zythogalo decocta & pota adversus Asthma, Phthisin, Orthopnœam singulare remedium censetur. Utilis est in vulneribus & rupturis *R. H.* *Flores* mulierculis Botanopolis Londinensibus pro Buphtalmi floribus venduntur.

2. Bellis minor. Symphytum minimum & Consolida minima *Offic.* Sylvestris minor *C. B.* Minor sylvestris simplex *Park.* Minor sylvestris *Ger.* Minor sylvestris spontanea *J. B.* Maaßlieben. In pratis & pascuis. *Usu.* Radix, Folia & flores. *Vires.* Vulneraria est insignis: exterius in Emplastris & fomentis adhibetur; interius succus ejus vulnerariis potionibus admiscetur, *R. H.*

VI. De *Pyrethro.*

FLore majore & radicis acri fervidoq; sapore à Chamæmelo differt. R. H. p. 353.

Pyrethrum *Offic.* flore Bellidis *C. B.* Vulgare Officinarum *Park.* Officinarum *Ger.* Bertram. Ex Orientis partibus infertur. *Usu.* Radix longa, crassa, foris subruffo colore nigricans, intùs albida, sapore acri & admodum fervido. *Vires.* Optimum remedium habetur in Paralysi linguæ cum vocis amissione. Ad dentium dolorem radix masticata in usu est. *R. H.* Ad Venerem stimulat, quartanam curat, in Hemicrania juvat. *Schröd.*

VII. De *Chamæmelo.*

NOtæ sunt; Folia tenuissimè dissecta: flores sparsi, satis grandes; foliis marginalibus albis discum flavum cingentibus. R. H. p. 353.

1. Chamæmelum *Offic.* Romanum *Germ.* Nobile seu odoratius *C. B.* Odoratissimnm repens flore simplici *J. B.* vulgare *Park.* Römische Camillen. In pascuis uliginosis. Junio

floret. *Usu.* Folia seu Herba & Flores. *Vires.* Digerit, laxat, mollit, mitigat dolorem, Menses & Urinam ciet; eapropter usus insignis est in dolore Colico, in cruciatibus spasmi flatulenti, & convulsionibus. Extrinsecus ejus usus est in paregoricis, emollientibus, maturantibus cataplasmatis, clysteribus, &c. *Schrod.* Inter omnes plantas quotquot in Balneo contra calculum recipiuntur nihil floribus Chamæmeli efficacius *R. Cat. Angl. p.* 65.

2. Chamæmelum vulgare flore multiplici *Park.* Anglicum flore multiplici *Ger.* Nobile flore multiplici *C. B.* Repens odoratissimum perenne flore multiplici *J. B.* Gemeine Camillen. In hortis colitur; & eadem species cum præcedente esse videtur. Præp. *Aq. Ol. per Decoct. Ol. Chym.*

3. Cotula fœtida *Offic. Ger. Park.* Chamæmelum fœtidum *C. B.* Fœtidum sive Cotula fœtida *J.B.* Kröten-Dill oder Hunds-Dill. Inter segetes. *Usu.* Folia. *Vires.* Decoctio non aliter quàm Castoreum contra præfocationem Uteri insessu, fomentationibus ac odoratu saluberrima est. *Trag.* Decoctum hujus, aut Succus expressus à nonnullis ad Scrophulas cum successu propinari solet. *Cat. Angl. p.* 81.

VIII. De Parthenio.

NOtæ sunt Flores velut in umbella, barbulis albis discum medium luteum ambientibus: odor gravis. R. Synops. p. 57.

Matri-

Matricaria & Parthenium *Offic.* Parthenium five Matricaria vulgaris *C. B.* Matricaria *Ger.* Vulgaris *Park.* Vulgò, minus Parthenium *J. B.* Mertram oder Mutterkraut. Ad Sepes. Junio floret. *Usu.* Folia cum Floribus. *Vires.* Usus præcip. in affectibus Uteri frigidis ac flatulentis, in obstructione Mensium, in impotentia Veneris, in Hydrope; purgat per Urinam, nonnunquam & per alvum, &c. In Febribus putridis, in calculo Renum, in Vertigine & in Arthritide valet. *Schröd.*

De Corymbiferis floribus non radiatis.

IX. De Chamæcyparisso.

NOtæ sunt, Superficies fruticosa, perennis, folia odorata; flores solitarii ramulos terminantes. R. H. p. 358.

Abrotanum fœmina, & Chamæcyparissus *Offic.* fœmina vulgare *Park.* Fœmina foliis teretibus *C. B.* Chamæcyparissus *J. B. Ger.* Garten-Cypres. In hortis colitur. Junio floret. *Usu.* Folia. *Vires.* Convenit qualitatibus cum Abrotano mare, usúsque præcipui est in obstructionibus Epatis, Renum & Ureterum; Icterum curat; Ventris Lumbricos interimit, tum semen, tum herba ipsa in lacte cocta & pota. *R. H.* Folia sicca ad sistenda alba fœminarum profluvia conferre scribit *Matthiolus.*

X. De Costo hortorum.

Notæ sunt, Flores lutei nudi in umbellam aggesti, folia integra, lata, in ambitu crenata, odor validus. R. H. p. 363.

Balsamita mas, & costus hortorum *Offic.* mas *Ger.* Costus hortorum *Park.* Mentha hortensis corymbifera *C. B.* Corymbifera sive Costus hortensis *J. B.* Frauen-Kraut. In hortis colitur. Julio floret. *Usu.* Folia. *Vires.* Sanat cruditates Stomachi, ructus, vomitus, fœtores oris, tormina, cardialgias ex Stomacho, dolores capitis ex eodem. *Hofman.*

XI. De Agerato.

Notæ sunt, Flores lutei, nudi, in umbellæ formam dispositi, folia integra profundè serrata. R. H p. 364.

Ageratum & Eupatorium *Mesuæ Offic.* vulgare sive Costus hortorum minor *Park.* Foliis serratis *C. B.* plerisque, Herba Julia quibusdam *J. B.* Balsamita fœmina sive Ageratum *Ger.* Leber-Balsam. In hortis colitur. Junio floret. *Usu.* Planta cum foliis & floribus. *Vires.* Temperamento & viribus cum præcedente convenit. *R. H.*

XII. De Tanaceto.

Characteristicæ sunt, Flores nudi, flavi, in umbellæ formam digesti, folia laciniata. R. Synop p. 58.

Tanacetum *Offic. Ger.* Vulgare *Park.* Vulgare luteum *C. H.* Vulgare flore luteo *J. B.* Reinfahrn. In agrorum marginibus Junio flore-

ret. *Usu.* Folia. *Vires.* Temperamento & viribus cum Parthenio convenit. Vulnerarium, Uterinum, ac Nephriticum est. Usus præcip. in Lumbricis, torminibus Ventris, Calculo Renum & Vesicæ, Mensibus obstructis, Flatibus & Hydrop. *Schrod.* Aqua destillata Vermes necat.

XIII. De Absinthio.

Notæ sunt Flores nudi, caulis indeterminatus, folia incana, amaror insignis. R. Synop. p. 58.

1. Absinthium vulgare *Offic. Park. R. H.* p. 366. Vulgare majus *J. B.* Latifolium sive Ponticum *Ger.* Ponticum seu Romanum Officinarum, seu *Dioscoridis C. B.* Wermuth. In incultis. Floret Julio. *Usu.* Folia & Summitates. *Vires.* Stomachicum, Hepaticum & Spleneticum imprimis est. Ventriculum & Epar roborat, appetentiam ad cibum excitat, obstructiones reserat, & inde natos affectus tollit, ut Icterum, Hydropem, &c. Febribus putridis etiam diuturnis confert: vitiosos humores per urinam expurgat: pellit præterea interaneorum Vermes, tandemque vestes à tineis conservat. *R. Cat. Angl. p.* 2.

2. Absinthium Romanum *Offic.* Ponticum sive Romanum vulgare *Park.* Tenuifolium Ponticum *Galeni Ger.* Ponticum tenuifolium incanum *C. B.* Ponticum vulgare, folio inferiùs albo *J. B.* Römischer Wermuth. In hortis colitur. Julio floret. *Usu.* Folia ac Summitates. *Vires.* Cum priore convenit.

3. Absinthium Seriphium *Offic.* Marinum album *Ger.* Seriphium sive marinum Anglicum *Park.* Seriphium Belgicum *C. B. J. B.* See-Wermuth. In locis maritimis. Julio floret. *Usu.* Folia ac Summitates. *Vires* eædem cum reliquis. Mulierculæ Botanopolæ Londinenses Absinthium Romanum vocant.

4. Santonicum & Semen Sanctum *Offic.* Sementina *Ger.* Absinthium Santonicum Alexandrinum *C. B.* Santonicum Alexandrinum, sive Sementina, & Semen Sanctum *Park.* Lumbricorum semen vulgare & Matthioli *J. B.* Wurmsaamen. Ex Alexandria adfertur. *Usu.* Semina parva oblonga, quasi ex squamosis tuniculis compacta, flavescentia, amara sunt cum acrimonia, & odore graviusculo. *Vires.* In Lumbricis cujuscunque generis enecandis, fugandis & expellendis. *Schrod.* V. Plura apud *Febrium in Histor. Absinthii.*

XIV. De Abrotano.

EST Herba, caule indeterminato, flore nudo, fruticosa, foliorum laciniis angustioribus, longioribus, minusq; incanis quàm Absinthii. R. Synop. p. 58.

Abrotanum mas *Offic. Ger. R. H. p.* 371. Vulgare *J. B.* Mas vulgare *Park.* Mas angustifolium majus *C. B.* Stabwurtz. In hortis colitur Julio floret. *Usu.* Folia ac Summitates. *Vires.* Subastringit & validè discutit, resistit putredini ac veneno; morsibus venenatorum animalium medetur; Vermes necat, Urinam movet, impetus Hystericos discutit, regi-

egium morbum solvit. Extrinsecùs usus est n ossibus exsiccandis, roborandisque; ad Alopeciam etiam tollendam commendatur. *Schrod.*

XV. *De Artemisia.*

Notæ sunt, caulis indeterminatus, folia dissecta, subtus incana, supernè viridia; odor & sapor remissior quàm Absinthii, flores purpurascentes, non deorsum nutantes. R. Synop. p. 59.

1. Artemisia *Offic.* vulgaris *J. B. Park.* Vulgaris major *C. B.* Mater herbarum *Ger.* Beyfuß. Ad agrorum margines. Floret Julio. *Usu.* Summitates. *Vires.* Uterina est, Menses, fœtum, secundinas pellit; sordes abstergit. *Schrod.*

2. Artemisia Chinensis cujus mollugo *Moxa* dicitur *P. P. Tab.* 15. An Ytzecuinpatli *Hern.*? Beyfuß aus China. In China oritur. *Usu.* Mollugo foliorum, *Moxa* dicta, hoc modo præparata; *Recipiantur folia exiccata probè & caule suo decerpta, conterantur manibus eousquè, donec excusso pulvisculo viridi lanuginosæ interiores fibræ velut subtegmen substratæ remaneant.* Sin madefiant sudore manus, repetendum opus est ad desideratam teneritudinem. *Vires.* Celebre est remedium in curatione Podagræ per ustionem apud Gentes Orientales, & etiam inter Europæos. V. *Buschoff*, & *D. Temple* Eq. Aurat. de Moxâ.

De Herbis Corymbiferis affinibus.

I. De Scabiosa.

QUòd flosculi florem componentes, suis singuli ca-lycibus, à flore delapso, residuis donentur, à reliquis differt. R. Synop. p. 59.

1. Scabiosa *Offic.* major vulgaris *Ger.* Vulgaris pratensis *Park.* Pratensis hirsuta quæ Officinarum *C. B.* Major communior hirsuta folio laciniato *J. B.* Scabiosen. In pascuis. Junio floret. *Usu.* Folia. *Vires.* Alexiphar-maca ac Pulmonica est. Usus præcip. in Apo-stematibus, Pleurisi, Angina, Tussi, Asthmate, Peste, fistulosis ulceribus. Extrinsecus in Sca-bie, Pruritu, impetigine, &c. *Schrod.*

2. Morsus Diaboli & Succisa *Offic.* Dia-boli *Ger.* Diaboli vulgaris flore purpureo *Park.* Succisa glabra *C. B.* Sive, Morsus Diaboli *J. B.* Teuffels-Abbiß. In pratis & pascuis. Augu-sto floret. *Usu.* Folia Flores & Radix. *Vires.* Alexipharmaca & Vulneraria est, ut Scabio-sa, cum qua & reliquis facultatibus convenit, &c. *Schrod.*

II. De Dipsaco.

NOtæ sunt, caules spinosi, flosculi squamis disjuncti, singuli singulis seminibus insidentes, in capitula congesti. R. H. p. 381.

1. Dipſacus ſativus & Carduus Fullonum Offic. Sativus *C. B. J. B. Ger. Park.* Karten-Diestel oder Weber-Karten. Seritur in Agris. Junio floret. Uſus præcip. ad pannos depectendos.

2. Dipſacus ſylveſtris ſive Labrum Veneris *Offic. J. B.* Sylveſtris *Ger. Park.* Sylvestris aut Virga paſtoris major *C. B.* Wilde Karten-Diestel. In incultis. Junio floret. *Uſu.* Vermiculi in echinis reperti. Hos impari numero, pennâ anſerinâ incluſos Febre quartana laborantium collis amuleti aut remedii loco appendere vulgus noſtratium ſolet. *R. H.* p. 382.

III. De Eryngio.

Notæ ſunt, folia ſpinoſa; flores in ſummis caulibus & ramulis in capitula congeſti, quibus radiata ſubſunt folia, caules ſolidi & minimè ſpinoſi. R. Synopſ. p. 60.

Eryngium *Offic.* marinum *Ger. Park. J. B.* Maritimum *C. B.* Drachen-Diestel oder Manns-Treu. In littoribus arenoſis. Julio floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Epatica, Nephritica & Alexipharmaca eſt. Uſus præcip. in obſtructis menſibus, Urina, Epate, Veſica biliaria, Liene, &c. Et hinc in Ictero, & Colica. *Schröd.*

SECTIO

SECTIO OCTAVA.

De Herbis Monospermis.

Herbæ Monospermæ semine nudo Notæ sunt. Flos p-talodes; Semina nuda, ad singulos flores singula.

Herbæ Monospermæ sunt, vel Seminibus
- Pappo innascente alatis, flosculis in summis caulib- exiguis velut in umbella, caule tereti & inani, foli- per intervalla binis vestito: *Valeriana.*
- Pappo carentibus, foliis
  - Variè & tenuitur dissectis, glaucis, floribus ad pap- lionaceos accedentibus, in spicas congestis: *F- maria.*
  - Simplicibus, maritimæ, caulibus nudis, flosculis - summitate pluribus, foliis latis: *Limonium.*
  - Pinnatis, caule simplici, rectà assurgente, vel no- ramoso, vel ramos è lateribus emittente, floribu- in Spicas congestis,
    - Crassiores & habitiores, seminibus densiùs stipa- tis, tetragonis: *Pimpinella.*
    - Tenuiores & productiores, flosculis rariùs dispo- sitis seminibus echinatis, floribus Hexaphylli- flavis: *Agrimonia.*

I. De Valeriana.

Notæ sunt, Folia in caule bina adversa, flores mo- nopetali velut in umbella, semina ad singulos flore- singula. R. Synops. p. 60.

1. Phu majus, *sive* Valeriana major *Offic.* *Park.* Valeriana hortensis *Ger.* Hortensis, Phu Olusatri folio *Dioscoridis* *C. B.* Major odorata radice *J. B.* Baldrian/ Theriacks-Kraut. Junio floret. *Usu.* Radix & folia. *Radix* oblonga, rugosa, digitum crassa, subtus fibrosa, foris ex- cine-

ereo fuſca, intùs pallida, ſapore & odore
matico ad Nardum accedente. *Vires*. A-
ipharmaca, Sudorifica, ac Diuretica eſt.
us præcip. in imbecillitate viſus, Peſte,
thmate, Tuſſi, Pleuritide, obſtructione He-
is, Lienis, Ureterum, Hernia, Ictero, &c.
rod. Vulneraria eſt.

2. Phu minus, & Valeriana minor *Offic*. Va-
iana minor *Ger. R. H. p*. 388. Sylveſtris minor
k. Paluſtris minor *C. B*. Minor pratenſis vel
uatica *J.B*. Wild Baldrian. In pratis hu-
dis. Majo floret. *Uſu*. Radix & folia. *Vires*.
um priore viribus convenit.

3. Nardus Celtica *Offic. J. B. Ger. R. H. p*. 391.
ltica *Dioſcoridis C. B*. Sive Spica Celtica
k. Magdalenen-Blumen. *Uſu*. Radix cum
iis. Radices fibroſæ ſunt, capillares, nigri-
ntes, cum foliis parvis ex viridi flaveſcen-
us, ſaporis acris, amaricantis, aromatici, odo-
fragrantis graviuſculi. *Vires*. Ut genere &
ie externa cum Valeriana, ita & viribus
nvenire videtur. *R. H. p*. 391.

II. De Limonio.

Congeneribus diſtinguitur loco natali, & caulibus nudis ramoſis. R. Synopſ. p. 62.

Limonium & Behen rubrum *Offic*. Majus
lgatius *Park*. Maritimum majus *C. B*. Ma-
, multis aliis Behen rubrum *J. B*. Limo-
um *Ger*. Rohter Behen oder Wiederſtoß. In
ritimis. Junio floret. *Uſu*. Radix & folia.
res. Aſtringit, proinde DiarrhϾ, Dyſente-
riæ,

riæ, Hæmorrhagiæ & nimio Mensium fluxi medetur. *R. H. p.* 395. In Officinis Pharmaco-polarum radices duæ nomine Behen albi & ru-bri ostenduntur, sed quid sint non ausim de-terminare: inter Authores enim controverti-tur. C. *Bauhinus* utrumque Serratulæ affini capitulo squamoso luteo, ut & flore, titul comprehendit. Behen autem Arabibus, ut *Si-raphioni*, sunt radices Pastinacæ radicibus simi-les; scribit *Haly Abbas* Behen & Pastinac sylvestris radices nullum inter se discrimen ha-bere; hinc Joannes *Costa* super *M suem* pr Behen albo & rubro Carrotæ albæ & rubræ ra-dices substituit, ut nos monuit eximius ill Botanicus *Leonard Pluckenet*, M. D. Nec Ve-teribus tantum, sed etiam Modernis quid sin hæ radices, inter se minime convenit, alii enin Behen rubrum Limonii maritimi, alii Valeria-næ rubræ, alii Bistortæ, alii Tormentillæ, ali Caryophyllatæ Speciem esse autumant. No verò cum Neotericis Radicem Limonii, ve ipsum Behen rubrum esse, vel pro Succedane ejus haud temerè usurpari posse opinamu Quod ad Behen album attinet, ejus tractatio-nem ad caput de Lychnide rejicimus.

III. De Fumaria.

NOtæ sunt, folia Umbellatarum in modum divisa flores spicati ad papilionaceos accedentes, in calca quoddam retrorsum producti, pediculo è mediâ part egresso hærentes. R. Synop. p. 62.

Fumaria *Offic.* purpurea *Germ.* Vulgari *Park*

irk. *J. B.* Officinarum & *Dioscoridis* *C. B.* Herba Melancholifuga *Cat. Altd.* Erd-Rauch. In satis & aggeribus. Majo floret. *Usu.* Planta integra. *Vires.* Splenetica est ac Hepatica: attenuat, serosos, biliosos, ac adustos humores densim expurgat, Viscera reserat, reserata roborat, Sanguinem purificat. Hinc usus præcip. in Scorbuto, aliisque morbis Mesenterii & Lienis, in Ictero, in Scabie omnis generis, &c. m. *Schrod.*

IV. De Pimpinella.

Folia pinnata, flores spicati, semina quadrata, quibus insident flores tetrapetali, staminosi. R. Synop. p. 62.

Pimpinella & Sanguisorba *Offic.* Hortensis *Ger.* Vulgaris sive minor *Park.* sive Sanguisorba minor hirsuta & lævis *C. B.* Sanguisorba minor *J. B.* Bibenellen. In montosis pascuis. Junio floret. *Usu.* Folia. *Vires.* Alexipharmaca, Vulneraria ac Pulmonica est. Usus præcip. in Catarrhis, affectibus Pulmonum, Phthisi ex erosione, in Morbis malignis, in profluviis alvi, Hæmorrhoidum: præcavet Abortum, corroborat. Extrinsecùs in Hæmorrhagia quacunque utiliter adhibetur. *Schrod.*

V. De Agrimonia.

Notæ sunt Folia pinnata, flores hexapetali, fructui lappaceo insidentes, cui bini intus nuclei. R. Synop. p. 61.

Agrimonia, & Eupatorium Græcorum *Offic.* Vulgaris *Park.* seu Eupatorium *J. B.*

Eupa-

Eupatorium Veterum sive Agrimonia *C. B.* Agrimonia *Ger.* Odermennig. In agrorum marginibus. Junio floret. *Usu.* Folia. *Vires.* Hepatica nobilissima imprimis est, Vulnerariaque & Splenetica: ideoque usu creberrimo venit in Morbis ab Hepatis imbecillitate ortis, uti sunt Hydrops, Cachexia, Icterus. In usu etiam est in Catarrhis, Tussi, Mensibusque retentis. Extrinsecùs abhibetur sæpissimè in balneis & lotionibus. *Schrod.*

SECTIO NONA.

De Herbis Umbelliferis.

Umbelliferæ dicuntur hoc genus plantæ, quia earum pleræque flores gestant in Umbellâ; Hujus quidem generis species omnes flores in caulis & ramorum fastigiis coacervatos gestant, non tamen semper in Umbellæ formam dispositos. Notæ ergo Umbellatarum certiores & characteristicæ, quæ omnibus in universum & solis conveniunt, sunt Flores pentapetali & ad singulos bina semina nuda simul juncta. R. H. p. 406.

Herbæ

Herbæ Umbelliferæ sunt vel folio

- Composito, pinnato aut triangulato; semine, vel
  - Lato plano & compresso seu foliaceo; foliis
    - Latissimis; flore
      - Albo, petalis cordatis, radice lignosiore; *Sphondylium.*
      - Pallidè luteo, foliis
        - Minùs ramosis & propemodum pinnatis, semine minore, radice carnosa, esculenta; *Elaphoboscum.*
        - Ramosioribus, radice minùs carnosa, succifera; *Panax.*
    - In lacinias angustas divisis, succo limpido; *Seseli creticum.*
    - In tenues lacinias divisis; semine
      - Minore, foliis fœniculaceis
        - In segmenta longiora & capillacea divisis radice annua; *Anethum.*
        - In segmenta paulò latiora tripartito divisis & subdivisis, radice perenni; *Peucedanum.*
      - Magno oblongo;
        - In medio tumidiore, alâ foliaceâ sinuosâ in summo bifidâ cincto, colore albente, sapore acri; *Thapsia.*
        - Compressiore, per maturitatem nigro, caulis medullâ fungosâ, igni concipiendo idoneâ; *Ferula.*
  - Tumidiore & teretiusculo aut rotundo,
    - Longo, quibusdam rostrato dicto,
      - Glabro, minor annua odorata; *Cherefolium.*
      - Striato, foliis
        - Latioribus majore, semine maximo, odorata, radice perenni, foliis Filicis æmulis; *Myrrhis.*
        - In tenues lacinias dissectis; foliorũ segmentis
          - Crebrioribus, capillaceis, radice perenni; *Meum.*
          - Paucioribus majoribus radice annua, semine odorato, incurvo; *Cuminum.*
    - Breviore.

Striato
Glabro
Majore
Per maturitatem nigro, tumido & ferè rotundo, foliis latis; *Smyrnium.*
Per maturitatem albente aut minus colorato; foliis
Latissimis
Ramosioribus odoratis: *Angelica.*
Tripartito divisis & subdivisis, radice perpetua, acri; *Imperatoria.*
Minus latis
Apii, magna & elata, radice perpetua, odore valido nec ingrato *Levisticum.*
Seselios; summis segmentis tripartitis; *Sescli.*
Minore, radicibus
Tuberosis multiplicibus, foliis odore & sapore Elaphobosci; *Sisarum.*
Cauliformibus strigosioribus & lignosioribus, foliis
Pinnatis aut minus ramosis
Formâ, odore & sapore Elaphobosci; *Sison.*
Foliis Sanguisorbæ radice fervida; *Pimpinella Saxifraga.*
Foliis profundè laciniatis, radice dulci, semine aromatico; *Carum.*
Ramosioribus seu triangulatis
Latioribus
In pauciora & obtusiora segmenta divisis; *Apium.*
In plura & acutiora; *Cicuta.*
Angustioribus, in segmenta seu folia simplicia divisis
Breviora, acuta, umbellâ subluteâ, semine per maturitatem
Rufescenti; *Selinum.*
Albescenti; *Crithmum.*

a b c d e

Longâ

b c de Longa, angusta, per margines ferrata semine aromatico; *Ammi.*

In segmenta tenuissima capillacea divisis

{Oblonga; *Fœniculum.*

Breviora, radice

{Esculenta; *Staphylinus.*

Fervida; *Pyrethrum.*

Imis latis, summis tenuibus, semine dulci aromatico; *Anisum.*

Hirsuto; *Daucus.*

Sphæriceæ rotunditatis; Cimicum tetro odore; *Coriandrum.*

Integro aut laciniato

{Subrotundo & à caule perforato; *Perfoliata.*

In quinque lacinias diviso, semine hispido & lappulaceo; *Sanicula.*

De Umbelliferis semine lato & compresso seu foliaceo, aut etiam alâ foliaceâ cincto.

I. De Sphondylio.

Notæ sunt, folia latissima, flores albi, petalis cordatis. R. Synops. p. 63.

Pastinaca sylvestris *Offic.* Sphondylium Gr. Vulgare *Park.* Vulgare hirsutum *C. B.* Quibusdam, sive Branca Ursina Germanica. *J. B.* Bärenklau. In pascuis & agrorum marginibus. Julio floret. *Usu.* Semen. *Vires.* Semen egregium est in Hysterico paroxysmo. *Willis de Morbis Convuls.*

II. De Elaphobosco.

Notæ sunt, radices carnosæ, esculentæ, folia vix t angulata, flores lutei. R. Synop. p. 26.

Paſtinaca hortenſis *Offic.* latifolia ſati *Ger. Park. C. B.* Sativa latifolia Germanica lut flore *J. B.* Mören / weiſſe Mören / zahm Mör In hortis colitur. Junio floret. *Uſu.* Radix in c linis. Semen in Officinis. *Vires.* *Semen* Dod næus calidius & ſiccius eſſe, urinam mover & flatus diſcutere aſſerit. *R. H. p.* 410.

III. De Panace.

Notæ ſunt folia lata Paſtinacæ, verùm magis co poſita ſeu ramoſa, flores lutei, radix gummif ſeu ſuccifera. R. H. p. 410.

Panax Herculeum majus *Ger.* Paſtinacæ fo *C. B.* Heracleum alterum, ſive peregrinum *donæi Park.* Sphondylio vel potiùs Paſtina Germanicæ affinis Panax vel Pſeudo-co flore luteo *J. B.* Heyden Iſop. In hortis cu ſorum. Junio floret. Ex hujus vulnerato, p ſertim circa radicem, caule, ſuccus æſtivis m ſibus manat, ſponte concreſcens, in Offic *Opopanax* dict. cujus ſigna bonitatis ſunt co extus flavus, intus albus aut ſubflavus; ſa valdè amarus, odor gravis, conſiſtentia guis, facilè in aqua ſolubilis, levis, tenera, bilis, Galbani inſtar lacteſcens, dum reſolv ad lacteum liquorem propiùs accedens. *V* Emollit, digerit, flatus diſcutit, purgat p tam craſſam & lentam, è partibus remotis rebro, nervis ſenſoriis, juncturis, thor *Schrod.*

IV

IV. *De Seseli Cretico vel Tordylio.*

Foliis latis Pastinacæ, semine fimbriâ granulatâ aut crispâ cincto à reliquis differt. R. H. p. 412.

Seseli Creticum *Offic.* Creticum minus *C. B. Ger.* Tordylium sive Seseli Creticum minus *Park.* Caucalis minor pulchro semine, sive Bellonii *J. B.* Weiß Hirsch-Wurtz. In hortis Botanicis. In *Usu est* Semen sed rarius *Vires* Nephriticum est, Uterinum ac Pulmonicum. Usus præcip. in Stranguria, & Urina remorata, dolores discutit, Menses ciet, Catarrhorum expectorationem promovet *Schrod.* In Catalogo Simplicium Pharmacopœiæ Londini hoc cum sequente, nescio quomodo confunditur.

V. *De Petroselino Montano.*

Foliis apii, semine foliaceo à reliquis differt.

Oreoselinum *Offic. Ger. Mor. Umb.* Petroselinum montanum vulgatius. *Park.* Montanum folio ampliore *C. B.* Montanum *Dalechampii J. B.* Berg Petersilien. In locis montanis. *Usu.* Radix & semen. *Vires.* Calefacit & siccat, alexipharmacum est, sudoriferum, diureticum, discutiens. Usus præcipuus in calculo renum & vesicæ, in Peste, in flatibus, in stranguria. *Schrod.*

VI. *De Seseli Massiliensi.*

Semine foliaceo, foliis tenuiter divisis, succo limpido seu aqueo, à reliquis distinguitur. R. H. p. 414.

Seseli Massiliense *Offic.* Massiliense *Ger.* Massiliense

ſilienſe Ferulæ folio *C. B.* Maſſilienſe alterum *Park.* Maſſilienſe nuperorum, folio aliquatenus ſimili Viſnagæ *J. B.* Seſelſaamen / Berg-Kümmel. *Uſu.* Semen. *Vires.* Uſus præcip. in morbis capitis, Epilepſia, in imbecillitate viſus, Spaſmo, &c. in Pulmonum ac pectoris affectibus, Tuſſi, Catarrhis; in Epatis obſtructione, Hydrope. Ventriculi cruditate, in Calculo Renum ac Veſicæ, in Menſibus obſtructis. Specifica Antidotus eſt Cicutæ. *Schrod.*

VII. De Anetho.

Semine foliaceo, foliis in tenuiſſima ſegmenta Fœniculi æmula diviſis, à reliquis differt. R. H. p. 415.

Anethum *Offic. Ger. J. B.* Hortenſe *C. B.* Hortenſe ſive vulgare *Park.* Dillen. In hortis. Julio floret. *Uſu.* Folia, Semen. *Vires.* Herba; ſed præcipuè *Semen*, digerit & diſcutit, maturat tumores, auget lac, conciliat ſomnum: Venereos appetitus minuit, ſingultui vomituique medetur *Schrod.*

VIII. De Peucedano.

Notæ ſunt, folia in tenues lacinias tripartito diviſa & ſubdiviſa, latiores & longiores quam Anethi R. Synop. p 64.

Peucedanum *Offic. Ger.* Vulgare *Park.* Germanicum *C. B.* Minus Germanicum *J. B.* Haarſtrang. In Foſſis paluſtribus. Julio floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Expectorat, mucilaginem tartaream bilemque educit. Uſus præcip. in affectibus pectoris, Tuſſi, Inflationibus, in ob-

ſtructio-

structione Hepatis, Lienis, Renum, Ciet urinam & calculosis prodesse creditur. *Schrod.* Veteres affectibus omnibus circa nervos consistentibus, ut Lethargo. Phrenesi, Epilepsiæ, vertigini, Paralysi, convenire aiunt. *R. H.* p. 416.

IX. De Thapsia.

Notæ sunt folia tenuiter dissecta: Semen alâ foliaceâ summâ parte bifida cinctum, sapore acri. R. H. p. 417.

Thapsia *Offic.* vulgaris *Ger.* Carrotæ folio *C. B. Park.* Sive Turbith Garganicum semine latissimo *J. B.* In hortis curiosorum aliquando colitur. *Usu.* Radix. *Vires.* Radix ejusque succus aut decoctum supernè inferneque cum violentia purgat, ideoque intra corpus exhiberi non debet. Quidam pro Turbith per errorem substituunt. *R. H. p.* 418.

X. *De Ferula.*

Foliis Fœniculaceis, seminibus oblongis, per maturitatem nigricantibus, medulla fungosa, ab aliis distinguitur. R. H. p. 420.

Ferula folio glauco, semine lato oblongo, quibusdam Thapsia ferulacea *J. B.* Latiore folio *Park.* Ferulago *Ger.* Latiore folio *C. B.* In hortis Botanicorum aliquando colitur, Ex hujus planta exsudat Galbanum *Offic.* à Byzantio ad nos delatum. Succus est pinguis, non tamen Oleo solubilis, sed aquâ, mediâ quodammodo naturâ constans inter gummi & resinam, accenditur enim igne ut Resina, humore

aqueo solvitur ut Gummi; colore flavescente aut ruffo, substantia molli & Ceræ instar ductili, sapore amaricante cum acrimonia, odore gravi. *Vires.* Emollit & digerit; Usus intrinsecus est in mensibus ciendis, fœtibus vivis & mortuis, nec non secundinis pellendis. Extrinsecus etiam prodest in partu ac mensibus, in suffocatione uteri, Vertigine, Epilepticis, Hystericis, Syncopticis, &c. *R. H. p.* 421.

De aliis succis concretis qui ex Plantis Ferulaceis exsudare censentur.

1. AMmoniacum *Offic.* ab India Orientali & aliunde ad nos defertur. G. Gummi Armoniac. Gummi est stillans ex Ferula quadam, inquit *Schrod.* Eligendum est sincerum instar Olibani, in grumos condensatum, odore gravi, Castoreum utcunque æmulans, sapore amarum, digitis tractatum mollescens, bene coloratum, exteriùs flavum, interiùs candidum. *Vires.* Emollit, attenuat, resolvit, digerit, maturat, attrahit validè, ut quoque spinas carni infixas eliciat, alvum movet, Splenicum est. *Usus* præcip. est in doloribus Arthriticis, in resolvenda mucilagine tartarea, viscosa, crassa ac contumaci Pulmonum, Mesenterii, & hinc in obstructionibus contumacibus Lienis, Hepatis, Uteri, &c. Extrinsecus in scirrhis Tophisque juncturarum, in Scrophulis, aliisque tumoribus durioribus resolvendis, &c. *Schrod.*

2. Sa

2. Sagapenum *Offic.* G. Serapin Gummi. Ab Alexandria transportatur. Est lachryma seu gummi arboris cujusdam ferulaceæ. Optimum censetur sincerum, translucidum, foris colore fulvo vel russo, intus exalbido, gustu acri, odore gravi, porrumque æmulans. *Vires.* Attenuat, aperit, purgat lentos & crassos, imò & serosos humores, ex Ventriculo, Intestinis, Utero, Renibus, Cerebro, Nervis, Juncturis, Pectore: Hinc prodest in Hydrope, Tussi inveterata, Asthmate, Cephalalgia, Spasmo, Epilepsia, Paralysi, Tremore artuum, in obstructione & tumore splenis, dolore Colico. Menses ciet, sed fœtum enecat, Urinam movet. *Schrod.*

3. Assa Fœtida vix hujus loci est, licet Autores multi contendant eam esse lachrymam concretam Laseris sive Sylphii, vel Ferulæ. G. Teuffels Dreck. V. *Bod. à Stapel* in *Theophrast,* & *Itinerar. Olearii* & *Mandeslo.* *Bontius* vult plantam Assæ fœtidæ productricem esse duorum generum in *Persiâ*; primam Sarmentosam ferè, ut Salix aquatica; Alteram Tithymali faciem habere: ergò Assam fœtidam alibi disposuimus.

De Umbelliferis semine tumidiore & minùs compresso donatis.

XI. De Cherefolio.

Foliis ad Petroselinum accedentibus, radice annua, omniumque partium parvitate à Cicutaria differt. R. H. p. 430.

Chærefolium *Offic.* Chærophyllum sativum *C. B.* Chærephyllon *J. B.* Ceretolium sativum *Park.* Vulgare sativum *Ger.* Körffel Kraut. In hortis. Maio floret. *Usu.* Folia, & Semen. *Vires.* Partium est tenuium, diureticum, emmenagogon, ac lithontripticum, Sanguinem coagulatum resolvit, somnum suaviter inducit. Extrinsecus usus insignis est in dolore colico, in Urina retenta *Schrod.*

XII. De *Myrrhide.*

Semine striato oblongo magno, per maturitatem nigro, folio Filici æmulo, aromatico, à reliquis differt. R. Method. p. 88.

Myrrhis *Offic.* magno semine, longo sulcato *J. B.* Major vel Cicutaria odorata *C. B.* Major vulgaris, sive Cerefolium majus *Park.* Cerefolium magnum sive Myrrhis *Ger.* Welscher Körbel. In hortis colitur. Junio floret. *Usu.* Folia, *Vires.* Cum Cerefolio temperamento & viribus convenit. *R. H. p.* 431.

XIII. De

XIII. De *Meo.*

Foliis constat omnium herbarum tenuissimis, quibus ut & semine magno oblongo striato ab aliis distinguitur. R. Synop. p. 64.

Meum & Meum Athamanticum *Offic.* Meum *Ger.* Vulgatius *Park.* Foliis Anethi *C. B.* Vulgare, seu Radix ursina *J. B.* Beer-Wurtzel. In pratis & pascuis sed rarò. Junio floret. *Usu.* Radix oblonga, crassa, & ramosa, cortice foris ferrugineo, intus pallido aliquantulum gummoso, includente medullam albicantem, sapore & odore Levistico gratiori & fragrantiori *Vires.* Flatus discutit. Usus præcip. in Inflatione ac ructu Ventriculi, in Mensibus ac Urina ciendis, in Uteri suffocatione, in torminibus Ventris, in Catarrhis tartaróque Pulmonum expectorando, Multas ingreditur compositiones & ipsam Theriacam, *Schrod.*

XIV. De *Cymino.*

AB Ammi differt radice annua, foliis in lacinias minùs crebras, nec adeò tenues dissectis, omnium partium quantitate minore, semine etiam angustiore. R. H. p. 433.

Cyminum *Offic.* vulgare *Park.* Semine longiore *C. B.* Sativum Dioscoridis *Ger.* Sive Cuminum sativum *J. B.* Römisch- oder Peper-Köm. In Insula Melita copiosè seritur. Junio floret. *Usu.* Semina striata, oblonga, ex cinereo spadicea, sapore acri, aromatico & ingrato, odore fragranti. *Vires.* Attenuat, digerit,

gerit, resolvit, Flatus discutit, idèoque utile est in Colica, Tympanitide & Vertigine. *Schrod.*

XV. De *Angelica.*

Ejus notæ sunt folia latissima, semina striata, magna & crassa, per maturitatem alba, succus lacteus per siccitatem flavicans. R. H. p. 434.

Angelica *Offic.* sativa *C. B. J. B. Ger. Park.* Angelick oder H. Geist Wurtz. In hortis colitur. Junio floret. *Usu.* Radix, Folia & Semen. *Radix* est oblonga ex capite crassiore in fibras sæpe pollicares aut longè tenuiores divisa, foris ex flavo rufescens, medulla interiore alba, saporis acris, suaviter amaricantis, odoris fragrantis & aromatici. *Vires.* Bezoardica & Cordialis nobilissima est, calefacit & siccat, aperit, attenuat; Sudorifica, & Vulneraria est: menses movet, fœtum expellit, suffocationi Uteri maximè conducit: Malignis morbis, Venenis, ipsique Pesti medetur. *Schrod.*

XVI. De *Imperatoria.*

Notæ ejus sunt folia lata, tripartitò divisa & subdivisa: radices crassæ, obliquæ, semen striatum majus. R. H. p. 436.

Imperatoria & Ostrutium *Offic.* Imperatoria *J. B. Ger.* Major *C. B.* Sive Ostrutium vulgare *Park.* Meister-Wurtz. In hortis colitur. Floret Augusto. *Usu.* Radix oblonga, pollicem crassa, rugosa quasi cirrosa & geniculata, foris fusca, intus alba, saporis acris, aromatici, odoris fragrantissimi. *Vires.* Alexipharmaca, ac Sudori-

dorifica est. Usus præcip. in Venenatis morbis, ac Ictibus, in capitis affectibus phlegmaticis, Paralysi, Apoplexia, &c. in cruditate Ventriculi, & Colico dolore. *Schrod.* In Colicis & flatuosis est divinum remedium. *Hoffman.*

XVII. De Smyrnio.

SEmine majore tumido, per maturitatem nigro, foliis à congeneribus distinguitur. R. H. p. 436.

Hipposelinum & Smyrnium *Offic.* Hipposelinum *Ger. emac.* Sive Smyrnium vulgare *Park.* Hippos. Theophrasti, vel Smyrnium *Dioscoridis C. B.* Macerone, quibusdam Smyrnium, semine magno nigro *J. B.* Brust-Wurtz / Engel-Wurtz. In rupibus maritimis. Junio floret. *Usu.* Folia. *Vires* Alit bene, & præstat eadem quæ Apium, sed efficacius. *R. H. p.* 437.

XVIII. De Levistico.

EJus notæ sunt, folia Apii majora, odor validus, magnitudo & statura insignis. R. H. p. 437.

Levisticum *Offic.* vulgare *Ger. Park.* Ligusticum vulgare *C. B.* Vulgare foliis Apii *J. B.* Liebstöckel. In hortis colitur. Julio floret. *Usu.* Radix, Folia, Semen. *Radix* est oblonga, crassa, in fibras crassiores divisa, foris fusca, intus pallida, saporis acris & aromatici, odoris jucundi & fragrantis. *Semina* oblonga, compressa, striata, saporis acris, aromatici, subdulcis, odoris fragrantis. *Vires.* In Facultatibus porrò tam vicinum est Angelicæ & Imperatoriæ suprà dictis, ut non putem necessariam esse commemorationem. *Hoffm.*

XIX. De Seseli vulgari.

Seminibus magnis oblongis striatis, fimbria foliacea à reliquis differt.

Seseli vulgaris & Siler montanum *Offic.* sive Siler montanum vulgare *J. B.* Siler montanum Officinarum *Ger.* Montanum vulgo Seselios *Park.* Ligusticum quod Seseli Officinarum *C. B.* Roß-Kümmel / Silermontan. In Hortis Botanicis colitur. Junio floret. *Usu.* Semina oblonga, striata, ex viridi spadicea, donata per marginem fimbriâ exiguâ foliosâ, saporis acris, amaricantis & aromatici, quasi ex corticibus Aurantiorum & Cumino mixti, odoris fragrantis. *Vires*, Semen Sileris majoris acredinis est, quam ullum aliud Seseli, eoque menstruis ciendis perquam commendatum. *Bod.* Calefacit & siccat, Menses & Urinas ciet, flatus discutit. *Schrod.*

XX. De Sisaro & Amomo.

Foliis Pastinaceis, seminibus oblongis, augustis, striatis à reliquis distinguitur.

1. Siser *Offic.* vulgare *Park.* Sisarum *Ger.* Germanicum *C. B.* Multis *J. B.* Gritzel, Mören. In hortis colitur. Julio floret. *Usu.* Radix. Est usus potiùs culinaris quàm Officinalis. *Vires.* Saporis subamari subastring. ventriculo convenit, appetitum excitat, diuretica ac lithontriptica est, bene nutrit, facilè concoquitur, specifica antidotus censetur Mercurii vivi *Schrod.*

2.

2. Amomum *Offic.* Siſon vulgare, ſive Amomum Germanicum *Park.* Sive Officinarum Amomum *J. B.* Quod Amomum Officinis noſtris *C. B.* Petroſelinum Macedonicum *Fuchſii Ger.* Eellery. Locis humectis & lutoſis naſcitur. Junio & Julio floret. *Uſu.* Semina perpuſilla, fuſca, ſtriata, guſtu acriuſculo aromatico. *Vires.* Diuretica & lithontriptica eſt. In Officinis Pharmacopolarum noſtrorum Semen Plantæ ſupraſcriptæ non ſine errore pro Amomo vero venditur. *Amomum veterum* vexatiſſimum apud Botanicos ſcriptores Vegetabile eſt, aliis aliud quid eſſe contendentibus: quodnam ſit in capite de Cardamomo oſtendemus, hujus enim loci non eſt.

XXI. De *Pimpinella Saxifraga.*

Notæ ſunt Semen ſtriatum minus, folia Pimpinellæ pinnata, radix fervida. R. Syn. p. 67.

Pimpinella Saxifraga *Offic. Ger.* Saxifraga hircina major *Park.* Saxifraga major umbella candida *C. B.* Saxifraga hircina major *J. B.* Rohter Steinbruch. In Sylvis. Junio floret. *Uſu.* Radix, Herba, Semen. *Vires.* Herba Pimpinellæ, radix & ſemen Petroſelini facultatibus pollent, ſed in expellendo ac ſedando dolore efficaciores multo. *R. Hiſt. p.* 446.

XXII. De *Caro.*

Foliis pinnatis, pinnis in multas lacinias diſſectis, Seminibus oblongis, ſtriatis, radice dulci eſculenta, ab aliis Umbelliferis diſtinguitur. R. Hiſt. p. 446.

Ca-

Carum *Offic.* ſive Careum *Ger.* Vulgare *Park.* Caros *J. B.* Cuminum pratenſe Carui Officinarum *C. B.* Carbe oder Feld-Kümmel. In pratis & paſcuis. Junio floret. *Uſu.* Semina parva, ſtriata, oblonga, tenuia, paulum incurva, fuſca, ſaporis acris, aromatici, odoris fragrantis. *Vires.* Stomachicum eſt ac diureticum, ſiquidem flatus diſcutit, concoctionem promovet, urinam ciet, cerebrum corroborat, lactis abundantiam præbet. *R. Hiſt.*

XXIII. De Apio.

Semine ſtriato minore, foliis latioribus, odore gravi à reliquis differt.

1. Apium & Eleoſelinum *Offic.* Officinarum ſeu Paludapium *Park.* Paluſtre ingratius *J. B.* Paluſtre ſeu Eleoſelinum Veteribus *ejusdem*, paluſtre ſive Officinarum *C. B.* Eleoſelinum, Paludapium *Ger.* Eppich oder Merck. In paludoſis rivulis & foſſis majoribus. Junio floret. *Uſu.* Radix, Herba, Semen; *Radix* inter quinque radices aperientes recenſetur: *Semen* annumeratur ſeminibus calidis minoribus. *Radix* pollicem craſſa, eſt albicans, à craſſiori capite in tenues, numeroſas fibras divaricata, ſaporis ſubacris, odoris fragrantis. *Semina* parva, ſtriata, ſaporis & odoris Radicum. *Vires.* Radix Urinam & Menſes movet, calculum pellit, Regium morbum ſolvit. Semen efficacius

cacius eſt quàm radix, & ad eadem ad quæ ſativi Apii ſemen commendatur. *R. Hiſt. p.* 447.

2. Petroſelinum vulgare *Offic. Park.* Apium hortenſe *Ger.* Hortenſe, ſive Petroſelinum vulgò *C. B.* Hortenſe multis, quod vulgò Petroſelinum, Palato gratum *J. B.* Peterſilien. In hortis. Junio floret. *Uſu.* Radix, Herba, Semen: *Radix* inter quinque radices aperientes recenſetur: eſtque oblonga, craſſa, albida, ſaporis ſubacris & aromatici, odoris fragrantis. *Semina* parva ſunt, oblonga, ſtriata, atroviridia. ſaporis acris. *Vires.* Attenuat, aperit. extergit, diuretica eſt. Uſus præcip. in Obſtructione Pulmonum, Epatis, Lienis, Renum, ac Veſicæ, &c. *Schrod.*

XXIV. De *Aniſo.*

Folia ima à ſummis plurimùm differunt: Semen odore & ſapore eſt gratiſſimo; parva & annua eſt herba. R. H. p. 449.

Aniſum *Ger. Park. J. B.* Herbariis *C. B.* Anieß. In Malta copiosè ſeritur. Junio floret. *Uſu. Semina*, quæ oblonga ſunt, rotunda, in obtuſum acumen deſinentia, parva. ſtriata, colore ex viridi fuſco, ſaporis & odoris fragrantis. Quatuor ſeminibus calidis majoribus annumeratur. *Vires.* Cephalicum, Hepaticum, Pneumonicum, ac Stomachicum eſt. Uſus præcip. in inflatione Ventriculi, Tuſſi, &c. *Schrod.*

XXV. De Cicuta.

Magnitudine sua, caule maculato & cavo; semine striato minore tumido, foliis multifariam divisis in minutas particulas, qualitate noxia & deleteria à reliquis umbelliferis differt. R. Synop. p. 68.

Cicuta *Offic. Ger. J. B.* Major *C. B.* Major vulgaris *Park.* Schirling / Wüterich. In fossis & aggeribus agrornm. Julio floret. *Usu.* Radix, Herba, Semen. *Vires.* Frequens ejus usus modernis est in tumore Lienis. *Schrod.* V. Plura apud *Wepferum in Historia Cicut. Aquat.*

XXVI. De Selino.

Notæ sunt, foliorum segmenta angusta, acuta; flores ex luteo pallidi, semina brevia, striata, rufescentia. R. Synopt. p. 69.

Seseli pratense *C. B.* Pratense nostrâs *Park.* Saxifragia Anglica facie Seseli pratensis *Ger.* Saxifragia Anglorum, foliis Fœniculi latioribus, radice nigra, flore candido similis Silao *J. B.* Weisser Steinbruch. In pratis & pascuis. Junio floret. *Usu.* Herba, Semen, in Offiicinis nostris substituuntur pro Saxifragia alba. *Vires.* Succus, Decoctum, Aqua destillata hujus plantæ, vel Semen in pulvere efficax est, in Urina cienda, calculo atterendo & expellendo, flatibus discutiendis, Colico dolore leniendo. *R. Hist. p. 453.*

XXVII.

XXVII. *De Ammi.*

FOliis in longas & angustas lacinias dissectis, circum oras crenatis ab aliis differt. R. Hist. p. 454.

1. Ammi vulgare *Offic. Ger.* Vulgatius *Park.* Majus *C. B.* Gemein Ammey-Saat. In hortis colitur. Junio & Julio floret. *Usu.* Semina sunt parva, striata, Petroselino minora, ex cinereo spadicea, saporis amaricantis, acris, odoris fragrantis. In Officinis nostris pro Ammi vero substituuntur; unum est è quatuor seminibus calidis minoribus.

2. Ammi verum *Offic* Creticum *Ger. Park.* Alterum semine Apii *C. B.* Odore Origani *J. B.* Cretisch Ammey-Saat. Ex Alexandria Ægypti adfertur. *Usu.* Semina parva, striata, Petroselino minora, è russo spadicea, saporis acris, aromatici, odoris fragrantis, ad Origanum accedentis; in Officinis nostris rarò aut nunquam inveniuntur. *Vires.* Incidit, aperit, exsiccat; valet in dolore Colico & Uterino, in Mensibus & Urina obstructis, in Inflatione Ventriculi, &c. *Schrod.*

XXVIII. De Crithmo.

NOtæ sunt, foliis esse quodammodo Fœniculaceis, verùm segmentis brevioribus & latioribus multò. R. Hist. p. 456.

Crithmum, Fœniculum marinum, Herba S. Petri *Offic.* marinum *Ger.* Marinum vulgare *Park.* Sive Fœniculum maritimum minus *C. B.* Multis, sive Fœniculum marinum

J. B. Meer-Fenchel. In clivis & rupibus maritimis. Julio floret. *Usu.* Herba, Semen. *Vires.* Urinam provocat, viscera ab obstructionibus expedit, appetentiam ciborum excitat. *R. Hist. p.* 457.

XXXIX. De *Fœniculo.*

Notæ sunt, Folia obscure viridia, in longa & capillacea segmenta divisa, semina striata oblonga. R. Synops. p. 69.

1. Fœniculum commune, & vulgare *Offic.* Vulgare *Ger. Park.* Vulgare Germanicum *C. B.* Vulgare minus, acriore & nigriore semine *J. B.* Fenchel. In hortis. Julio floret. *Usu.* Radix, Herba, Semen. Radix oblonga, crassa, pallida, saporis subdulcis & acris, aromatici, odoris fragrantis. *Vires.* Folia diuretica, carminativa ac bechica sunt, ventriculum roborant, lac augent, visum confortant, asperam arteriam leniunt. *Radix*, quæ una ex quinque radicibus aperientibus est, & *Semen*, quod, annumeratur quatuor seminibus calidis majoribus, insuper usûs est creberrimi in humorum ac flatuum discussione. Aq. ex semine Ophthalmica est. *Schrod.*

2. Fœniculum dulce *Offic. Ger. Park. C. B.* Dulce majori & albo semine *J. B.* Süsser Fenchel. Ex Germania adfertur. *Usu,* Semina oblonga, striata, albida, saporis dulcis, acris & suavis, odoris fragrantis. *Vires.* Cum præcedente convenit.

XXX

XXX. *De Dauco.*

Semine villoſo, foliis tenuiter inciſis ab aliis Umbelliferis differt.

1. Daucus vulgaris ſeu noſtrâs *Offic.* Paſtinaca ſylveſtris tenuifolia *Ger. Park.* Sylveſtris tenuifolia *Dioſcoridis* vel Daucus Officinarum *C. B.* Sylveſtris ſive Staphylinus Græcorum *J. B.* Wilder Vogelneſt. In paſcuis & agris. Junio floret. *Uſu.* Semen. *Vires.* Uterina imprimis eſt & diuretica. Uſus præcipuus eſt in Tuſſi, Pleuritide, Stranguria, Calculo; ciet Menſes & Molas, ſedat Uteri ſuffocationes, ſtimulat Venerem. Seminis ℥ij. infuſæ in Vino albo & potæ Hyſtericis paroxyſmis medentur. *R. Hiſt. p.* 465.

2. Daucus *Offic.* Paſtinaca ſativa tenuifolia *Ger.* Tenuifolia ſativa lutea *Park.* Tenuifolia ſativa radice lutea vel alba *C. B.* Sativa ſive Carota rubra, lutea & alba *J. B.* Rothe/ gelbe und weiſſe Mören. In hortis & agris ſeritur. Julio floret. *Uſu.* Radix. Culinaria eſt.

3. Daucus Creticus *Offic. Ger.* Creticus verus *Dioſcoridis Park.* Foliis Fœniculi tenuiſſimis *C. B.* Creticus ſemine hirſuto *J. B.* Cretiſcher Vogelneſt-Saamen. Ex Inſula Creta adfertur. *Uſu.* Semina oblonga, incana, acuminata, villoſa, ſaporis & odoris fragrantis, *Vires.* Uterinum imprimis eſt & Diureticum. Flatus diſcutit. Uſus præcip. in Menſibus obſtructis, Suffocatione & dolore Matricis, in Colica

 flatu-

flatulenta, in Singultu, Dysuria, Tussi chronica, &c. *Schrod.*

Petrosellinum Macedonicum *Offic.* Macedonicum verum *Ger.* Macedonicum quibusdam *Park.* Apium Macedonicum *C. B.* Sive Petroselinum Macedonicum multis *J. B.* Macedonische Petersilien oder Cellery. Colitur in hortis curiosorum. Julio floret. *Usu.* Semina parva, striata, villosa, atroviridia, saporis acris, aromatici, odoris fragrantis *Vires.* Usus præcip. in Urina ac Mensibus ciendis. Adhibetur & Morbis veneficio introductis. *Schrod.*

XXXI. *De Coriandro.*

Seminum striatorum figurâ perfectè Sphæricâ ab aliis distinguitur. R. Hist. p. 470.

Coriandrum *Offic. J. B. Ger.* Majus *C. B.* Vulgare *Park.* Coriander. In arvis seritur. Junio floret. *Usu.* Semen *Vires.* Stomachicum imprimis est, claudit Ventriculum, exhalationesque supprimit, quò minùs caput gravent, ructusque producant: insuper & Strumas discutere creditur. *R. Hist.*

XXXII. *De Perfoliata.*

Foliis integris, subrotundis à caule perforatis à reliquis differt.

Perfoliata *Offic.* vulgaris *Ger. Park.* Vulgatissima sive arvensis *C. B.* Simpliciter dicta, vulgaris annua *J. B.* Durchwachs. Inter segetes. Julio floret. *Usu.* Folia. *Vires.* Vulneraria est. Usus præcip. in vulneribus recentibus, Enterocelis (imprimis Umbilici) tumidis artubus, strumis &c. prodest. *Schrod.*

XXXIII.

XXXIII. *De Sanicula.*

NOtæ ſunt, Semina lappulata, folia ſubrotunda, in quinque lacinias altius inciſa. R. *Synop.* p. 72.

Sanicula *Offic.* ſive Diapenſia *Ger.* Officinarum *C. B.* Vulgaris ſive Diapenſia *Park.* Mas *Fuchſi*, ſive Diapenſia *J. B.* Sanickel. In Sylvis & ſepibus. Majo floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* Vulneraria eſt è præcipuis, utilis in conſolidandis ulceribus, fiſtulis, rupturis, eroſionibuſque. *Schröd.*

SECTIO DECIMA.

De Herbis Stellatis.

STellatæ dicuntur hoc genus herbæ, quia folia caules ſtellæ radiantis in modum ambiunt. Floribus ſunt monopetalis, verùm in quatuor ſegmenta, totidem folia imitantia partitis; ſingulis autem floſculis bina naturaliter ſuccedunt ſemina. R. H. p. 477.

Hæ vel ſunt floribus
- Per caules magis ſparſis, foliis ad ſingula genicula
  - Quaternis, floribus & ſeminibus caules ad genicula verticillatim ambientibus, flore luteo, foliis hirſutis; *Cruciata.*
  - Pluribus quatuor, radice
    - Rubra, floribus ex luteo herbidis; *Rubia.*
    - Alba, vel fuſca, foliis
      - Mollibus & glabris, floribus luteis, ſucco acido; *Gallium.*
      - Aſperis & veſtibus adhærentibus, floribus pallidis; *Aparine.*
- In ſummis caulibus Umbellatim diſpoſitis; *Aſperula.*

I. De

I. De Cruciata.

FOliis quaternis, hirsutis, flosculis verticillatis, luteis, à reliquis differt.

Cruciata *Offic. Ger.* Vulgaris *Park.* Hirsuta *C. B.* Gallium latifolium, Cruciata quibusdam flore luteo. *J. B.* Creutz-Wurtz / Sperenstich. Ad sepes & in dumetis. Junio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Vulneraria est è præcipuis: Valet & ad Ramices in vino pota. Expectorat quoque viscidos humores, authore *Cam.*

II. De Rubia seu Erythrodano.

FOliis pluribus quatuor, radice rubra, floribus ex luteo herbidis ab aliis differt.

Rubia Tinctorum *Offic. Ger.* Sativa *J. B.* tinctorum sativa *C. B.* Major sativa, sive hortensis *Park.* Ferber-Roht. In agris & hortis colitur. Junio floret. *Usu.* Radix oblonga, tenuis, succulenta, extus & intùs rubicunda, saporis ex dulci amaricantis, & astringentis, odoris nullius. *Vires.* Vulneraria est, Usus præcip. in obstructione Epatis, Lienis, & imprimis Uteri; proin in Ictero, Hydrope, Urina obstructa, Sanguine coagulato. A Tinctoribus adhibetur hujus Radix ad coloris rubri præparationem *Schrod.*

III. De Gallio.

FOliis angustis, mollibus, glabris, floribus luteis, succo acido, à reliquis huius generis differt.

Gallium *Offic.* luteum *Ger. P. B. C.* Gallion verum *J. B.* Megerkraut / Wallstroh. In pascuis siccioribus. Junio & Julio floret. *Usu.* Herba.

ba. *Vires.* Herba aut pulvis ipsius Hæmorrhagiam & sanguinis profluvia sistit; quod facit Sanguinem incrassando & coagulando; commendaturque contra Cancrum & cancrosa ulcera. Decoctum herbæ acopon censetur, lassitudinibus utile, *R. H. p.* 483.

IV. De Aparine.

Foliis asperis & tenacibus, floribus albis, seminibus sphæriceis lappulatis à reliquis differt.

Aparine *Offic. Ger.* Vulgaris *C. B. Park.* Philanthropon *Dioscoridis*, Lappago *Plinii*, lib. 26. cap. 10. *J. B.* Kleb-Kraut. Ad sepes. Junio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Viperarum Phalangiorûmque morsibus auxiliatur, aurium dolori medetur, discutit strumas, Sanguinis abundantiam reprimit, Morbum regium sanat, Aq. Destillata in calculo & arenulis insigne est remedium *D. Needham.* Decoct. mirè Gonorrhœæ prodest simplici. *D. Palmer.*

V. De Asperula.

Flores summos cauliculos occupant velut in umbella R. Synop. p. 74.

Asperula *Offic. Ger.* Aut Asperula odorata *Park.* Rubeola montana odorata *C. B.* Rubiis accedens Asperula quibusdam, sive Hepatica stellaris *J. B.* Hertz-Freud/ Leberkraut. In sylvis & dumetis. Majo floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Usus præcip. in obstructo Hepate & meatu biliario; & hinc in Ictero, ac in hepate calidiore refrigerando. *Schröd.*

SECTIO UNDECIMA.

De Herbis Asperifoliis.

Herbæ Asperifoliæ sunt, quibus folia in caulibus alterna, flores monopetali, marginibus quinque partitis, incisuris aliàs profundioribus aliàs levioribus, singulis autem floribus quatuor plerumque succedunt semina. R. H. p. 488.

Herbæ asperifoliæ sunt vel feminibus ad fingulos flores quaternis, Perianthio
- Oblongo integro, foliis maculis albis variis; *Pulmonaria.*
- Breviore & ad modum floris expanso; seminibus
  - Asperis & lappaceis, foliis mollibus & graviter odoratis; *Cynoglossum.*
  - Rugosis, caput viperinum aut galeam referentibus, flore
    - In quinque lacinias totidem folia imitantes diviso, radicibus
      - Albis, florum laciniis
        - Obtusis & subrotundis, foliis longis acutis; *Buglossa.*
        - Acutis, foliis brevibus & latioribus; *Borago.*
      - Rubris; *Anchusa.*
    - Corniculato; parte superiore longiùs excurrente, inferiore breviore; *Echium.*
  - Lævibus splendentibus & velut politis, floribus
    - Cylindraceis tubulosis, foliis amplis longis; *Symphytum.*
    - In quinque lacinias expansis, seminibus duris; *Lithospermum.*

I. De

I. De Pulmonaria.

NOtæ ſunt Perianthium oblongum integrum, folia maculoſa. R. Synop. p. 75.

Pulmonaria maculoſa *Offic. Ger.* Latifolia maculoſa *Park.* Italorum ad Bugloſſam accedens *J. B.* Symphtyum maculoſum ſive Pulmonaria latifolia *C. B.* Fleckicht Lungen Kraut. In hortis colitur. Aprili floret. *Uſu.* Folia. *Vires.* Pneumonica & Cardiaca cenſetur. Conſolidat & glutinat. Uſus ejus præcipuus eſt in Ulceribus pulmonum, aliiſque eorundem affectibus; Phthiſi, expuitione ſanguinis. &c. Extrinſecus in vulneribus, *R. H. p.* 489.

II. De Cynogloſſo.

NOtæ ſunt, Semina aſpera, lappacea, compreſſa, extremitatibus acutis, ſurſum ad ſtylum directis.

Cynogloſſa *Offic.* Cynogloſſum vulgare *J. B.* Majus vulgare *C. B. Ger. Park.* Hunds Zunge. Ad vias. Junio floret. *Uſu.* Radix, Folia. *Radix* oblonga eſt, craſſa, extus fuſca, intus albicans, ſaporis fatui muſcoſi, aliquando ſubdulcis, ſaporis graviuſculi. *Vires.* Refrigerat, ſiccat. Uſus in ſiſtendo fluxu alvi, Gonorrhœâ, ac Catarrhis exiccandis: Sanguini etiam ſiſtendo: Strumas & Scrophulas ſanat, & ad omnis generis ulcera & vulnera conducit. *R. H. p.* 490.

III. De

III. De Boragine.

Hujus notæ sunt, semina rugosa, flores stellati laciniis acutis, apicibus in umbonem acutum coeuntibus. R. H. p. 493

Borago *Offic. Park.* Hortensis *Ger.* Floribus cœruleis & albis *J. B.* Buglossum latifolium, Borrago *C. B.* Boragen. In hortis. Junio & Julio floret. *Usu.* Radix, Herba & flores. *Vires.* Cordialis est è præcipuis, hinc ille versiculus.

Dicit Borrago, gaudia semper ago.

Flores inter quatuor cordiales famosos recensentur. Præparatis tribuunt vim roborandi cor, (& muniendi in febribus pestilentibus, & ictu serpentum aliisque venenis;) lipopsychiam removendi, lætitiam melancholicis excitandi, ac sanguinem depurandi. *R. H.*

IV. De Buglosso.

Ejus notæ sunt, semina rugosa, flores in quinque segmenta obtusa seu orbiculata expansi. R. Synop. p. 75.

1. Buglossum hortense *Offic.* vulgare *J. B. Park.* Angustifolium majus *C. B.* Buglossa vulgaris *Ger.* Ochsen-Zung. In hortis. Junio & Julio floret. *Usu.* Radix, folia, flores, sunt hi è numero quatuor florum cordialium. *Vires* easdem obtinet, quas Borago. *Flores* scilicet insignem habent usum in Melancholicis & Hypochondriacis affectibus. *R. H. p.* 493.

2.

2. Buglossum sylvestre *Offic.* sylvestre minus *C. B. Park.* Buglossa sylvestris minor *Ger.* Echium *Fuchsii* seu Borago sylvestris *J. B.* Wild Ochsen Zung. Inter segetes. Junio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Cum præcedente viribus convenit.

V. De Anchusa.

ANchusa ab Echio, Buglossa, aliisque congeneribus radicis sanguineo succo differt. R. H. p. 496.

Anchusa *Offic.* Monspeliaca *J. B.* Puniceis floribus *C. B.* Minor purpurea *Park.* Alcibiadion *Ger.* Roht Ochsen Zung. In hortis Botanicorum alitur. Junio floret. *Usu.* Radix longa, crassa, & lignosa, cortice rubro colore tingente, saporis astringentis. *Vires.* Radix oleo soluta rubro colore tingit. Petroleo infusam & illitam ad vulnera recentia & puncturas commendant. *R. H.*

VI. De Echio.

FLore corniculato seu incurvo & ex angusto principio in latum expanso, superiore parte longiùs excurrente, inferiore breviore à reliquis Asperifoliis distinguitur. R. Synop. p. 76.

Echium *Offic.* vulgare *C. B. J. B. Ger. Park.* Wild Ochsen Zung. Secus vias & semitas. Junio floret. *Usu.* Radix, Herba, Flores. *Vires.* De hujus viribus nihil certi traditum invenio *R. H.* *p.* 498. Ad Epilepsiam & fervorem radicem sumendam præcipit *Wirtemb.*

VII. De

VII. De Lithospermo.

Notæ sunt, semen lapideum splendens, flores in quinque segmenta expansi. R. Synop. 76.

Lithospermum sive Milium Solis. *Offic.* *J. B.* Majus erectum *C. B.* Minus *Ger.* Vulgare minus *Park.* Meerhirse/ Steinsamen. In agrorum marginibus & viis publicis. Maio & Junio floret *Usu.* Herba, Semen. *Semina* sunt rotunda, glabra, splendentia, cinerea, lapidea, saporis farinacei. *Vires.* Calculum expellit, Renes abstergit, urinam ciet, partum pellit. *Schrod.*

VIII. De Symphyto.

Floribus cylindraceis pendulis; seminibus ad singulos flores quaternis lucidis ab aliis differt. R. Synop. p. 77.

Symphytum seu Consolida major *Offic.* *C. B.* magnum *J. B.* Majus vulgare *Park.* Consolida major *Ger.* Wall-Wurtz/ Schmer-Wurtz. In aquosis ad rivos & fossas. Maio floret. *Usu.* Radix, Herba, Flores. *Radix* est oblonga, surculosa, crassa, extus nigra, intus alba, saporis subdulcis, mucilaginosi. *Vires.* Vulnerarium est celeberrimum: Fluxum alvi vulnerumque sanguinem sistit, & fracturas Ossium consolidat, dolorem Podagræ & Ischiadicum lenit.

SECTIO DUODECIMA.
De Herbis Verticillatis.

VErticillatæ dicuntur hæ plantæ, quia flosculi caulem articulatim velut verticilli amplectuntur, foliolis inspersis. Notæ sunt folia in caule ex adverso bina, flores monopetali, labiati plurimùm aut galeati, semina ad singulos flores quaterna, quibus floris calyx pro vasculo inservit, R. H. p. 508.

Plantæ Verticillatæ sunt vel

- Fruticosæ, hoc est, quarum Superficies perennat, flore
  - Galeato & labiato, seu utrinque labiato,
    - Grandi, in spicis laxis è verticillis aliquantulum distantibus compositis, foliis latis obtusis; *Salvia.*
    - Minore, foliis
      - Oblongis & angustis, florum verticillis
        - In spicas digestis
          - Breviores, floribus densius stipatis,
            - Habitiores, cum foliis in summa Spica; *Stœchas.*
            - Minores & tenuiores seu graciliores longis insidentes pediculis Spicæ triticeæ æmulas, *Lavendula.*
          - Longiores, è verticillis rarioribus compositas, foliis virentibus; *Hyssopus.*
        - Ad caulium nodos, foliis intermistis
          - Major, in magnum fruticem adolescens; *Rosmarinus.*
          - Minor & humilior; *Satureia.*
      - Brevibus & latiusculis, florum verticillis in spicas breves & habitiores digestis,
        - Villosas, odore suavi sed vehementi; *Marum.*
        - Non villosas, foliis
          - Latioribus brevibus & viridioribus; *Thymũ.*
          - Oblongis incanis & ad margines crenatis; *Polium.*

Galeæ

a b Galea carente, radice reptatrice, humilior, foliis quernis; *Chamædrys.*

Herbaceæ, hoc est, quarum caules non perrennant, floribus

Quadripartitis aut quinquepartitis, vix labiatis, tubo brevi; foliis

Integris, odore suavi, radice reptatrice, florum verticillis

In spicas digestis; *Mentha.*

Ad caulium nodos, foliis intermistis; *Pulegium.*

Laciniatis, venosis; *Verbena.*

Galeatis & labiatis, seu utrinque labiatis, tubo productiore

In capitula squamosa congestis in summis caulibus & ramulis, squamis

Majoribus glabris; *Dictamnus.*

Minoribus,

Elatior, minus odorata, radice perenni; *Origanum.*

Humilior & minor odoratissima, *Majorana.*

In Spicas dispositis

Rariores, è verticillis paulò à se invicem remotioribus compositas, odore

Suavi, foliis Majoranæ; *Ocymum.*

Minus grato, foliis rugosis, floribus hiantibus; *Horminum.*

Densiores & habiliores, verticillis proximè admotis foliis

Incanis, Urticæ foliorum æmulis, odore Menthæ; *Nepeta.*

Virentibus.

Elatior, folio crenato; *Betonica.*

Humilior, folio circum oras æquali; *Prunella.*

Ad caulium nodos è foliorum alis exeuntibus

Sessilibus, pediculis brevibus aut nullis, verticillis

a b

Densc

a b Densè stipatis, multis floribus congestis, foliis incanis, serratis, odore vehementiore; *Marrubium.*
Minoribus & minùs densis,
Foliis Urticæ, odore fœtido; *Lamium.*
Flagellis reptatricibus foliis subrotundis crenatis, florum galeis reflexis; *Chamæcissus.*
Pediculis innitentibus
Oblongis, flosculos plures sparsos sustinentibus, foliis & odore Menthæ; *Calamintha.*
Brevibus, flores multos confertos gestantibus, foliis atrovirentibus & latioribus, odore Citri; *Melissa.*
Galeâ carentibus, labiatis, foliis
Integris
Odoratis, Allium spirantibus
Elatior, Salvifolia, floribus spicatis, sylvatica: *Scorodonia.*
Humilior, reptatrix, palustris, foliis Chamædryos; *Scordium.*
Inodoris, duorum generum caulibus, aliis erectis, qui flores sustinent, aliis supinis & repentibus, floribus spicatis; *Bugula.*
Trifidis, facie & odore Pinûs; *Chamæpitys.*

De Herbis Verticillatis fruticosis.

I. De Salvia.

Notæ sunt; flores magni, hiantes, in spicis laxis & verticillis aliquantulum distantibus compositis, folia lata, obtusa, rugosa, odor validus & vehementior. R. Hist. p. 509.

1. Salvia hortensis major *Offic.* major *Ger* C. B. Major vulgaris *Park.* Latifolia J. B. Grosse Salbey. In hortis. Junio floret. *Usu.* Folia &

Flores. *Vires.* Diuretica est; Menses ob crassitiem remoratas ciet, nimios emendat. Prodest in Paralysi, Vertigine, Tremore, Catarrhis. Extrinsecus Aphthas oris abstergit. *Schrod.*

2. Salvia hortensis minor *Offic.* minor *Ger.* Minor aurita & non aurita *C.B.* Minor auriculata *J.B.* Minor sive pinnata *Park.* Kleine Salbey. In hortis Junio floret. *Usu.* Folia & Flores. *Vires.* Cum priore convenit.

II. De Lavendula.

Notæ sunt; flores in spicas tenuiores, triticearum æmulas, longis pediculis insidentes, congesti. R.H. p. 512.

1. Lavendula *Offic.* maior sive vulgaris *Park.* Flore cœruleo & albo *Ger.* Lavendula latifolia *C. B.* Pseudo-nardus, quæ vulgò Spica *J. B.* Lavendel. In hortis colitur. Julio floret. *Usu.* Herba & flores. *Vires.* Partium est tenuium; cephalica & nervina. Usus præcip. in Catarrhis, Paralysi, Spasmo, Vertigine, Lethargo, Tremore artuum. In Urina, Mensibus, ac Fœtu pellendo, in torminibus ventris flatulentis. Extrinsecùs in lixiviis capitis ac artuum, in Masticatoriis. *Schrod.*

2. Spica vulgaris *Offic.* Lavendula angustifolia *C. B.* Lavendula minor sive Spica *Ger, Park.* Pseudo-nardus quæ Lavendula vulgò *J. B.* In Hispania & Gallia provenit. Junio & Julio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Eædem cum priore. Præp. *Ol. Spicæ.* Uteri motus ac dolores compescit umbilico illitum. *Schrod.*

III. De Stœchade.

SPicis habitioribus pilosis, squamulis imbricatis, ab aliis differt. R. H. p. 513.

Stœchas Arabica *Offic.* Arabica vulgò dicta *J. B.* Vulgaris *Park.* Purpurea *C. B.* Sive Spica hortulana *Ger.* Arabisch Stechas. In Hispania & Gallia provenit. Majo floret. *Usu.* Flores sunt capitula oblonga squamata, ornata flosculis oblongis galeatis, & labiatis, saporis subacris, amaricantis, odoris fragrantis & gratiusculi. Eligendæ spicæ recentes odoratæ & subamaræ. *Vires.* Abstergit, attenuat, & aperit. Usus præcip. in affectibus capitis & nervorum, scil. in Vertigine, Apoplexia, Paralysi, Lethargo: In morbis pectoris idem præstat quod Hyssopus; insuper Urinam & Menses ciet, Venenis resistit, affectibus Hypochondriacis succurrit. Extrinsecus in Lotionibus capitis, suffitu, &c. *Schrod.* Præp. *Syr.*

IV. De Rosmarino.

MAgnitudine sua & statura insigni, floribus ad caulium nodos foliis intermistis, foliis oblongis, angustis, prona parte candidis, supinâ obscuriùs virentibus, à congeneribus differt. R. H. p. 515.

Rosmarinus *Offic.* coronarius *Ger.* Coronarius fruticosus *J. B.* Hortensis angustiore folio *C. B.* Libanotis coronaria sive Rosmarinum vulgare *Park.* Roßmarin. In hortis. Vere floret. *Usu.* Folia, flores (Anthos dicti) & semen. *Vires.* Cephalica sunt è præcipuis, Nervina ac

etiam Uterina. Usus præcip. in affectibus Capitis ac Nervorum, Apoplexia, Epilepsia, Paralysi, Vertigine, Caro, &c. Visum acuunt, fœtorem anhelitus emendant, Epatis, Lienis, ac Uteri obstructiones resolvunt, Ictero ac fluori albo mulierum medentur, Corque confortant. *Schrod.* Præp.

V. De Hyssopo.

SPicis florum longis, è verticillis rarioribus compositis, floribus versus unam partem spectantibus, segmento supremo, quod pro galeo est, bifido, & sursum reflexo, foliis virentibus à reliquis distinguitur. R. H. p. 516.

Hyssopus *Offic.* vulgaris *Park.* Officinarum cœruleus sive spicatus *C. B.* Vulgaris spicatus angustifolius *J. B.* Arabum *Ger.* Issop. In hortis seritur. Julio ac Augusto floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Attenuat, aperit & abstergit. Usus præcip. in affectibus Pulmonum tartareis, Tussi, Asthmate, &c. *Schrod.* Præp. Pro Hyssopo V. *Epistolas Salmasii & Beverovicii.*

VI. De Satureia.

NOtæ ejus sunt, Flores galeati & labiati, in spicam digesti, ad caulium nodos foliis intermistis, statura minor & humilior. R. M. p. 96.

Satureia *Offic.* hortensis *Park.* Æstiva hortensis *Ger.* Sativa *J. B.* Hortensis sive Cunila sativa *Plinii C. B.* Saturey/Käsekraut/Köllen. In hortis seritur. Junio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Est inter herbas calidas & acres quæ Urinam & Menses movent: facultatibus cum Thymo, Serpillo & Hyssopo convenire aiunt. *R. H. p.* 518.

VII. De

VII. De *Maro.*

FOliis Thymi majoribus, capitulis & verticillis lanuginosis, odoris fragrantia, ab omnibus Verticillatis distinguitur. R. H. p. 520.

Marum *Offic. Ger.* vulgare *Park.* Sampsuchus sive Marum mastichen redolens C. B. Clinopodium quibusdam, Mastichina Gallorum J. B. Amber Kraut. In hortis colitur. Junio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Mensium profluvium sistit, & in reliquis cum Majorana convenit.

VIII. De *Thymo.*

NOtæ sunt, folia brevia & latiuscula, flores in capitula in summis ramulis habitiora & laxa, congesti, R. H. p. 520.

1. Thymus *Offic.* vulgaris folio tenuiore C. B. Thymum durius *Ger.* Durius vulgare *Park.* Vulgare rigidius, folio cinereo J. B. Thymian. In hortis colitur. Junio & Julio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* In affectibus Tartareis Pulmonum, ac Artuum, omnia viscera reserat, appetitum excitat. *Schrod.*

2. Serpyllum *Offic.* vulgare *Ger.* J. B. Vulgare minus C. B. *Park.* Feld-Quendel. In pascuis siccioribus. Junio & Julio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Cum Thymo convenire videtur. Urinam & Menses movet.

IX. De *Polio.*

NOtæ sunt, folia oblonga circa margines crenata. R. H. p. 524.

1. Polium montanum *Offic.* montanum minus *Park.* Maritimum erectum Monspeliacum C. B.

Ger. Monspessulanum J. B. Berg-Poley. In Italia & Gallia provenit. Floret æstate. *Usu.* Herba Eligendæ recentes odoratæ. *Vires.* Urinam & Menses ciet; Hydropicos & Ictericos juvat; venenatis morsibus auxiliatur. *R. H.* Succedaneum sequentis est.

2. Polium Creticum *Offic.* angustifolium Creticum C. B. *Park.* Cretisch Poley. In Creta abundat. Maio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Cum priore viribus convenit. Hæc cum præcedente in Officinis Pharmacopolarum confunditur, & aliud pro alio venditur, folia enim hujus plantæ sunt multùm minora, ad margines minimè dentata.

X. De *Chamædry.*

RAdice repente, foliis parvis Quercui similibus divisura ab aliis distinguitur.

Chamædrys & Trissago *Offic.* Chamædrys vulgaris *Park.* Minor *Ger.* Minor repens C. B. Vulgò vera existimata J. B. Klein Batengel oder Edel Gamanderlin. In hortis colitur. Junio floret. *Usu.* Folia. *Vires.* Tenuium est partium: potenter urinam ac sudores movet. Confert in Febribus, Scorbuto, Sanguine coagulato, & imprimis in Arthritide, Ictero, & Urina suppressa, *Schrod.*

De

De Plantis Verticillatis herbaceis.

XI. De *Mentha.*

NOtæ ſunt, Flos ſpicatus quadripartitus, galea & labello à ſegmentis lateralibus vix diſcernendis: odor ſuavis; radices reptatrices R. Syn. p. 78.

1. Menta ſativa *Offic.* anguſtifolia ſpicata C. B. Romana *Ger.* Romana anguſtifolia ſive Cardiaca *Park.* Krauſemüntz. In hortis. Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Tenuium eſt partium. Uſus præcip. in Ventriculi imbecillitate, cruditate, Singultu, Vomitu, flatibus, ardore, Epatis obſtructione, inteſtinorum dolore, capitis Vertigine, &c. *Schrod.* Præp.

N. B. Mentha ſativa *Ger.* Eaſdem vires habet, adeoque in defectu ſubſtitui poterit.

2. Mentaſtrum *Offic.* ſpicatum folio longiore candicante. J. B. Mentha ſylveſtris folio longiore C. B. Roßmüntz / wilde Müntz. In pratis humidis ſed rarius, Julio floret. *Uſu.* Herba. Eaſdem *vires* cum priore habet.

3. Mentha aquatica & Siſymbrium *Offic.* aquatica rubra *Park.* Rotundifolia paluſtris ſive aquatica major C. B. Aquatica ſive Siſymbrium *Ger.* J. B. Waſſermüntz. In humidioribus. Julio floret. *Uſu.* Herba.

XII. De *Pulegio.*

FLorum denſis verticillis, ſapore & odore acriore à Mentha differt. R. Synop. p. 79.

1. Pulegium regale *Offic.* regium *Ger.* Latifolium *C. B.* Vulgare *Park.* Pulegium *J. B.* Polen. In aquosis. Junio floret *Usu* Herba. *Vires.* Usus præcip. in Mensibus ciendis, fluore albo, Fœtu ejiciendo, nauseam ac tormina Ventris discutit, calculum & Urinam pellit, Ictero ac Hydropi medetur. *Schrod.*

2. Pulegium cervinum *Offi.* angustifolium *Ger. C. B.* Angustifolium sive cervinum *Park.* Cervinum angustifolium *J. B.* In hortis sed rarius Junio floret *Usu.* Herba. *Vires.* Easdem vires habet cum priore sed efficaciores.

3. Calamintha palustris *Offic.* aquatica *Ger.* Arvensis verticillata *C. B.* arvensis Mentha verticillata hirsuta. *J. B.* Arvensis verticillata sive aquatica Belgarum Lobelio *Park.* Wilde Polen / Korn-Müntz. In locis humidis. Julio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Cum prioribus viribus convenit.

XIII. *De Verbena.*

A Congeneribus differt foliis rugosis, laciniatis & floribus in spicis longissimis angustis, nullis intermistis foliis R. Synop. p. 79.

Verbena *Offic.* communis *Ger.* Communis flore cœruleo *C. B.* Vulgaris *J. B.* Mas sive recta & vulgaris *Park.* Eisenhart / Eisenkraut. In areis & compitis. Æstate floret. *Usu.* Radix, Herba. *Vires.* Cephalica, Alexipharmaca & Vulneraria est.

XIV. De

XIV. De *Dictamno.*

FOliis valde tomentosis & incanis, atque capitulorum squammis majoribus à reliquis differt. R. H. p. 537.

Dictamnus Creticus *Offic. C. B. Park.* Cretica sive vera *J. B.* Dictamnum Creticum *Ger.* Cretischer Dictam. In Creta crescit. Julio floret. *Usu.* Folia eligenda valde tomentosa, recentia, odorata. *Vires.* Uterina imprimis est herba ac Alexipharmaca. Usus præcip. in obstructis Mensibus, in partu accelerando, in Ictibus venenatis, in spiculis extrahendis. *Schrod.*

XV. De *Majorana & Origano.*

NOtæ sunt, flores in capitula squamosa congesti in summis caulibus & ramulis, capitulis & squamis minoribus quàm in Dictamno, foliaque minùs tomentosa & incana. R. H. p. 538.

1. Majorana & Sampsucum *Offic.* major *Ger.* Vulgaris *C. B.* Vulgaris æstiva *Park.* Majori folio & semine nota *J. B.* Majoran. In hortis. Julio floret. *Usu.* Herba, Semen. *Vires.* Cephalica & Uterina est. Usus præcip. in affectibus capitis ac nervorum, hinc & Uteri & Ventriculi: ciet Menses (in pessario;) Confortat Cerebrum ejusque flatus discutit. *Schrod.* Præp.

2. Origanum *Offic.* vulgare spontaneum *J. B.* Anglicum *Ger.* Sylvestre, Cunila bubula Plinii *C. B.* Majorana sylvestris *Park.* Gemeiner Wollgemuht oder Dosten. In dumetis. Julio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Aperit, abstergit,

Usus præcip. in obstructione pulmonum, Hepatis ac Uteri, & in Tussi, Asthmate, & Ictero; auget lac, &c. *Schrod.*

3. Origanum Creticum *Offic. Ger.* J. B. Onites C. B. Onites *Matthioli Park.* Cretischer Wollgemuht. In creta Insula Junio floret. *Usu.* Flores sunt capitula squamata, oblonga, colore fusco, sapore acerrimo, odore aromatico jucundo. Eligendæ spicæ recentes odoratæ. *Vires.* Usus præcip. in obstructione Pulmonum, Epatis, ac Uteri.

NB, *In Officinis nostris epitheta* Origani Cretici *&* vulgaris *non distinguuntur, ergo ubi Medici præscribunt* Flor. Origan. *intellige* Origani Cretici, *& quando præscribunt* Herbam, *intellige* Vulgaris, *nam folia seu herba* Origani Cretici *nunquam in Officinis reperiuntur.*

XVI. De *Ocymo.*

Notæ sunt, folia Majoranæ, odor suavis Citri vel Caryophylli, flores in spicas laxas è Verticillis rarioribus compositas digesti. R. H. p. 540.

1. Ocymum Citratum & Basilicum *Offic.* medium citratum *Ger.* Vulgatius C. B. Medium vulgatius & nigrum J. B. Vulgare majus *Park.* Basilien Kraut. In hortis seritur. Junio floret. *Usu.* Herba, Semen. *Vires.* Expurgat Pulmones, Menses movet.

2. Ocymum caryophyllatum *Offic.* minimum C. B. J. B. Vulgare minus *Park.* Minus Caryophyllatum *Ger.* In hortis. Junio floret. *Usu.* Semen.

XVII. De

XVII. De *Hormino.*

NOtæ sunt, flores in spicis longis & laxis, folia rugosa, odor satis vehemens. R. H. p. 542.

1. Horminum hortense & Sclaræa *Offic.* sativum vulgare sive Sclaræa *Park.* Sclaræa dictum C. B. Gallitrichum sativum J. B. Sive Horminum *Ger.* Garten-Scharlach. In hortis. Junio & Julio floret. *Usu.* Folia. *Vires.* Calef. & siccat, abstergit & attenuat.

2. Horminum sylvestre *Offic. Ger.* sylvestre Lavendulæ flore C. B. *Park.* Gallitrichis affine Maru, si non genus aliquod, Sclaræa Hispanica J. B. Wilder Scharley. In glareosis. Junio floret. *Usu.* Folia sed rariùs.

XVIII. De *Nepeta.*

FOliis Urticæ incanis, odore Menthæ graviore; floribus in spicas habitiores digestis à congeneribus differt. R. Synop. p. 80.

Nepeta *Offic.* major vulgaris *Park.* Mentha felina sive Cattaria *Ger.* Cattaria J. B. Cattaria vulgaris & major C. B. Katzenmüntz. Ad Sepes non raro. Junio & Julio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Partium est tenuium. Usus præcip. in Morbis Uterinis (scil. obstruct.) sterilitate, fœtu pellendo, tum quoque in tartaro Pulmonum incidendo, &c. *Schrod.*

XIX. De *Betonica.*

NOtæ sunt, flores in spicas habitiores digesti; caules non ramosi, folia crenata. R. Synop. p. 80.

Be-

Betonica *Offic. Ger.* purpurea *C. B.* Vulgaris purpurea *J. B.* Vulgarior flore purpureo *Park.* Braun Betonick. In sylvis & dumetis. Julio floret. *Usu.* Folia & flores. *Vires.* Cephalica, Epatica, Splenetica, Thoracica, Uterina, necnon Vulneraria, Arthritica, & demum Diuretica est. *Schrod.* Præp. *Aqu. Conf. Syr.* V. Plura apud *Humelbergium* in *Commentar. Anton. Musæ de Herbâ Betonicâ.*

XX. De Prunella.

Spicis brevibus habitioribus cum Betonica convenit, parvitate & humilitate sua, foliisque circum oras æqualibus & non crenatis ab eadem differt. R. Synop. p. 81.

Prunella *Offic. Ger.* vulgaris *Park.* Flore minore vulgaris *J. B.* Brunella major folio non dissecto. *C. B.* Brunel. In pascuis. Junio & Julio floret. *Usu.* Herba, Flores. *Vires.* Facultatibus cum Bugula convenit.

XXI. De Marrubio.

Notæ sunt, flores in verticillis densis è calycibus striatis segmentis acutis seu spinosis circa caulium nodos, totius plantæ canities, odor vehemens & gravis; folia obtusa, serrata, rugosa. R. Synop. p. 81.

Marrubium album, & Prassium album *Offic.* album *Ger. J. B.* Album vulgare C. B. *Park.* Weisser Andorn. Ad vias publicas. Junio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Calef. & sicc. Usus præcip. in obstructione Pulmonum, Epatis, Lienis, Uteri, adeoque in Phthisi, in expuitione sanguinolenta, in partu difficili, Lochiisque remoratis, in Ictero. *Schrod.* Præp. *Syr.*

XXII.

XXII. *De Lamio.*

FLoribus in verticillis ad caulium nodos, foliis Urticæ; Seminibus majusculis, è calycibus brevibus, maturitate illico decidentibus & odore non fœtido ab aliis differt. R. Synop. p. 82.

1. Lamium album & Urtica mortua *Offic.* album *Ger.* Album, non fœtens, folio oblongo *C. B.* Vulgare album, five Archangelica flore albo *Park.* Galeopſis five Urtica iners, floribus albis *J. B.* Weiſſe todte Neſſel/ taube Neſſel. Ad ſepes. Aprili & Majo floret. *Uſu.* Herba, Flores. *Vires.* Ad fluorem album & ad Scrophulas ſpecificè celebratur.

2. Lamium rubrum *Offic. Ger.* vulgare folio ſubrotundo, flore rubro *Park.* Purpureum fœtidum folio ſubrotundo, ſive Galiopſis *Dioſcoridis C. B.* Galeopſis ſive Urtica iners, folio & flore minore J. B. Rohte taube Neſſel. Ad ſepes. Primo vere floret. *Uſu.* Flores. *Vires.* Ad Dyſenteriam commendatur.

XXIII *De Chamæciſſo.*

FOliis ſubrotundis, flagellis reptatricibus, odore fœtido, florum labio ſuperiore bifido & reflexo ab aliis diſtinguitur. R. Synop. p. 83.

Hedera terreſtris & Chamæciſſus *Offic.* terreſtris *Ger.* Terreſtris vulgaris C. B. *Park.* Chamæciſſus ſive Hedera terreſtris J. B. Gunderman oder Gundel-Reben. Ad ſepes. Aprili floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Vulneraria eſt. Uſus creberrimi in tartaro, tam pulmonum quàm Renum, aliarumque partium, inciden-

do,

do, resolvendo, adeoque confert obstructionibus inde natis, & Ictero, &c. *Schrod.* Præp. *Syr.*

XXIV. *De Calamintha.*

CAlamintha vulgaris *seu* montana *Offic.* vulgaris *Park.* Vulgaris Officinarum *Ger.* Vulgaris vel Officinarum Germaniæ *C. B.* Flore magno vulgaris *J. B.* Bergmüntz. In viis publicis, sed rarius. Junio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Stomachica ac Uterina est imprimis: Menses ciet, Fœtum ejicit, Urinam movet. Tussi medetur, Epar reserat. *Schrod.* NB. Huic succedaneum est, & pro vero Mulierculis Botanopolis Londinensibus venditur *Calamintha flore minore, odore Pulegii* J. B.

XXV. *De Melissa.*

FOliis atrovirentibus, odore Citri, floribus in uno pediculo è cujusque folii sinu egresso pluribus confertis, à reliquis distinguitur. R. H. p. 570.

Melissa *Offic. Ger.* Vulgaris *Park.* Hortensis *C. B.* Vulgaris odore Citri *J. B.* gemeine Melisse. In hortis colitur. Junio floret. *Usu.* Herba, Flores. *Vires.* Usus magni est in affectibus Cephalicis, Cardiacis, Uterinis, hinc & in Stomachicis, adeoque in Melancholia, in somnis turbulentis, Paralysi. Apoplexia. Epilepsia, Vertigine, Lipothymia, cruditate ventriculi, remoratis Mensibus, ac Lochiis puerperarum, suffocationeque Uteri, emendat insuper fœtorem anhelitus, &c. *Schrod.* Præp.

XXVI. *De Ballote.*

ODore fœtido Lamium refert, à quo differt, floribus in singulis pediculis è singulis foliorum egressis, pluribus confertis calycibus minùs patulis & longioribus. R. Synop. p. 84.

Marrubium nigrum *Offic. Ger.* Nigrum sive Ballote *J. B.* Nigrum fœtidum Ballote dictum *Park.* Nigrum fœtidum, Ballote *Dioscoridis C. B.* Schwärtzer Andorn. Ad sepes. Junio floret. *Usu.* Herba, sed rarius. *Vires.* Remedium est in Hypochondriacis & Hystericis affectibus. *D. Bowle.*

XXVII. De *Chamæpity.*

FOliis Pineorum æmulis, odore resinoso, floribus galeâ seu labio superiore carentibus, à reliquis differt. R. Synop. p. 84.

Chamæpytis & Iva arthetica *Offic.* Mas *Ger.* Vulgaris *Park.* Lutea vulgaris seu folio trifido *C. B.* Vulgaris odorata flore luteo *J. B.* Schlag-Kräutlein / oder Vergiß mein nicht. In agris arenosis sed rarius. Junio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Nervosum genus roborat. Diuretica est & emmenagoga, confert in Arthriticis doloribus. *Schrod.*

XXVIII. De *Bugula.*

NOtæ sunt, flores galeâ carentes, caules duûm generum, alii teretes & repentes, alii quadrati & erecti, flores sustinentes in spicam laxam dispositos. R. Synop. p. 84.

Bugula & Consolida media *Offic.* Bugula *Ger.* Vulgaris flore cæruleo *Park.* Consoli-

da media pratensis cærulea C. B. Media, quibusdam Bugula J. B. Beinwelle. In sylvis & pratis humidis. Majo floret. *Usu*. Herba. *Vires*. Vulneraria est insignis.

XXIX. *De Scorodonia.*

ODore Allii & Salviæ foliis, quodque flos galeâ careat, ab aliis distinguitur. R. Synop. p. 85.

Salvia sylvestris & Scorodonia *Offic.* Scorodonia sive Salvia agrestis *Germ.* Scordium alterum sive Salvia agrestis C. B. Scorodonia sive Scordium alterum quibusdam, & Salvia agrestis *Park.* Scordotis sive Scordium foliis Salviæ J. B. Wilde Salbey. In sylvis & dumetis. Junio floret. *Usu*. Herba. *Vires*. Vulneraria est è præcipuis, Menses & Urinam ciet. *R. H. p.* 576.

XXX. De *Scordio.*

ODore Allii, foliis & facie Chamædryos, loco palustri & reptatu suo, quodque flos galeâ careat, ab aliis distinguitur. R. Synop. p. 85.

Scordium *Offic.* *Ger.* C. B. J. B. legitimum *Park.* Scordium oder Knoblochs-Kraut In palustribus sed rarius. Junio floret. *Usu*. Herba. *Vires.* Alexipharmacum ac sudorificum est; Usus præcip. in Peste, Pestilentialibusque morbis, Febribus malignis (tam præservando quàm curando) in obstructionibus Epatis ac Lienis, in Pulmonibus purulentis ac mucilagine refertis, Lumbricos necat, extrinsecus mundificat vulnera & ulcera, lenit dolores Podagricos. *Schrod.* Præp, *Aq. Comp. Elect.*

SECTIO.

SECTIO DECIMA TERTIA.

De Herbis ſemine nudo Polyſpermis, hoc eſt, *In quibus ſingulis floribus plura quatuor ſuccedunt ſemina, nullo certo aut definito numero.*

PRo Seminibus nudis cum Reverendiſſimo & Doctiſſimo, D. Raio, *habeo quoscunque folliculos aut tegmina privata quæ ſponte non exeunt*

Herbæ ſemine nudo Polyſpermæ ſunt vel flore
- Perianthio tecto,
  - Triphyllo, flore
    - Tripetalo aquaticæ foliis Plantagineis; *Plantago aquatica.*
    - Polypetalo, calice
      - Cum flore deciduo, foliis integris ſubrotundis, radicibus tuberoſis, perennis, flore flavo; *Chelidonium minus.*
      - A flore ſuperſtite, foliis tripartito diviſis, floribus cœruleis; *Hepatica nobilis.*
  - Pentaphyllo, unà cum flore deciduo, ſeminibus in globulum congeſtis, flore pentapetalo; *Ranunculus.*
  - Octaphyllo, ſeminibus in rotulæ aut caſeoli formam circumactis, foliis
    - Integris
      - Subrotundis; *Malva.*
      - Anguloſis & incanis; *Althæa.*
    - Diſſectis aut laciniatis; *Alcea.*
  - Decaphyllo ſeu in decem ſegmenta diviſo, ſeminibus
    - Caudatis aut plumoſis, foliis pennatis, radice aromatica; *Cariophyllata*
    - Nudis, abſque ullis appendicibus, foliis venoſis.

P Digita-

a Digitatis in eodem pediculo
Ternis, seminibus pulpæ molli esculentæ innascentibus; *Fragaria.*
Quinis aut septenis, flore
Pentapetalo; *Pentaphyllum.*
Tetrapetalo; *Tormentilla.*
Pinnatis incanis aut tomentosis, reptatrix; *Argentina.*
Absque perianthio aut nudo, polyphyllo, caule indeterminato foliato, speciosum florum thyrsum proferente, foliis pinnatis, radicibus
Tuberosis, bulbillis ab extremis fibrarum filamentis dependentibus, seminibus in circulum dispositis; *Filipendula.*
Fibrosis, seminibus incurvis, in globulum congestis; *Ulmaria.*

I. De Chelidonio.

Calyce triphyllo cum flore polypetalo luteo deciduo, & foliis integris subrotundis à congeneribus differt. R. Synop. p. 86.

Chelidonium minus *Offic. Ger. Park.* Chelidonia rotundifolia minor *C. B.* Scrophularia minor, sive Chelidonium minus vulgò dictum *J. B.* Schorbocks Kraut. In pratis. Martio & Aprili floret. *Usu.* Radix, Herba. *Vires.* Spleneticum est. Usus præcipui in Ictero, Scorbuto, Hæmorrhoidum fluore, Scrophulis & Strumis. Extrinsecus specificè mariscas seu ficos ani curat, dentiumque putredini maximopere subvenit. *Schrod.*

II. De Hepatica nobili.

Calyce triphyllo non deciduo, foliis trifidis ab aliis differt.

Trifolium aureum & Hepatica nobilis *Offic.* Hepaticum flore simplici *C. B.* Hepaticum, sive

Tri-

Trinitatis herba flore cœruleo *J. B.* Hepatica nobilis five trifolia *Park.* Hepaticum trifolium *Ger.* Edel Leberkraut. In hortis. Vere floret. *Usu.* Folia *Vires.* Vulneraria à Recentioribus Medicis censetur.

III. De Ranunculo.

Notæ sunt, flores pentaphylli unà cum calyce pentaphyllo decidui, semina unicuique plurima succedentia in globulum congesta. R. Synop. p. 86.

Ranunculus *Offic.* pratensis repens *Park.* Pratensis repens hirsutus *C. B.* Pratensis etiamque hortensis *Ger.* Repens flore luteo simplici *J. B.* Hanenfuß. In pratis. Majo floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Hic Ranunculus innoxius est, & cum Oleribus sæpè decoquitur mense Aprili.

IV. De Malva.

Notæ sunt, Flores *monopetali pentapetaloides, calyx geminus, exterior in tres, interior in quinque lacinias divisus, folia integra subrotunda, semina in rotulæ aut caseoli formam circumacta.* R. Syn. p. 88.

1. Malva vulgaris *Offic. Park.* Sylvestris *Ger.* Sylvestris folio sinuato *C. B.* Vulgaris flore majore, folio sinuato *J. B.* Weisse Pappeln / Hasenpappeln. Ad sepes. Junio floret. *Usu.* Radix, Folia, Flores, Semen. *Vires.* Humectat, emollit, lenit dolores, laxat alvum, urinæ acrimoniam mitigat. Inter quinque herbas emollientes enumeratur.

2. Malva arborea *Offic.* hortensis *Ger.* Rosea folio subrotundo *C. B.* Rosea sive hortensis J. B.

Grosse Pappeln / Pappel- oder Stock-Rosen. In hortis. Junio floret. *Usu.* Folia, Flores. *Vires.* Humectat, minùs tamen quàm vulgaris Malva. Usus præcip. in tonsillarum morbis, Oris putredine, in fluxu Menstruorum, &c. *Schrod.* Vide plura apud *Joan. Dan. Horstium de Malva arborescente cum replicatione adversus Augustini Thoneri querimoniam.*

V. De *Althæa.*

Folio productiore minusque rotunda, molliore & magis incano, locoque natali à Malva differt. R. Synop. p. 89.

Althæa, Bismalva, & Ibiscus *Offic.* vulgaris *Park.* *Dioscoridis* & *Plinii C. B.* Althæa, Ibiscus *Ger.* Sive Bismalva *J. B.* Eibisch / Heilwurtz. In palustribus maritimis. Junio floret. *Usu.* Radix. Herba, Semen. *Vires.* Emollit, laxat, discutit, dolores lenit, tumores maturat, acrimoniam Urinæ mitigat & corrigit; Usus præcip. in affectibus Vesicæ, &c. *Schrod.* Inter quinque herbas emollientes numeratur. *Præp.*

VI. De *Alcea.*

Foliis laciniatis à Malva differt. R. Synops. pag. 89.

Alcea *Offic.* vulgaris *J. B.* Vulgaris major *C. B* Vulgaris sive Malva verbenacea *Park.* Malva verbenacea *Ger.* Sigmars-Kraut. In sepibus. Æstate floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Cum Malva viribus convenit.

VII. De *Caryophyllata.*

Seminibus caudatis, foliis pinnatis, radice aromatica à congeneribus differt. R. Synop. p. 89.

Ca-

Caryophyllata *Offic. Ger.* Vulgaris *C. B. Park.* Vulgaris flore parvo luteo *J. B.* Benedictenwurtzel-Kraut. Ad sepes. Majo, & Junio floret. *Usu.* Radix, Herba. *Vires.* Cephalica ac Cardiaca est. Usus præcipuus internè in Catarrhis exsiccandis, sanguine coagulato resolvendo. *Schrod.*

VIII. De Fragaria.

Notæ sunt, Folia venosa in singulis pediculis terna; Fructus molli esculentâ pulpâ constans, seminibus exteriùs adnascentibus, odore fragranti, cauliculi reptatrices. R. Synop. p. 89.

Fragaria *Offic. Ger.* vulgaris *C. B. Park.* Ferens fraga alba & rubra *J. B.* Erdbeer-Kraut. In sylvis & dumetis. Majo floret. *Usu.* Folia, Fructus. *Vires.* Herba diuretica est usúsque crebri in Ictero, Gargarismis, Balneis & cataplasmatis, &c. Fructus, i. e. Fraga *Offic.* Refrig. & humect. Splenetica sunt ac Nephritica, Venenis resistunt. *Schrod.*

IX. De Pentaphyllo.

Foliis venosis, in singulis pediculis quinis, flore pentapetalo à congeneribus differt. R. Synop. p. 90.

Pentaphyllum, & Quinquefolium *Offic.* vulgatissimum *Park.* Sive Quinquefolium vulgare repens *J. B.* Quinquefolium vulgare *Ger.* Majus repens *C. B.* Fünfffinger-Kraut / Fünffblat. Ad semitas. Æstate floret. *Usu.* Radix, Herba. *Vires.* Vulnerarium est & astringens. Sistit fluxus alvi, & hæmorrhoidum, nariumque hæmorrhagiam. Utile est in expuitione sangui-

nis & tussi. Prodesse dicitur & in Calculo & erosione Renum, in hernia & febribus, &c. *Schrod.*

X. De *Argentina.*

FOliis pinnatis à reliquis differt.

Argentina & Potentilla *Offic.* Argentina *Ger.* Potentilla C. B. *Park.* Seu Argentina J. B. Gänsrich / Silberkraut. In locis aquosis Junio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Ut genere sic viribus cum Fragaria, Pentaphyllo & Tormentilla convenit. *R. H. p.* 617.

XI. De *Tormentilla.*

FOliis septenis in eodem pediculo, flore tetrapetalo à reliquis differt.

Tormentilla *Offic. Ger.* J. B. vulgaris *Park.* Sylvestris C. B. Tormentill / Hertz-Wurtz / Feig-Wurtz / Blutwurtz / Rothguntzel. In pascuis, Junio floret. *Usu.* Radix, Herba. *Radix* dura, nodosa, crassa, in obliquum acta, fibrosa, colore rubente, sapore astringente. *Vires.* Siccat & astringit; hinc in fluxionib' quibuscunque alvi, uteri, &c. exhibetur, præterea diaphoretica est, & alexipharmaca; unde & omnibus medicamentis quæ adversus venena, pestem, variolas & morbillos aliosve morbos malignos componuntur adhibenda, præsertim si cum fluxu alvi conjuncti sint. *R. H. p.* 618.

XII. De *Plantagine aquatica.*

FOliis Plantagineis, flore tripetalo & loco natali ab aliis differt.

Plantago aquatica *Offic.* J. B. aquatica lati-

tifolia C. B. Aquatica major. *Ger. Park.* Wasser-Wegrich. In aquosis. Junio floret. *Usu.* Radix. *Vires.* Refrigerare & siccare dicitur.

XIII. De *Filipendula.*

Notæ sunt, Flores polypetali, radices tuberosæ, glandulis oblongis ab extremis fibrarum filamentis pendulis, semina in circulo disposita. R. Synop. p. 92.

Filipendula *Offic.* J. B. *Ger.* Vulgaris *Park.* Vulgaris an Molon *Plinii* C. B. Rohter Steinbruch. In pratis & pascuis. Junio floret. *Usu.* Radix, Herba. *Vires.* Diuretica est. Usus præcip. est in tartarea mucilagine Pulmonum, Renum ac Articulorum, in Colica flatulenta, in albo mulierum profluvio, &c. *Schrod.*

XIV. De *Ulmaria.*

A Filipendula differt radicibus fibrosis, magnitudine quâ illam excellit & seminibus intortis in globulum congestis. R. Synop. p. 93.

Ulmaria, & Regina prati *Offic.* Ulmaria J. B. Vulgaris *Park.* Regina prati *Ger.* Barba capri, floribus compactis C. B. S. Johanns-Wedel / Geißbart. In pratis humidis. Julio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Sudorifica & alexipharmaca est, convenit in fluxibus omnis generis, in Diarrhæa, Dysenteria, fluxu Menstruo, nec non in expuitione Sanguinis, resistit Pesti. *Schrod.*

SECTIO DECIMA QUARTA:

De Herbis Pomiferis.

POmiferas voco, quæ fructus plantarum omnium maximos producunt cortice crasso tectos, flores nudos, monopetalos, margine quinque partito, summo fructui insidentes. R. Hist. p. 637.

Herbæ Pomiferæ sunt vel carne seu pulpâ
- Dulci vel insipidâ, semine
  - Angulоso, flore specioso, caulibus lignosis; *Contrayerva.*
  - Thyreoide, duobus in summitate eminentibus angulis velut cornuto, flore albo; *Cucurbita.*
  - Ad margines æquali absque eminentiis
    - Magno, lato, rhomboide,
      - Albo, lineâ circa margines elatâ cincto, fructu maximo: *Pepo.*
      - Nigro, nulla in margine elatâ lineâ, in medulla fungosa, aut rubente pulpa latitante; *Citrullus*
    - Minore, semine per maturitatem
      - Albo, angusto, oblongo, fructu majore,
        - Æquali, tuberculis non exasperato, Moschum redolente, carne delicata; *Melo.*
        - Tuberculis spinosis bullato, carne magis insipidâ & aqueâ; *Cucumis.*
      - Nigro aut pullo, minore & breviore, fructu itidem minore undique hispido; Olivæ figurâ, pulpa purgatrice; *Cucumis asininus.*
- Amarâ pulpâ intus fungosâ levissima, semine parvo albo duro; *Colocynthis.*

I. *De Granadilla seu Contrayerva.*

SEminibus parvis, pomorum nucleis minoribus, basi cava in acutum desinentibus, superficie granulata, aut quasi cavis impressis punctis exasperata, floribus vel ex

ex decem vel quinque petalis ad ungues junctis, duplici radiata corona, quinque staminibus apiculatis & columella in tria clavata capitula desinente constructis, à reliquis differt. Flo. Lugd. Bat. flo. p. 262.

Drakena & Contrayerva *Offic.* Drakena radix. *Ger. J. B.* Contrayervæ radix *ejusd.* Contrayerva Hispanorum sive Drakena radix *Clusii Park.* Cyperus longus odorus & inodorus Peruanus C. B. Clematis passionalis folio bifido *H. Ox.* Flori passionis sive Granadillæ affinis Coanenepilli sive Contrayerva *Hernand.* Ferrum equinum volubile *Munting.* Gifft-Wurtzel. Ex Peru ad nos adfertur. *Usu.* Radix oblonga, nodosa, fibrosa, foris russa, intus pallida, saporis astringentis, odoris aromatici. *Vires.* Calida, aromatica, & Alexipharmaca est, incidit, leviter astringit, unde Cor confortat & corroborat, Venena expellit, noxia repellit, Febres omnes tollit, &c.

II. De *Cucurbita,*

Notæ sunt, semen thyreoideum, duobus in summitate eminentibus angulis velut cornutum, flos albus, cortex fructus durus & quasi lignosus. R. H. p. 638.

Cucurbita *Offic.* lagenaria *Ger,* Major *Park.* Major sessilis, flore albo C. B. Latior, folio molli, flore albo J. B. Flasche/ Kürbis. In hortis sed rarius. Junio floret. *Usu.* Semen recensetur in numero quatuor frigidorum majorum. *Vires.* Sitim sedat, urinam ciet & ventrem movet, semen genitale minuit & Veneris appetentiam extinguit; præterea convenit viribus cum Cucumere. *R. H. p.* 639.

III. De *Pepone.*

A Reliquis distinguitur totius plantæ magnitudine, semine rhomboide, lineâ circa margines elatâ cincto. R. H. p. 639.

Pepo *Offic.* vulgaris. R. *H.* Major *Ger.* Cucurbita foliis asperis, sive Zuccha flore luteo *J. B.* Major rotunda, flore luteo, folio aspero *C. B.* Bela Schora *H. M. Part. 8. p. 1. T. 1.* Pe-ponen. *Usu.* In Culinis Fructus, in Officinis Semen, sed rarò in usu occurrit. *Vires.* Convenit viribus cum Cucumere.

IV. De *Colocynthide.*

SEmine albo parvo, duro, in pulpa fungosa amara latitante, à reliquis differt.

Colocynthis *Offic. Ger. J. B.* vulgaris *Park.* Fructu rotundo minor *C. B.* Coloquinten. Ex Aleppo adfertur. *Usu.* Fructus. *Vires.* Pituitam crassam ac glutinosam ex profundioribus & remotioribus partibus expurgat, ut ex Cerebro, Nervis, articulis, pulmonibus. Unde commendatur & cum successu exhibetur in Cephalalgia, Hemicrania inveterata, Apoplexia, Epilepsia, Vertigine, Asthmate, Tussi, Dyspnœa, Morbis Articularibus frigidis, dolore Colico flatulento, Hydrope, &c. *R. H. p.* 643

V. De *Citrullo.*

EJus notæ sunt, semina rhomboidea, nullâ in margine elatâ lineâ, in carne seu pulpa rubente latitantia, colore nigricante R. Hist. p. 643.

Ci-

Citrullus *Offic. Ger.* folio Colocynthidis secto, semine nigro. Quibusdam Anguria J.B. Anguria Citrullus dicta C.B. Sive Citrullus vulgatior *Park.* Citrullen. In hortis sed rarius. *Usu.* Semen. E numero quatuor frigidorum majorum est. *Vires.* Cum Cucurbita, Cucumere & Melone temperamento & viribus omnino convenit.

VI. De *Melone.*

SEmine albo, angusto, oblongo, cum Cucumere convenit; fructu majore, non spinoso, Moschum redolente, carne delicata ab eodem differt. R. H. p. 644.

Melo *Offic. Ger. Park.* J. B. vulgaris C. B. Melonen. In hortis. Junio floret. *Usu.* Semen est è quatuor seminibus majoribus frigidis. *Vires.* Epaticum est & Nephriticum, eapropter confert Tussi, Phthisi & Febribus, medetur Stranguriæ, Urinæ ardorem, sitimque sedat, &c. Vide & reliqua semina frigida majora, cum quibus in omnibus convenit *Schrod.*

VII. De *Cucumere.*

NOtæ sunt, Fructus tuberculis spinosis bullati, semina pulpâ humidâ copiosâ, gelatinæ æmulâ, contenta, R. H. p. 645.

Cucumis hortensis *Offic.* sativus *Park.* Vulgaris *Ger.* Sativus vulgaris C. B. Vulgaris viridis & albus J. B. Gurcken / Kumkummers. In hortis frequens seritur. Junio floret. *Usu.* Fructus, Semen, è numero quatuor frigidorum majorum est. *Vires.* Refrig. abstergit, aperit, Urinam ducit, Usûs creberrimi est in emulsionibus Antipleuriticis, Antinephriticis, &c. *Schrod.*

VIII. De

VIII. De Balsamina.

Notæ sunt, folia rotunda, capreolata, fructus verrucosus minimus per maturitatem puniceus, semen nigrum.

Balsamina *Offic.* mas *Ger. Park.* Rotundifolia repens seu mas *C. B.* Cucumeraria *J. B.* Cucumis puniceus *Cordi H. Ox.* Momordica *Schrod. Heim. Cat.* Balsam Kraut Männlein. In hortis colitur. Augusto floret. *Usu.* Fructus. *Vires.* Refrigerat parumque siccat, vulneraria est, dolores ac præsertim hæmorrhoidum mitigat. Extrinsecus sauciatis confert nervis, herniæ, ambustis, &c. *Schrod.*

IX. De Cucumere sylvestri seu Asinino.

Fructu parvo undique hispido, Olivæ figurâ, semine nigro quod per maturitatem cum impetu ejaculatur, pulpa purgatrice ab aliis distinguitur.

Cucumis sylvestris, & asininus *Offic. J. B.* asininus *Ger.* Sylvestris asininus dictus *C. B.* Agrestis sive asininus *Park.* Guarerva-oba sive Cucumer asininus *Pison.* Essels Kurbiß. In hortis non infrequens. Junio floret. *Usu.* Fructus. Præp. Elaterium *Offic.* Est Fructuum maturorum succus inspissatus, lubricus, viscosus, vel sponte, vel lævi compressione emissus, coloris fusci, saporis acris, amaricantis, nauseosi, odoris virosi. *Vires.* Purgat pituitam serososque humores vomitu & dejectione, movet menses, fœtumque interimit. *Sylv.* & *Schrod.*

SECTIO

SECTIO DECIMA QUINTA.

De Herbis Bacciferis.

BAccas voco, fructus herbarum quoscunque membrana tenuiore vestitos, pericarpio seu pulpâ intus per maturitatem humida aut molli semina ambiente, eisdemve intermixta. R. Synod. p. 94.

Herbæ Bacciferæ simplicibus acinis sunt vel
- In racemos dispositis, scandentes,
  - Capreolis, cauliculis,
    - Spinosis
      - Foliis Tami lævibus; *Salsaparilla.*
      - Foliis Plantagineis; *China.*
    - Non spinosis, foliis vitigineis; *Bryonia.*
  - Cauliculis volubilibus, foliis Convolvuli; *Tamus.*
- Magis sparsis, foliis
  - Latioribus & majoribus,
    - Nervosis,
      - Ἐπιφυλλόκαρποι
        - Cum lingula seu folio secundario in medio folio; *Hypoglossum.*
        - Fructu solo seu bacca è medio folio enata, foliis
          - Majoribus & latioribus non spinosis; *Laurus Alexandrina.*
          - Minoribus, myrti æmulis, in mucronem spinosum & pungentem exeuntibus; *Ruscus.*
      - In caulibus fructus gerentes, flore
        - Cylindroide oblongo, elatiore, radice nodosa; *Polygonatum.*
        - Campaniformi, humilior foliis binis ternisve; *Lilium convallium.*
    - Minus nervosis, seu paucioribus nervis conspicuis, & mollioribus, fructu

a Nudo

a Nudo
Acaulis, pomo magno, radice grandi; *Mandragora.*
Caulifera
Monococcos & tetraphyllos; *Herba Paris.*
Baccis pluribus flore stellato in quinque aut sex segmenta acuta partito & expanso, fructu
Magno
Sicco, foliis integris; *Capsicum.*
Succulento, foliis pinnatis; *Pomum amoris.*
Minore
Caule perenni, foliis Capsici; *Dulcamara.*
Caule annuo, fructu in racemulis minore; *Solanum.*
Occultato, calycibus florum in vesicas excrescentibus, Solani foliis & flore, fructu rubro majore, Cerasi æmulo; *Alkekengi.*
Tenuissimis & Capillaceis, turionibus esculentis; *Asparagus.*

Ad hoc etiam genus retulimus Capsicum *ob convenientiam cum* Solano *in partibus præcipuis; quamvis nonnulli fortassè baccæ descriptionem huic plantæ minimè convenire objicient.* R. H. p. 653.

I. *De Salsaparilla.*

CApreolis cum Bryonia alba convenit; foliorum forma cum nigra, caulibus spinosis ab utroque differt. R. H. p. 655.

1. Sarzaparilla *Offic.* Smilax aspera Peruana Park. Aspera Peruviana sive Salsaparilla *C. B.* Peruviana Salsaparilla *Ger.* Viticulis asperis Virginiana, folio hederaceo leni, Zarza nobilissima *P. B.*

P. P. *Tab.* 3. Sarſa-parilla Braſilienſibus Juapecanga *Marcg.* Mecapatli ſeu Zarca parilla *Hernand.* An Cari-villandi *H. M. Part.* 7. p. 59. *T.* 31. Smilaci affinis Salſaparilla *J. B.* Sarſaparill. Ex Peruvia ad nos adfertur. *Uſu.* Radices tenues, calami craſſitie, longæ, ſarmentoſæ, enodes plures ex uno capite prodeuntes, foris rugoſæ, & plicatæ, ex fuſco pallidæ, intùs candidæ, farinaceæ; ſaporis & odoris nullius evidentis. *Vires.* Partium eſt tenuium & ſudorifera. Specificum eſt ad luem Veneream, Arthritidem &c. Sudores movet. An Salſaparilla & China inter ſe ſpecificè differant non auſim determinare. Vide Uſus apud *Autores varios Medicos ſimul impreſſos Venetiis in fol.*

II. De China.

BAccis aureis, foliis Plantagineis, & radice nodoſa ab aliis differt.

In Catalogo ſimplicium ad Pharmacopœiam una duntaxat ſpecies Chinæ ponitur, at in officinis Pharmacopolarum duas oſtendunt & vendunt.

1. China *Offic.* vulgaris Officinarum *Ger.* Radix *C. B.* Radix Officinarum *Park.* Chinæ radix J. B. Chinæ radix *Acoſt.* China orientalis ſeu Smilax aſpera Chinenſis *Lampatam* dicta in *MSS. Herman.* China Wurtzel. A regione China ad nos adfertur. *Uſu.* Radix craſſa, tuberoſa, nodoſa, lævis, lignoſa, foris fuſca, intus ex candido rubeſcens, ſaporis & odoris nullius evidentis. Dum recens unctuoſa & acris. *Vires.* Leniter ſic-

siccat & subastringit, diaphoretica est, diuretica, discutiens, aperiens, Epatica. Hinc convenit in Cachexia, Hydrope, Paralysi, Arthritide, Cephalœa, Ictero, lue Venerea, tumoribus schirrhosis & œdematosis. *Schrod.* Præfertur Orientalis, quæ est recens, sapore insipido, interiùs candicans aut subrubens.

2. China occidentalis *Pharmacopolarum*. Jupicanga Brasiliensibus *Pison.* Olcacatzan Pahuathanica *Hernand.* An Smilax viticulis asperis Virginiana, foliis angustis, lævibus, nullis auriculis prædita P. P. *Tab.* 110. Americanische China Wurtzel. Ex America ad nos transportatur. *Usu.* Radix est oblonga, crassa, nodosa, tuberosa & lævis, foris russa, intus subrubens. V. Plura de viribus & usu Rad. Chinæ apud *Vesalium* in *Epistolâ de Rad. Chin.* item apud *Brasavolum* in *Volum. Autorum de Morbo Gallico.*

III. De Bryonia.

Notæ sunt, capreoli ad scandendum, caules non spinosi, folia vitiginea, vis cathartica vehementior. R. Synop. p. 95.

Bryonia alba *Offic. Ger.* Alba vulgaris *Park.* Aspera sive alba, baccis rubris C. B. Vitis alba sive Bryonia J. B. Stickwurtz / Zaun-Rüben / Römische Rüben. Ad sepes. Maio floret. *Usu.* Radix. *Vires.* Purgat validè serosos & pituitosos humores. Splenetica, Uterina & Jecoraria est, utpote quorum obstructiones aperit. Hydropicorum aquas per vomitum, ac secessum educit, menses ciet, fœtum ejicit, suffocationes uteri arcet, Asthmata sanat, podagricis convenit. *Schrod.* *Impo-*

Impostores, nebulones, Circulatores, & Agyrtæ nonnulli ex hujus radice mira quædam monstra effingunt, quæ cùm aliquot dies siccæ arenæ mandaverint, pro Mandragoris postea distrahunt.

IV. De Tamo.

CAules huic volubiles, folia Convolvuli majoris, fructus in racemis per maturitatem rubentes, flores hexapetali. R. Synop. p. 95.

Bryonia nigra *Offic. Ger.* sylvestris nigra *Park.* Lævis sive nigra racemosa *C. B.* Vitis nigra quibusdam, seu Tamus *Plinii* folio Cyclaminis *J. B.* Schmar Wurtzel. Ad sepes. Junio floret. *Usu.* Radix. *Vires.* Incidit & attenuat lentam pituitam, præsertim in thoracis affectibus. *R. H.* p. 661.

V. De Hippoglosso, Lauro Alexandrina, & Rusco.

PLantæ sunt epiphyllocarpæ, foliis Myrti æmulis, nervosis, mucrone acuto.

1. Hippoglossum & Bislingua. *Offic. Park.* mas & fœmina *Ger.* Bonifacia sive Bislingua *J. B.* Laurus Alexandrina, fructu pediculo insidente *C. B.* Zäpflein Kraut / Zungenblat. In hortis botanicis. Vulneraria est.

2. Laurus Alexandrina *Offic. J. B.* Alexandrina genuina *Park.* Alexandrina fructu folio insidente *C. B.* Alexandrinischer Lorbehr. In hortis botanicis. *Usu.* Herba. *Vires.* Vulneraria ac diuretica est.

3. Ruscus; & Bruscus *Offic. Ger.* Ruscus *C. B. J. B. Park.* Brusch / Mäusedorn. In sepibus & dumetis. *Usu.* Radix. Recensetur inter quinque Radices aperientes. *Vires.* Atten. incid. aperit. Usus præcip. in obstructione Epatis, Urinæ, Mensium, &c. *Schrod.*

VI. De *Polygonato.*

Foliis nervosis cum Lilio convallium convenit magnitudine sua, caule multis foliis vestito, floribus cylindraceis è foliorum sinubus exeuntibus & deorsum dependentibus ab eadem differt. R. Synop. p. 96.

Polygonatum & Sigillum Salomonis *Offic. J. B.* Polygonatum *Ger.* Vulgare *Park.* Latifolium vulgare *C. B.* Weiß-Wurtz. In sylvis sed rarius. Maio floret. *Usu.* Radix. *Vires.* Vulnerarium est & astringens, fluxiones quascunque sistit; Ossa fracta & hernias consolidat. *R. H. pag.* 667.

VII. De *Lilio Convallium.*

Notæ sunt, caulis nudus, flores parvi campanulati, baccæ rubræ, folia nervosa, bina ternave. R. Synop. p. 96.

Lilium convallium *Offic. Ger.* convallium album *C. B.* convallium flore albo *Park.* Convallium vulgo *J. B.* Mey-Blumen. In sylvis & umbrosis. Maio floret. *Usu.* Flores. *Vires.* Cephalici sunt, Usus præcipui in morbis capitis frigidis, ut Apoplexia, Paralysi, Vertigine, Epilepsia & in Lypothymia. *Schrod.* Vide plura de *Lilio Convallium* apud *Hieronymum Heroldum in Epistolis ad Matthiolum & Camerarium.*

VIII. De

VIII. De Mandragora.

Notæ sunt, quòd nullos caules producat præter pediculos flores & fructus sustinentes, radices grandes anthropomorphas quodammodo. R. H. p. 668.

Mandragora *Offic.* fructu rotundo *C. B.* Mandragoras mas *Ger. J. B.* Mas vulgatior *Park.* Allraun Wurtzel. In hortis botanicis. Maio floret. *Usu.* Folia. Cortex radicum, & Fructus. *Folia* acuminata sunt cubitum circiter longa; sesquipalmum lata, coloris atro-virentis, odoris fœtidi. Mulierculæ botanopolæ Londinenses folia Hyoscyami lutei pro foliis Mandragoræ ad Unguentum Populeum conficiendum non rarò vendunt. *Cortex radicis* est colore ex cinereo ferrugineo; intus albidus, foris scaber, sapore amaricante, odore viroso. *Vires.* Soporiferus ac Narcoticus est. Extrinsecus usus est in oculorum rubore ac dolore, in Erysipelate, in tumoribus duris, Struma, Schrophula, &c. *Schröd.* Vide plura de Mandragora apud *Deusingium* in *Fasciculo Dissertat.*

IX. De Herba Paris.

Caulibus non ramosis, determinatè seu ex una distinctione foliatis, quatuor plerumq; foliis; unico in singulis flore & bacca; ab aliis distinguitur. R. Synop. p. 96.

Herba Paris *Offic. Ger. Park. J. B.* Solanum quadrifolium bacciferum *C. B.* Wolffs Beer/ Stern Kraut. In sylvis umbrosis. Majo floret. *Usu.* Baccæ. *Vires.* Usus baccarum internus Alexipharmacus, in Peste, venenatis morbis, venenisque assumptis, *Schrod.*

X. De Solano.

NOtæ sunt, Flores monopetali quinquepartiti aut stellati, apicibus in umbilico oblongis, erectis, coitu suo umbonem componentibus, semina parva, compressa. R. Synop. p. 97.

1. Solanum *Offic. C. B.* vulgare *Park.* Hortense *Ger.* Hortense sive vulgare *J. B.* Nilentsianda *H. M. Part. 10. p. 145. T. 73.* An Aguaraquiyà *Pison.* Nacht Schatten / Seur Kraut. Ad vias. Augusto floret. *Usu.* Herba, Semen. *Vires.* Refrigerat. Usus præcip. externè in Erysipelate, in dolore capitis, in æstu febrili mitigando, in parotidibus. *Schrod.*

2. Solanum lignosum & Dulcamara *Offic. Park.* Scandens seu Dulcamara *C. B.* Amara dulcis *Ger.* Glycypicros sive Amara-dulcis *J. B.* Je lenger je lieber / Hindsch Kraut. Aquosa & rigua amat. Junio floret. *Usu.* Radix. *Vires.* Urinam ciet, & Hydropem sanat.

3. Poma amoris *Offic. Ger.* Amoris majora fructu rubro *Park. p.* Solanum pomiferum fructu rotundo striato molli *C. B.* Mala aurea odora fœtido, quibusdam Lycopersicon *J. B.* Gold-Apffel. In hortis sata, æstate floret. *Usu.* Fructus. *Vires.* Cum Solano & Mandragora viribus convenit. De Solano plura vide apud *Velschium in Epistolis.* & apud *Fabrum* in *Strychnomania.*

XI. De Capsico.

FOliis integris, fructu oblongo, per maturitatem sicco, ab aliis differt.

Ca-

Capsicum & Piper Indicum *Offic.* longioribus siliquis *Ger.* Majus vulgatius, oblongis siliquis *Park.* Piper Indicum vulgatissimum *C. B.* Indicum sive Calecutium sive Piper siliquastrum *J. B.* Capo-Molago *H. M.* Quiya. *Pison.* Lada Chili *Bont.* Chilli seu Piper Indicum siliquosum *Hern.* Indianischer Pfeffer. In hortis sata. Junio floret. *Usu.* Fructus. *Vires.* Inter medicos rarò in usu occurrit; Apud Hispanos in cibariis & condimentis V. plura apud *Gregorium de Regio in Libro de Capsicis.*

XII. De Halicacabo.

Notæ sunt, fructus in calycibus in vesicas intumescentibus occultati, R. H. p. 681.

Alkekengi & Halicacabum *Offic.* Solanum vesicarium *C. B.* Halicacabum *Ger.* Halicacabum vulgare *J. B.* Halicacabum sive Alkekengi vulgare *Park.* Hertz Saamen / Hertz Körner / Schutten / Boberellen / Juden Kirschen / Teuffels Kirschen. In hortis colitur. Junio floret. *Usu.* Fructus. *Vires.* Nephritica, diuretica, & Lithontriptica est. Usus præcip. in calculo renum & Vesicæ, in Ictero, in Sanguine coagulato. *Schrod.*

XIII. De Asparago.

Notæ sunt, folia tenuissima, capillacea, turiones crassi, esculenti. R. Synop. p. 97.

Asparagus *Offic. Park.* Sativus *Ger.* Sativa *C. B.* Hortensis & pratensis *J. B.* Spargen / Spargeln / Corallen Kraut In hortis. *Usu.* Radix, Semen. Recensetur radix inter quinque radices aperientes. *Vires.* Diuretica ac Lithontriptica

triptica est. Epar, Lienem & Renes infarctu liberat, ideoque in decoctis eò respicientibus frequentissima est. Externè adhibetur in gargarismis, pro lenienda Odontalgia & laxitate gingivarum. *Schrod.*

SECTIO DECIMA SEXTA.

De Herbis multisiliquis seu corniculatis.

PLantas multisiliquas voco, quæ ad singulos flores plures producunt siliquas seu cornicula disjuncta. R. Hist. p. 686.

Herbæ multisiliquæ sunt vel foliis
- Crassis, succulentis
  - Majores latifoliæ, foliis
    - Ad radicem multis
      - In globulos sine pediculis congestis, floribus in surculis reflexis in summis caulibus; *Sempervivum.*
      - Pediculis insidentibus, floribus cylindraceis, non deciduis, in spicas digestis; *Umbilicus Veneris.*
    - Ad radicem nullis, radice inodora tuberosa; *Telephium.*
  - Minores; *Illecebra.*
- Texturæ rarioris & minùs succulentis, quibus
  - Folia
    - Digitata, flores non decidui, radices catharticæ; *Helleborus Niger.*
    - Pinnata, Fraxini similia; flores in spicas digesti; semina nigra, majuscula, splendentia; *Fraxinella.*
  - Flores

Cucullati,

Cucullati, folia circumſcriptione ſubrotunda, laciniata, ſemina rugoſa; *Aconitum.*
Corniculati,
Unico cornu ſeu calcari retrorſum extenſo, ſemina triquetra,
Nigra, minora folia in tenues lacinias diſſecta; *Delphinium.*
Fuſca, majuſcula, rugoſa, folia vitiginea, Ricino ſimilia; *Staphis agria.*
Pluribus corniculis recurvis, penduli, ſemina nigra lucida, folia umbelliferarum modo diviſa; *Aquilegia.*
Expanſi majores, roſei, ſemina majuſcula, rotunda, per maturitatem nigra, radices tuberoſæ; *Pæonia.*

I. De Sempervivo.

Notæ ſunt, folia in globulos oculi bovini æmulos congeſta, lata & ſucculenta, flores in ſurculis reflexis in ſummis caulibus ſtellati. R. Synop. p. 98.

Sedum, & Sempervivum majus *Offic.* majus vulgare *C. B. J. B. Park.* Sempervivum majus *Ger.* Groß Haußwürtz. In domorum tectis. Junio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Refrigerat validè & aſtringit. Uſus præcip. intrinſecus in febribus bilioſis; ſedat ſitim & compeſcit ardorem. *Schrod.*

II. De Telephio.

Folia non conglobantur in capitula, Flores velut in umbella pentapetali.

1. Craſſula & Fabaria *Offic.* ſive Faba inverſa *Ger.* Telephium vulgare *C. B.* Sive Craſſula major vulgaris *Park.* Anacampſeros, vulgò Faba craſſa *J. C.* Knaben-Kraut / Fotz-Zwang/

Wund-Kraut/ Fette Henne. In agris. Junio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Vulneraria est & astringens: Usus præcip. in consolidanda intestinorum erosione per dysenteriam introducta, in curanda hernia, in ambustis medendis. *Schrod.*

2. Rhodia radix *Offic. Ger. Park. C.B. J.B.* Telephium radice Rosam spirante majus *Herm. Cat.* Rosen Wurtzel. In mentosis. Vere floret. *Usu.* Radix tuberosa, fragilis, foris fusca, intus albida, odore & sapore roseo, *Vires.* Calefacit & siccat, Cephalica est. Usus præcip. in dolore capitis. *Schrod.*

III. De Illecebra.

Folia parva teretiuscula, sapore acri, flores pro parvitate plantulæ speciosi, lutei.

Illecebra *Offic.* minor seu Sedum tertium *Dioscoridis* Park. Vermicularis seu Illecebra minor acris *Ger.* Sempervivum minus vermiculatum, acre *C.B.* Sedum parvum acre flore luteo *J.B.* Maurpfeffer/ Katzen Tráublein. In muris & tectis. Julio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Strumas discutit.

IV. De Umbilico Veneris.

Foliis rotundis crenatis, floribus cylindraceis, non deciduis, à reliquis differt.

Umbilicus Veneris *Offic. Ger.* Veneris vulgaris *Park.* Cotyledon major *C.B.* Vera, radice tuberosa *J.B.* Nabel Kraut. In saxis & muris. Aprili floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Refrig. cum Sempervivo viribus convenit.

V. De Pæonia.

NOtæ sunt, flores rosei maximi, semina majuscula rotunda, per maturitatem nigra, radices tuberosæ; folia composita. R. H. p. 693.

1. Pæonia mas *Offic. Park. Ger.* præcocior *J. B.* Folio nigricante splendido, quæ mas *C. B.* Männliche Pœonien Blumen / Pœonien Rosen / Gicht Wurtz / Pfingst Rosen. In hortis Maio floret. *Usu.* Radix, Semen. *Radix* crassa, tuberosa, fusca foris, intùs pallida est, saporis subdulcis, odoris nullius. *Semina* sunt grana subrotunda, nigra, lucida, sub cortice crassiusculo membranaceo includentia pulpam albicantem, saporis subdulcis, odoris nullius. *Vires.* Usus præcipuus est in affectibus cephalicis, Epilepsiâ, Incubo, &c. Uterinis, Mensibus obstructis, Lochiis purgandis, doloreque post partum mitigando, Epatis obstructione. *Schrod.*

2. Pæonia fœmina *Offic. Ger.* fœmina vulgaris flore simplici *Park.* Communis vel fœmina *C. B.* fœmina vulgatior *J. B.* Weibliche Pœonien. 2c. In hortis, Maio floret. *Usu.* Radix. *Vires.* Cum priore convenit viribus.

3. Pæonia *Offic.* fœmina multiplex *Ger.* Fœmina vulgaris, flore pleno rubro *Park.* Fœmina, flore pleno rubro majore *C. B.* Flore pleno rubro *J. B.* Gemeine Pœonien. In hortis frequens, Maio floret. *Usu.* Flores. *Vires.* Cum mare viribus convenit. Vide plura de Pæoniæ Historiâ & qualitatibus apud *Hunerwolfium in Anatomiâ Pæon.*

VI. De Helleboro nigro.

NOtæ sunt, folia digitata, flores non decidui, radices catharticæ. R. H. p. 697.

Helleborus niger, & Veratrum nigrum *Offic.* Niger verus *Ger. Park.* Niger flore roseo *C. B.* Niger flore albo *J. B.* Christwurtz / Nieswurtz. In hortis Botanicis. Januario floret. *Usu.* Radices sunt tenues, fibrosæ, nigricantes, ex imo capite propendentes, saporis acris, pungitivi, amari, ingrati & nauseosi. *Vires.* Purgat potenter humores melancholicos. Utilis est in Mania, Insania, Hypochondriaca passione, Elephantiasi, Herpete, Cancro, Quartana, Vertigine, Epilepsia, Apoplexia, Scabie. *Schrod.*

VII. De Fraxinella.

FOliis Fraxini, floribus in spica speciosis, seminibus magnis nigris splendentibus ab aliis differt. R. H. p. 698.

Dictamnus albus & Fraxinella *Offic.* albus vulgo, sive Fraxinella *C. B.* Fraxinella *Ger. Park.* Officinis Dictamnus *J. B.* Aeschwurtz. In hortis. Julio floret. *Usu.* Radices sive radicum cortices, crassiusculæ, albicantes, Cannulæ in modum convolutæ, saporis amariusculi, odoris nullius. *Vires.* Cordialis est, Alexipharmaca, Uterina, cephalica, Vermes necat: Usus præcipui in morbis malignis, in Epilepsia, aliisque affectibus capitis, in obstructione Uteri, &c. *Schrod.*

VIII.

VIII. De Staphide agria.

FOliis & siliquis atque etiam viribus cum Aconitis convenit, flore cum Delphinio. R.H. p.705.

Staphis agria *Offic. Ger. Park. C. B. J. B.* Leußwurtz. In hortis curiosorum. *Usu.* Semina sunt rugosa, nigricantia, triquetra, saporis acris & fervidi, exurentis, ingrati & nauseosi odoris. *Vires.* Extrinsecus ejus usus est apophlegmatisans in masticatoriis, gargarismis, odontalgicis ac abstergentibus, in ulceribus ac papulis, &c. *Schrod.*

IX. De Delphinio.

NOtæ sunt, folia in tenuissimas lacinias dissecta, flores unico corniculo retrorsum extenso seu calcari donati, semina nigra triquetra. R. Hist. p. 708.

Consolida regalis & Delphinium *Offic.* regalis sativa *Ger.* Regalis hortensis flore majore & simplici *C. B.* Delphinium majus sive vulgare *Park.* Rittersporen/ Lerchen-Klaue / St. Otilien-Kraut oder Blume. In hortis. Julio floret. *Usu.* Radix. *Vires.* Vulneraria est; consolidat enim & glutinat. Visum acuit & roborat.

X. De Aquilegia.

NOtæ sunt, Folia Umbelliferarum modo divisa, flores penduli cum pluribus corniculis recurvis, semina nigra, lucida. R. Synop. p. 101.

Aquilegia *Offic.* cœrulea *Ger.* Sylvestris *C. B.* Flore simplici *J. B.* Vulgaris flore simplici *Park.* Ackeley/ Theriacks-Kraut. In sylvis sed rariùs. Junio floret. *Usu.* Herba, Flores, Semen,

Semen. *Vires*. Aperit Epar & Lienem, ac imprimis meatum biliarium, unde Regio medetur morbo; Ciet urinam & menses, vulnera consolidat. Extrinsecus frequens ejus usus est in Gargarismis. *Schrod.*

XI. De Aconito.

NOtæ sunt, folia circumscriptione subrotunda, laciniata, flores cuculati, semina rugosa. R. Hist. pag. 702.

Anthora & Antithora *Offic.* Anthora *Park.* sive Aconitum salutiferum *Ger. C.B.* Antithora flore luteo Aconiti *J. B.* Wolffwurtz/ Heil-Gifft oder Giffthеil. In hortis Botanicis. Junio floret. *Usu.* Radix parva, crassa, brachiata, foris fusca, intùs albida, saporis acris, odoris ingrati. *Vires.* Cardiaca est. Usus præcipuus in morbis ac ictibus venenatis, ait *Schrod.* Sed credat qui velit.



SECTIO

SECTIO DECIMA SEPTIMA.

De Herbis flore Monopetalo vasculiferis.

Herbæ flore monopetalo sunt vel flore
Uniformi, vasculo diviso in loculamenta
Bina, foliis in caulibus
Alternis; vasculo
Operculo tecto, quod per maturitatem abscedit, vi narcotica & virosa; *Hyoscyamus.*
Bivalvi, foliis pinguibus, flore è tubo longo in latitudinem expanso, margine integro & anguloso, colore rubente; vasculo oblongo conoide; *Nicotiana.*
Ex adverso binis, nervosis, sapore amaro; *Gentiana.*
Terna, seminibus in singulis cellulis binis majusculis, vicinis plantis se circumvolvendo scandens, succo lacteo turgescens: flore campanam referente, margine integro; *Convolvulus.*
Quaterna, fructu spinoso maximo, flore tubo oblongo, calathoide, facultate virosa; *Stramonium.*
Difformi
Calcari donato, pericarpio subrotundo, bivalvi; flore rictum exprimente, caule multis foliis cincto; *Linaria.*
Corniculato, cum labello in palæ formam producto; pericarpio grandi, in sena loculamenta diviso; *Aristolochia.*
Auriculato parvo, pericarpio bivalvi; foliis in caule ex adverso positis; *Scrophularia.*
Dactylothecam referente,
Pendulo; calyce floris bivalvi; *Digitalis.*
Calyculo quinquepartito, radice repente; *Gratiola.*
Galeato, seminibus compressis, florum calycibus tumidioribus, minutioribus, foliis ad margines serratis; *Euphrasia.*

I. De Hyoscyamo.

Notæ sunt, folia in caule alternatim sita, vascula seminalia operculo tecta, quod per maturitatem abscedit, calyx oris quadripartitis acuminatis insignis, vis narcotica & virosa. R. Synop. p. 101.

1. Hyoscyamus *Offic.* niger *Ger.* Vulgaris *J. B.* Niger vel vulgaris *C. B. Park.* Bilsen-Kraut / Zigeuner-Kraut / Sau-Bonen / Dollkraut / Schlaff-Krautt / &c. In incultis & ruderatis. Junio floret. *Usu.* Radix, Herba. *Vires.* Refrigerat & emollit mirè, somnum inducit, dolores sedat, acrimoniam mitigat, at rationem perturbat. *Schrod.*

2. Hyoscyamus albus *Offic. J. B. Ger. Park.* Albus major *C. B.* In Hortis Botanicorum sed rariùs. *Usu.* Semina parva, rotunda, compressa, ex cinereo fusca, saporis pinguis aliquantulum viscosi, odoris narcotici & ingrati. *Vires.* Exhibetur ad Hæmoptysin curandam. Usus mitior & tutior est quàm nigri multò.

II. De Nicotiana.

Notæ sunt, Flos è tubo longo in latitudinem expansus, vasculum seminale bivalve, seminibus minutissimis innumeris refertum, folia in caulibus alternatim posita. R. Hist. p. 713.

Nicotiana, Petum & Tabacum *Offic.* Hyoscyamus Peruvianus *Ger.* Tabacco latifolium *Park.* Nicotiana major latifolia *C.B.* Major, sive Tabacum majus *J. B.* Petúme *Pison.* Pycielt seu Tabaco *Hern.* Toback. In hortis colitur. Julio floret. *Usu.* Folia lata & longa, acu-

acuminata, mollia & pinguia, saporis acris, odoris virosi & narcotici. Hyoscyamus luteus, Mulierculis Botanopolis Londinensibus non sine errore pro foliis hujus plantæ ad Unguentum conficiendum non rarò venditur. *Vires*. Abstergit, incidit, resolvit, aliquantulum astringit, resistit putredini. Sternutatoria est ac apophlegmatizans, anodyna, vulneraria, Vomitoria, &c. *Schrod.* Præp. *Syr. Ungt.* Vide plura apud *Everhardum*, *Magnenum*, *Neandrum*, *Simonem Pauli*, *Thorium*, *Scriverium*, &c.

III. De Gentiana.

NOtæ sunt, folia nervosa, in caulibus ex adverso bina, flores calathoides, margine in lacinias aliquot totidem folia imitantes plerumque diviso, sapor amarus. R. Syn. p. 102.

Gentiana *Offic.* major *Ger.* Major lutea *C. B. Park.* Vulgaris major Ellebori albi folio *J. B.* Entzian. In hortis curiosorum. Junio floret. *Usu.* Radix oblonga, crassa, foris fusca, intus ex flavo rufescens, saporis intensè amari. *Vires.* Alexipharmaca est, aperit, attenuat. Usus præcip. in Peste, aliisque venenatis affectibus, in obstructione Epatis, Lienis, &c. *Schrod.*

IV. De Convolvulo.

NOtæ sunt, cauliculi perticis, aut plantis vicinis se circumvolvendo scandentes, vasculum seminale in terna loculamenta, quorum unumquodque semina bina majuscula angulosa continet, divisum; Flos campanulatus margine integro, succus lacteus. R. Synop. p. 102.

1. Scam-

1. Scammonium *Offic.* Syriacum *Ger.* Scammonia Syriaca *C. B.* Syriaca legitima *Park.* Syriaca, flore majore Convolvuli *J. B.* Convolvulus Syriacus & Scammonia Syriaca *H. Ox.* In Asia & Syria. *Usu.* Succus concretus. *Vires.* Expurgat validè humores biliosos, acres, serosos è partibus remotis, adeoque creberrimi usus est, non modo per se, sed & cum aliis permistum. *Schrod.* Probatur quod nitidum, splendidum, citò liquescens, friabile, colore cum frangitur cinericeo, non valde ponderosum, tactu linguæ lactescens, nec vehementer calefaciens.

2. Mechoacana alba *Offic.* Mechoacan *J. B.* Peruviana *Ger.* Bryonia Mechoacana alba *C. B.* Alba Peruana sive Mechoacan *Park.* Convolvulus Americanus Mechoacan dictus *R. H.* Jeticucu Brasiliensibus seu Radix Mechoacan *Margg.* Jetucu sive Mechoacanna *Pison.* An Tacuache seu Radix Michuacanica *Hern?* Mechoacan. *Usu.* Radix crassa, substantiæ laxioris quàm Jalapii, carnosa, surculosa, alba, ex America ad nos allata. *Vires.* Pituitosos, aquosos, serososque humores, ex toto corpore, ac imprimis ex capite, ac nervoso genere, pectoreque blandè ac sine molestia educit. *Schrod.* Eligatur recens, albicans, ponderosa.

3. Jalapium, & Mechoacana nigra *Offic.* Jalapium *Ger.* Convolvulus Americanus Jalapium dictus *R. H.* Mechoacanna nigricans sive Jalapium *Park.* Bryonia Mechoacanna nigricans. *C. B. J. B.* An Convolvulus Americanus

sub

ſub nomine Jalapiæ receptus *P. P. Tab.* 25? Jalap. *Uſu.* Radix oblonga, craſſa, reſinoſa, in taleolas transverſas ſecta, Mechoacannâ nigricantior & ponderoſior, ſaporis acris & nauſeoſi: ex India ad nos tranſportatur. *Vires.* Expurgat validè humores noxios omnes, imprimis autem ſeroſos. *Schrod.* Præp. *Reſina.*

4. Turbith, *&* Turpethum *Offic.* Turbith *Hern.* Alexandrinum Officinarum *Ger.* Officinarum *Park.* Turpethum repens foliis Althææ, vel Indicum *C. B.* Convolvulus Indicus, alatus, maximus, foliis Ibiſco nonnihil ſimilibus, anguloſis *R. H. Herm. Cat.* *Uſu.* Modo Cortex, modo Radix oblonga, craſſa, reſinoſa, foris fuſca, intùs albida, ſaporis ſubacris & nauſeoſi: ex India ad nos transferuntur. *Vires.* Craſſos viſcoſoſque humores, ſive pituitam, fortiter & à remotioribus partibus, juncturiſque elicit; unde & diuturnis morbis maximè conducit.

5. Soldanella, *&* Braſſica marina *Offic.* marina *Ger.* Maritima minor *C. B.* Vulgaris ſive Volubilis marina *Park.* Braſſica marina ſive Soldanella *J. B.* Convolvulus maritimus noſtras rotundifolius *H. Ox.* Meerwinde. In maritimis arenoſis. Junio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Aquam validè educit, adeoque confert in Hydrope, Scorbuto, &c. *Schrod.*

V. De Stramonio.

Notæ ſunt, flos ex oblongo tubo calathoides; conceptaculum ſeminis grande, ſpinoſum, in quatuor loculamenta diviſum, facultas viroſa. R. H. q. 747.

1. Stramonium *Offic.* majus album *Park.* Spinosum *Ger.* Stramonia altera major sive Datura quibusdam *J. B.* Solanum fœtidum pomo spinoso oblongo *C. B.* Stech-Aepffel / Dornäpffel. In hortis. Junio floret. *Usu.* Fructus, sed rariùs. Semen Hypnoticum.

2. Datura *Offic.* Cochinensis spinosissima *Zanon.* fructu spinosissimo *Garz. ab Hort.* Stramonium ferox *Bot.* Stramonia sive Datura ferox, pomo crassioribus & robustioribus aculeis donato *Herm. Cat.* Solanum fœtidum, pomo grandibus aculeis donato *Mor. Prælud.* fœtidum, pomo grandiore spinosissimo *Hort. Reg. Par.* An Hummatu *H. M?* Daturæ Malabaricæ Hummatu dictæ prima species *R. H.* Igel-Kolben / Stachel-Nuß. In India Orientali oritur. *Usu.* Semina rugosa, renis forma, foris fusca, intus exalbida. *Vires.* Semen in pulverem redactum & in potu exhibitum mentem turbat, & alienat, insaniam quandam viginti quatuor horas durantem inducens. Miser qui eum hausit diu velut mente alienatus remanet, aut ridens, aut ejulans, aut dormiens, plerumque etiam alteri colloquens & respondens; ut interdum etiam sana mente esse credas, tametsi mentis non sit compos; neque eum agnoscat cum quo sermones confert, & colloquii habiti planè sit immemor, postquam ad se redit. *R. Hist. p. 749.*

VI. De *Linaria.*

CHaracter genericus est, Flos rictum exprimens, calcari donatus, cui succedit vasculum bivalve. R. Synops. p. 105.

1. Li-

1. Linaria *Offic.* lutea vulgaris *Ger. J. B.* Vulgaris noſtras *Park.* Vulgaris lutea, flore majore *C. B.* Scheißkraut / Harnkraut / Flachskraut / Leinkraut. Ad agrorum margines. Junio & Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Diuretica eſt. Uſus præcip. in ictero & obſtructione Epatis; in Urinæ difficultate, in Hydrope. Extrinſecus imponitur abdomini in Stranguria, ano, in Hæmorrhoidum dolore. *Schrod.*

2. Elatine, & Veronica fœmina *Offic.* folio ſubrotundo *C. B. Park.* Mas folio ſubrotundo. *J. B.* Veronica fœmina *Fuchſii* ſive Elatine *Ger.* Ehrenpreiß-Weiblein. In arvis. Julio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Vulneraria eſt.

VII. De *Ariſtolochia.*

Notæ ſunt, flos ſemifiſtularis ſeu corniculatus, labello in palæ formam producto, pericarpium grande in ſena loculamenta diſpertitum. R. Hiſt. p. 761.

1. Ariſtolochia longa *Offic. J. B. Ger.* Longa vera *C. B. Park.* Rechte lange Hollwurtz / Oſterlucey. Provenit in Gallia Narbonenſi. Vere floret. *Uſu.* Radix oblonga, rotunda, craſſa, rugoſa, foris fuſca, intus ſublutea, ſaporis amari & acris, odoris non ingrati. *Vires.* Cephalica, Epatica, & Pulmonica imprimis eſt: attenuat, aperit. Hinc prodeſt ad tartaream mucilaginem reſolvendam expectorandamque, ad Menſes ciendos, tumores internos rumpendos, venena diſcutienda. Extrinſecus adhibetur uſu creberrimo ad exiccanda & mundificanda vulnera. *Schrod.*

2. Ariſtolochia rotunda *Offic. Ger. J. B.* rotunda vulgatior *Park.* Rotunda flore ex purpura nigro *C. B.* Runde Hollwurtz. In Italia. Floret vere. *Uſu.* Radix craſſa, rotunda, rugoſa & tuberoſa, foris fuſca, intus lutea, saporis amari. *Vires.* Tenuiorum eſt partium quàm Longa, adeoque efficacior, & imprimis menſibus ac ſecundinis ciendis celeberrima. *Schrod.*

3. Ariſtolochia clematitis *Offic. Park.* Clematitis erecta *C. B.* Clematitis vulgaris *J. B.* Saracenica *Ger.* In hortis. Junio floret. *Uſu.* Radix, ſed raró in uſu occurrit.

4. Serpentaria Virginiana, Colubrina Virginiana, & Piſtolochia Virginiana *Offic.* Tres radices ſub hoc nomine in Officinis noſtris væneunt, ut nos monuit eruditiſſimus ille Botanicus *Leonard. Plukenetius* M. D. in literis ad me datis, viz.

1. Ariſtolochia polyrrhizos, auriculatis foliis Virginiana *P. P. Tab. 78.* Polyrrhizos Virginiana *Park.* Piſtolochia Virginiana *Ger. emac.*

2. Ariſtolochia Violæ fruticoſæ foliis Virginiana, cujus radix Serpentaria dicitur. *P. P. Tab. 15.*

3. Ariſtolochia, Piſtolochia, ſeu Serpentaria Virginiana, caule nodoſo *D. Baniſter. Cat. MS. P. P. Tab. 148.* In Virginia. *Uſu.* Radices fibroſæ, tenues, foris fuſcæ, intùs flaveſcentes, ſaporis & odoris reſinoſi. *Vires.* Alexipharmaca ſunt. Morſum canis rabidi ſanant & ab Hydrophobia defendunt: Certiſſimo & præſentaneo remedio ſunt adverſus lethiferos morſus ſerpentis *Boicininga.*

VIII. *De Scrophularia.*

NOtæ sunt, flos auriculatus; vasculum bivalve, subrotundum, acuminatum, seminibus parvis fuscis repletum; folia in caule contrariis inter se pediculis bina. R. Synop. p. 106.

1. Scrophularia *Offic.* major *Ger.* Major vulgaris *Park. J. B.* Nodosa fœtida *C. B.* Braunwurtz/ Säwwurtz/ Wurm-Kraut/ groß Feigwartzen Kraut. In sepibus. Julio floret. *Usu.* Radix. Herba. *Vires.* Digerit, incidit, saporis est amari. Usus præcip. in Strumis seu Scrophulis, Ficis & mariscis ani, in cancrosis ac similibus serpentibus ulceribus, malignaque scabie. *Schrod.*

2. Betonica aquatica *Offic. Ger.* aquatica major *Park.* Scrophularia aquatica major *C. B.* maxima radice fibrosa *J. B.* Radice fibrosa *H. Ox.* Wasser Betonick. In aquosis. Junio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

IX. De *Digitali.*

NOtæ sunt, Flos concavus, labiatus, pendulus, dactyliothecam referens; vasculum bivalve innumeris seminibus repletum. Flores crebri in spica versus unam partem spectant. R. Synop. p. 106.

Digitalis *Offic.* purpurea *Ger. J. B.* Purpurea vulgaris *Park.* Purpurea folio aspero *C. B.* Fingerhut/ Wald-Glöcklein/ Spitz-Wundkraut. In sylvis & dumetis. Junio floret. *Usu.* Herba, Flores. *Vires.* Emetica, & vulneraria est. Cum Scrophularia viribus convenit.

X. De Gratiola.

Arvitate sua, radice repente, foliisque Hyssopi & loco natali à reliquis differt.

Gratiola *Offic. Ger. J. B.* vulgaris *Park.* Centauriodes *C. B.* Kirch Issop/ oder weiß Aurin. In hortis Julio floret. *Usu* Herba. *Vires.* Efficax remedium est in humoribus aquosis, lentis, biliosisque specificè evacuandis. Hinc magnus ejus usus est in Hydrope, Ictero, &c. Vermes necat. *Schrod.*

XI. De Euphrasia.

Notæ sunt, folia venosa, serrata, flores galeati, semina albicantia seu cinerea. R. Synop. p. 106.

Euphrasia *Offic. Ger. J. B.* vulgaris *Park.* Officinarum *C. B.* Augentrost. In pascuis. Julio floret. *Usu.* Herba. *Vires:* Ophthalmica & Cephalica est. Usus præcip. in Oculorum suffusionibus, caligine, memoria debilitata. *Schrod.*

SECTIO DECIMA OCTAVA.

De Herbis floribus tetrapetalis.

Harum notæ sunt, calix quadrifolius unà cum flore deciduus, flores plures simul in summis caulibus & ramulis, successivè se aperientes, nullis ad pediculorum bases appositis foliolis, loculamenta in singulis vasculis seminalibus plerumque singula, rarius bina. R. H. p. 777.

Her-

Herbæ floribus tetrapetalis sunt vel
Veræ
Siliquosæ, semine
Compresso lato foliaceo, radice
Tuberosa, seu dentata, caule non ramoso, foliis in uno pediculo ternis, siliquis compressis; *Dentaria.*
Æquali, tenui, siliquâ longâ, angustâ, flore majore odorato, flavo; *Keiri.*
Rotundo seu globoso, foliis seminalibus
Bifidis, siliquis
Tenuioribus non articulatis membranâ intergerinâ, duplicem seminum seriem disterminante, secundum longitudinem dissepsis; foliis
Lævibus
Majoribus, glaucis, carnosis, semine mitiore & minùs acri, per maturitatem nigro; *Brassica.*
Minoribus, laciniatis, semine acriore & calidiore, siliquis brevibus; *Eruca.*
Asperiusculis, semine
Mitiore & minus acri, radice carnosa esculenta,
Majore & rotundiore, substantia laxiore; *Rapa.*
Minore, longiore, & subacri, substantiâ solidiore; *Napus.*
Fervido & acerrimo; *Sinapi.*
Crassis, fungosis, articulatis, membrana non dissepsis, radice carnosa, esculenta, acri; *Raphanus.*
Integris, siliquis teretibus,
Brevibus & exiguis, floribus albis, foliis amplis, integris, oblongis, radice reptatrice & vivaci, floribus
Majoribus foliis & radicibus, acris; *Raphanus Rusticanus.*
Minoribus sapore & odore Piperis; *Lepidium*
Productioribus, floribus

a b

a b

Luteis, foliis tenuissimè dissectis; *Sophia Chirurgorum.*
Albis, siliquis per maturitatem dissilientibus & semina cum impetu ejaculantibus, foliis pinnatis; *Cardamine.*

Siliculosæ seu seminibus capsula brevi inclusis,

Monospermæ foliis glaucis, integris, siliquis compressis, latis, pendulis, per maturitatem nigris; *Glastum.*

Polyspermæ, seminibus tumidioribus & rotundioribus, vasculo seminali

Tumidiore & rotundiore, semine rotundo seu globoso, foliis crassis, succulentis, sapore salso, caule humili; *Cochlearia.*

Latiore & compressiore, sapore

Acri, odore acutiore, foliis incisis; *Nasturtium.*
Et odore remissiore, foliis integris; *Thlaspi.*
Fatuo, theculis marsupii æmulis; *Bursa Pastoris.*

Anomalæ

Siliquosæ, semine parvo

Lanugine obducto, siliquis quadripartitis flores antevertentibus: Flores in hoc genere, summis siliquis insident & unà cum calycibus decidunt; *Lysimachia.*

Sine lanugine, in siliquis bivalvibus inclusis, foliis divisis succo luteo impletis: *Chelidonium majus.*

Siliculosæ, seminibus in capsula

Monococca, binis puliciformibus Floribus staminosis, in spicas congestis caulibus

Nudis, foliis

Latioribus nervosis; *Plantago.*
Angustis, ad margines laciniatis; *Coronopus.*

Foliosis, foliis angustis binis oppositis, florum spicis è foliorum alis egressis; *Psyllium.*

In bina loculamenta divisâ; flosculis parvis, petalis ad ungues junctis,

E foliorum alis exeuntibus spicatim; *Becabunga*
In summis caulibus, spicatis; *Veronica.*

a

Tricocca

a Tricocca in summo stylo, succo lacteo, acri, & fervido, foliis
- Magnis, crassis & spinosis; *Euphorbium.*
- Parvis & glabris; *Tithymalus.*

In quaterna loculamenta partita; foliis in plures lobos seu segmenta divisis, glaucis, glabris, odore vehementi: *Ruta.*

In plurimas cellulas divisâ, operculo stellato glabro. Florum petala tenuia sunt, ampla, fugacia, calyce bivalvi; *Papaver.*

De Plantis flore uniformi tetrapetalo siliquosis.

I. De *Cheyri.*

Foliorum colore viridi & formâ acuminata, sed præcipuè florum colore luteo, ab aliis differt. R. Synops. p. 108.

Cheyri & Leucoium luteum *Offic.* Leucoium luteum vulgare C.B. Luteum, vulgò Cheiri flore simplici J.B. Keiri sive Leucoium vulgare luteum *Park.* Viola lutea *Ger.* Gelbe Violen. In muris antiquis & tectis. Junio floret. *Usu.* Flores. *Vires.* Flores cordiales sunt, dolores mitigant, Menses cient, Secundinam proritant, Apoplexiam, & Paralyticos juvant.

II. De *Dentaria.*

Foliis divisis, caule non ramoso, seminibus compressis & radicibus dentatis à reliquis differt.

Dentaria & Dentillaria *Offic.* tryphillos C.B. *Park.* Enneaphyllos *Clusii* J. B. Coralloide

 radi-

radice sive Dentaria Enneaphyllos *Ger.* Schuppen-Wurtz / Zahn-Kraut. In hortis Botanicis non infrequens. Aprili floret. *Usu.* Radix. *Vires.* Siccat & astringit.

III: *De Brassica.*

Notæ sunt, folia maxima, glauca, seu subcœrulea carnosa, semina rotunda, minùs acria. R. H. p. 794.

Brassica sativa & Caulis *Offic.* capitata alba C. B. J. B. *Ger. Park.* Kohl Kraut / Kohl. In hortis colitur. *Usu.* Folia capitata & non capitata. *Vires.* Vulneraria sunt, ebrietatem arcent. Extrinsecus usitatum est rusticis, vulneribus & Vesicis folia imponere ut consolidentur, quinimo & Pleuriticis doloribus imposita, eos mitigant. *Schrod.*

IV. De *Rapo.*

A Reliquis hujus generis Radice carnosa dulci in grandissimum tuber excrescente facilè distinguitur. R. H. p. 800.

Rapa *Offic.* sativa rotunda C. B. Rapum *Park.* Majus *Ger.* Sativum rotundum J. B. Ruben / Scheibelruben. In agris & hortis feruntur. *Usu.* est Radix. *Vires.* Modicum nutrit, inflationem parit, humentem ac laxam carnem generat, Urinam ciet & genitale semen auget. Scorbuticum sanat, ardorem Febris quartanæ mitigat.

V. De *Napo.*

Radice carnosâ, esculentâ, minore, longiore, & subacri, substantiâ solidiore à Rapo differt. R. Meth. p. 121.

Na-

Napus dulcis & Bunias *Offic.* Napus *J. B. Park. parad.* Sativa *C. B.* Bunias *Ger.* Steckruben. In hortis feritur. *Usu.* Radices in culinis; Semina parva rotunda ex ruffo nigricantia, saporis amaricantis acris, in Officinis. *Vires.* Calefacit, siccat, abstergit, aperit, digerit, Veneri potenter resistit. *Schrod.*

VI. De *Sinapi.*

NOtæ sunt, sapor foliorum, sed præcipuè seminum, fervidus & acerrimus; folia tam quæ in caulibus quàm quæ ad radicem aspera, flores lutei, quorum calices quam primum flores aperiuntur dehiscunt, & se aliquantulum expandunt. S. Synop. p. 111.

Sinapi *Offic.* sativum, & sativum alterum *Ger. emac.* Rapi folio *C. B.* Sativum Rapi folio *Park.* Siliquâ latiusculâ glabrâ, semine ruffo sive vulgari *J. B.* Senff. In hortis & areis, inque aggeribus fossarum. *Usu.* Semina ruffa, parva, rotunda, saporis acris, amaricantis, fervidi. *Vires.* Calefacit & siccat, incidit, attenuat, attrahit. Usus præcip. in appetitu excitando, chylificatione promovenda: caput purgat. Extrinsecus in sinapismis, in arcendo caro (naribus inditum, vel in sinapismo adhibitum) tumores maturos aperit, sternutationem movet. *Schrod.*

VII. De *Raphano.*

NOtæ sunt, siliquæ crassæ, fungosæ, membrana non interceptæ, at neque manifestè bivalves. R. H. p. 804.

1. Raphanus hortensis & Radicula *Offic.* Raphanus *J. B.* Sativus *Ger.* Vulgaris *Park.* Minor

nor oblongus *C. B.* Radieß. In hortis seritur. *Usu.* Radix, Semen. *Vires.* Aperit, abstergit, attenuat, Semen præcip. Usus præcip. in calculo atterendo ac expellendo, Urina ac Mensibus ciendis, in obstructionibus Epatis ac Lienis, &c. *Schrod.* Radix culinaris potissimum est.

2. Raphanus Sylvestris *Offic. Ger.* Rapistrum album articulatum *Park.* Flore albo, siliquâ articulatâ *C. B.* Flore albo striato, Sinapi album agreste *Trago J. B.* Raphanistrum flore albo striato siliquâ articulatâ striatâ, minore *H. Ox.* Armoracia *Schrod.* Wilder Radieß. Inter segetes. Junio floret. *Usu.* Radix. *Vires.* Calefacit & siccat, mucilaginem tartaream incidit, attenuat, resolvit, viscera aperit, diuretica, lithontriptica & antiscorbutica est. *Schrod.*

VIII. *De Eruca.*

Hujus notæ sunt, folia laciniata glabra, siliquæ angulosæ, odor fœtidus. R. H. p. 806.

Eruca *Offic.* latifolia alba sativa *Dioscoridis C. B.* Sativa *Ger.* Sativa alba *Park.* Major sativa, annua, flore albo, striato. *J. B.* Raucken Kraut/ weisser Garten-Senff. In hortis seritur. *Usu.* Semina parva, rotundiuscula, flavescentia, parùm compressa, saporis acris, subamari & fervidi. *Vires.* Calefacit & siccat. Usus præcipuus in Venere stimulanda, Apoplexia præservanda, &c. *Schrod.*

IX. De Sinapistro.

Notæ sunt, folia laciniata, flores minores, siliquæ breves & strictiores. R. H. p. 808.

Ery-

Eryſimum *Offic.* vulgare *C. B. Dioſcoridis* & *Lobelii Ger. Tragi* floſculis luteis, juxta muros proveniens *J. B.* Irio ſive Eryſimum vulgare *Park.* Eruca ſiliquâ cauli appreſsâ, Eryſimum dicta *R. H.* Hirſuta ſiliquâ cauli appreſsâ Eryſimum dicta *R. Synop.* Wegeſenff/Hederich. Ad ſepes & muros. Julio floret. *Uſu.* Herba, Semen. *Vires.* Calefacit & ſiccat, attenuat, aperit, expectorat. Uſus præcip. in mucilagine contumaci Pulmonum atque Tuſſi chronica. *Schrod.*

X. De *Eryſimo.*

FLoribus luteis, ſiliquis longioribus, tenuibus & ſtrictioribus à reliquis differt.

Sophia Chirurgorum *Offic. Ger. Park.* Eryſimum Sophia dictum *R. H. & Synop.* Naſturtium ſylveſtre tenuiſſimè diviſum *C. B.* Sylveſtre tenuiſſimè diviſum ſeu Naſturtium μυελόφυλλον, flore luteo minimo *H. Ox.* Seriphium Germanicum ſive Sophia quibuſdam *J. B.* Wellſamen/ Sophie Kraut. In locis ruderatis. Junio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Siccat & aſtringit, Diarrhœas, Dyſenterias & Menſes ſiſtit. Extrinſecus ad Vulnera & Ulcera valet.

XI. De *Cardamine.*

NOtæ ſunt, flores albi, ſiliquæ anguſtæ valvulis per maturitatem revolutis, diſſilientibus, & ſemina cum impetu ejaculantibus, folia pinnata.

1. Cardamine *Offic. Ger.* Naſturtium pratenſe, magno flore, ſimplici *H. Ox.* Pratenſe magno flore *C. B.* Pratenſe majus, ſive Cardamine latifolia *Park.* Iberis *Fuchſii*, ſive Naſturtium

tium pratense sylvestre *J. B.* Grosse Feld-Kresse. In pratis. Aprili floret. *Usu.* Herba. *Vires;* Calida & acris est & Nasturtii pollet viribus.

2. Nasturtium aquaticum *Offic.* Aquaticum vulgare *Park.* Aquaticum supinum *C. B.* Aquaticum supinum flore albo *H. Ox.* Aquaticum, sive Cratevæ Sium *Ger.* Sisymbrium Cardamine sive Nasturtium aquaticum *J. B.* Brun-Kresse/ Wasser-Kresse. In aquosis. Junio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Calefacit & siccat, attenuat, aperit. Usus. præcip. in Calculo & Sabulo, obstructione Lienis, Epatis ac Mensium. Specificè in Scorbuto commendatur. *Schrod.*

XII. *De Raphanistro.*

Floribus albis, foliis magnis, integris, oblongis, radice reptatrice, vivaci, sapore acri, siliquis parvis curtis, ab aliis plantis distinguitur. R. Synop. p. 115.

Raphanus sylvestris & rusticanus *Offic.* rusticanus *Ger. Park. C. B.* Sylvestris, seu Armoracia multis *J. B.* Merrettich. In hortis. Junio floret. *Usu.* Radix. *Vires.* Calefacit & siccat, incidit, attenuat, easdemque cum Raphano qualitates habet, sed fortiores: tartaream mucilaginem incidit, specificè Scorbuticis prodest. Calculum pellit, Menses ciet, &c. *Schrod.*

9

De Tetrapetalis siliculosis seu capsulatis.

XIII. De *Cochlearia.*

NOtæ sunt, statura humilis, vascula modicè tumida, folia subrotunda, crassa, succulenta, semina globosa; locus maritimus, flores albi. R. Syn. p. 115.

1. Cochlearia Batava, rotundifolia, hortensis *Offic.* Cochlearia *J. B.* Rotundifolia *Ger.* Folio subrotundo *C. B.* Major rotundifolia sive Batavorum *Park.* Major Batavica subrotundo folio *H. Ox.* Löffel-Blat. In hortis frequens, Aprili floret. *Usu.* Herba, Semen. *Vires.* Calefacit & siccat, sale Volatili abundat unde fixos & crudos humores spirituales ac volatiles reddit. Morbis illis medetur, qui à sale fixo nimis copioso originem ducunt, imprimis verò Scorbuto. Verùm cùm partes illæ in quibus præcipua vis, & utilitas hujus plantæ consistit, admodum volatiles sint & coctione facilè evanescant, succus herbæ expressus vel infusum efficaciora esse videntur, quàm decoctum. *R. Cat. p. 74.*

2 Cochlearia Britannica marina *Offic.* Britannica *Ger.* Britannica folio sinuato *H. Ox.* Folio sinuato *C. B.* Vulgaris. *Park.* In maritimis. Aprili floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Cum priore viribus pollet. Vide plura in *Mollenbroccii Hist. Cochlear.*

XIV. De

XIV. De Nasturtio.

NOtæ sunt, sapor acris, odor acutus & nares feriens, folia plerumque variè incisa. R. Hist. p. 825.

Nasturtium hortense *Offic. Ger. Park.* Hortense vulgatum *C. B.* Vulgare *J. B.* Vulgare, seu hortense tenuiter divisum *H. Ox.* Garten Kresse. In hortis seritur. Junio floret. *Usu.* Herba. Semina parva, oblonga, sublutea, aliquantulum compressa, in cacumen desinentia. *Vires. Semen* attenuat, aperit, abstergit. Usus præcip. est in tumido Liene, mensibus obstructis, fœtuque mortuo expellendo; tartaream mucilaginem Pulmonum incidit, in Scorbuto & Hydrope confert. *Schrod.* N.B. Semen hujus Plantæ Pharmacopolis nostris pro semine Thlaspeos frequenter venditur.

XV. De Iberide.

NOtæ sunt, folia integra, serrata, odor acutus, sapor acris.

Iberis *Offic. J. B.* Latiore folio *C. B. Ger. Park.* Latiore folio serrato *H. O.* Wilde Kresse. In hortis Botanicis. *Usu.* Herba. *Vires.* Similis est Nasturtio tum odore, tum gustu, tum viribus, sed minus ea desiccat. *Gal.*

XVI. De Lepidio.

NOtæ sunt, Folia integra magna, flosculi parvi albi, siliquæ itidem parvæ, radix reptatrix, odor & sapor Piperis, R. Synop. p. 117.

Lepi-

Lepidium & Piperitis *Offic.* Latifolium C. B. Latifolium ſerratum *H. Ox. Pauli* J. B. Piperitis ſive Lepidium vulgare *Park.* Raphanus ſylveſtris Officinarum, Lepidium *Æginetæ*, *Lobelio Ger.* Pfeffer-Kraut/ Jngber-Kraut/ oder Senff-Kraut. Ad fluviorum ripas, ſed rarius. *Uſu.* Folia. *Vires.* Vis foliorum acris & excalefaciens, quapropter trita herba Iſchiadicis præſentiſſimum eſt auxilium, inquit *Dioſcorides.*

XVII. De Thlaſpi.

Notæ ſunt, vaſcula ſeminalia compreſſa, membrana cellulas diſterminans ad latitudinem ſeu planum ſiliquæ tranſverſa, ſemen acre. R. Synop. p. 117.

Thlaſpi *Offic. Dioſcoridis Ger.* Arvenſe ſiliquis latis *H. Ox.* Drabæ folio *Park.* Bauren-Senff/ Beſen-Kraut. In arvis ſed rarius. Junio floret. *In uſu ſunt* Semina parva, nigra, oblonga, ſapore acri. *Vires.* Siccat & abſtergit. Uſus præcipuus in internis abſceſſibus rumpendis, menſibus ciendis, Iſchiadicis affectibus curandis, &c. *Schrod.*

2. Burſa paſtoris *Offic. Ger. J. B.* Major vulgaris *Park.* Folio ſinuato *C. B.* Major capſula cordatâ, foliis laciniatis *H. Ox.* Thlaſpi fatuum, Burſa paſtoris dictum *R. H. & Synop.* Seckel-Kraut/ Taſchen-Kraut. Ad vias. *Uſu.* Herba. *Vires.* Refrigerat & ſiccat, adſtringit & conſtipat. Hinc valet in Hæmorrhagia narium, expuitione ſanguinis, Diarrhœa, Dyſenteria, Fluxu nimio mulierum, &c. *Schrod.*

XVIII. De Glasto.

Notæ sunt, folia ad tingendum utilia, siliquæ compressæ, latæ, pendulæ per maturitatem nigræ. R. Hist. p. 842.

Isatis & Glastum *Offic.* sativa vel latifolia *C. B.* Sive Glastum sativum *J. B.* Glastum sativum *Ger. Park.* Weid. In Arvis seritur. Junio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Siccat & astringit. Vulneratia est insignis, vulnera conglutinat, Sanguinis profluvia Mensesque sistit.

De Herbis flore tetrapetalo anomalis.

I. De *Veronica.*

Notæ sunt, flosculi parvi tetrapetaloides, petalis ad ungues junctis, quorum calyces non decidunt unà cum flore, ut in Tetrapetalis siliculosis, sed à flore delapso restant ad seminis usque maturitatem: flores etiam è sinubus foliorum exeunt. Vascula seminalia in bina loculamenta divisa, & compressa. R. Synop. p. 119.

1. Veronica mas & Betonica *Pauli Offic.* mas supina & vulgatissima *C. B.* Mas vulgaris supina *Park.* Vulgarior folio rotundiore *J. B.* Supina vulgaris foliis serratis *H. Ox.* Vera & major *Ger.* Ehrenpreiß / Grund-Heil. In pascuis siccioribus. Junio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Vulneraria insignis ac sudorifica est. Usus præcip. in erosione ac obstructione Pulmonum ac Lienis; hinc & imprimis in Colica, Phthisi, Scabie, Pruritu, Peste, Vulneribus &c. *Schrod.*

2. Ana-

2. Anagallis aquatica & Becabunga *Offic.* aquatica minor folio ſubrotundo *C. B.* Aquatica flore cœruleo, folio rotundiore minor *J. B.* Aquatica vulgaris ſive Becabunga *Park.* Aquatica ſive Becabunga *Ger.* Veronica aquatica rotundifolia Becabunga dicta minor *R. Synop.* Aquatica major folio ſubrotundo *H.Ox.* Bachbungen/Wasserbungen. In rivulis. Majo floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Calefacit, moderatè humectat. Uſus præcip. in Scorbuto, Urinam, Calculum renum & veſicæ inſigniter expellit; Menſes ciet, Fœtum mortuum ejicit, &c. *Schrod.*

II. *De Papavere.*

Notæ ſunt, florum petala ampla, tenuia, fugacia, ſuccus lacteus aut flavus, acer; calyx floris bifolius ſeu bivalvis, caducus, vis narcotica. R. Synop. p. 121.

1. Papaver album *Offic.* hortenſe ſemine albo, ſativum *Dioſcoridi*, album *Plinio C. B.* Sativum album *Ger.* Simplex album ſativum *Park.* Hortenſe ſimplex ſemine albo *H. Ox.* Sativum *J. B.* Weisser Mohn. In hortis ſeritur. Julio floret. *Uſu.* Folia, Flores, capita, ſemina, Succus denſatus Opium *Offic.* Eſt ſubſtantia ponderoſa, denſa, inflammabilis & ardens, partim reſinoſa, partim gummoſa, nigricans, odore ſoporiferum ac graveolens, ſapore amarum & acre. Inciſione capitum è vulnere facto ſponte exſtillat lac ſeu ſuccus, qui calore ſolis concreſcit. A Turcia ad nos adfertur. *Vires.* Herba, capita & Semina, refrigerare & humectare vulgò feruntur. Uſus præcip. in ſomno conciliando, in affectibus Pe-

ctoris ac Pulmonum, ac imprimis in Tussi, Raucedine, Phthisi; Hinc & in fluxu alvi. Extrinsecus in dolore leniendo, somno introducendo, &c. *Schrod.* Opium anodynum, narcoticum & sudorificum est; frigidum esse non potest, cum sit amarum, & inflammabile, cumque ex destillatione Oleum & Salem volatilem præbeat. Constat enim (ut alii volunt) ex particulis acribus, aëriis, spirituosis, salinis, & etiam viscosis; anodynum est, quod particulis suis viscosis involvit particulas Sanguinis acres dolores excitantes: narcoticum seu hypnoticum, quia particulis suis viscosis Spiritus animales implicat & sistit: sudorificum, quia particulis spirituosis sudores excitat. Verùm secundùm aliorum opinionem contra sudores Phthisicorum, ac in Sudore Anglico dicto utile est, quia in hisce affectibus spiritus sunt adeò subtiles ut ægrè possint contineri, hos autem opiata fixant. Alii ajunt contineri in eo Sulphur quoddam narcoticum, quod cum sit Spirituosum & etiam Sulphureum, acidum, inde fixantur Spiritus animales & Sanguis incrassatur. Vomitus excitat in corporibus salinis & biliosis ex concursu Sulphuris cum sale.

2. Papaver nigrum *Offic.* sativum nigrum *Ger.* Sativum simplex nigrum *Park.* Hortense nigro semine, sylvestre *Dioscoridi*, nigrum *Plinio* C. B. Hortense simplex semine nigro *H.Ox.* Schwartzer Mohn. In hortis seritur. Junio floret. *Usu.* Folia, Flores, capita, semina. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

3. Pa-

3. Papaver rubrum, Rhœas & erraticum *Offic.* Rhœas *Ger.* Erraticum Rhœas, sive sylvestre *Park.* Erraticum majus ῥοιὰς *Dioscoridi, Theophrasto* & *Plinio* *C. B.* Erraticum rubrum campestre *J. B.* Klapper-Rosen / Korn-Rosen. Inter segetes, Junio floret. *Usu.* Flores. *Vires.* Refrigerat validè, somnum conciliat, dolorem sedat. Usus præcip. in Febribus, Pleurisi, cui specificè prodest, Angina, &c. *Schrod.* Præp. Aqua, Syrupus.

4. Chelidonium majus *Offic. Ger.* Majus vulgare *Park. C. B.* Chelidonia *J. B.* Papaver corniculatum luteum Chelidonia dictum *R. Synop.* Schölkraut / Schwalbenkraut / Goldwurtz. In locis ruderatis. Aprili floret. *Usu.* Radix, Herba. *Vires.* Calefacit & siccat, validè abstergit, attenuat, saporis est acris & amari, visum acuit, Bilem per alvum & urinam educit. Hinc conducit in Ictero, obstructione Lienis & Epatis, Ureterum, &c. *Schrod.*

III. De *Tithymalo.*

Notæ sunt, vasculum seminale tricoccum in summo stylo, succus lacteus, acer. R. Synop. p. 124.

1. Esula major *Offic.* major Germanica *Ger. Park.* Tithymalus palustris fruticosus *C. B.* Magnus multicaulis, sive Esula major J. B. Grosse Wolffsmilch. In hortis Botanicis colitur. *Usu.* Radix oblonga, pollicem crassa, foris fusca, intùs pallida, lacte acerrimo, purgante & nauseoso turgida. *Vires.* Pituitam validissimè præcipuè per inferiora purgat & non sine cautione usurpatur.

S 3 2. Esu-

2. Esula minor, & Pityusa *Offic.* Tithymalus foliis Pini fortè *Dioscoridis* Pityusa C. B. Pineus *Ger.* Pityusa, Tithymalus pinea sive Esula minor *Park.* Tithymalus Cyparissiæ similis, Pityusa multis J. B. Kleine Wolffsmilch. In hortis frequens. *Usu.* Radix, Cort. Radicis, & Folia. Radix est oblonga, Esula majori tenuior, foris fusca, intùs ex flavo albescens, saporis paulò acrioris. *Vires.* Gustatu linguam & fauces ignea acrimonia adurit, assumpta verò tanta cum vehementia & simul molestia Hydropicorum aquas per Vomitus ac Sedes exterminat, ut non sine cautione usurpanda sit. Esulæ utræque corriguntur maceratione in acidis.

3. Cataputia minor & Lathyris *Offic.* minor *R. H.* Lathyris major C.B. Major hortensis *Park.* Sive Cataputia minor *Ger.* Tithymalus latifolius Cataputia dictus *Herm. Cat.* Spring-Kraut/ Spring-Körner / Treib-Körner. In hortis frequens oritur. *Usu.* Semina seu grana oblonga, rotunda, Piso majora, includentia sub pellicula corticosa nucleum album, pinguem, saporis subdulcis, acris, nauseosi. *Vires.* Vim habent catharticam validam; hæc grana ut & aliæ Tithymalorum Species in usu rarò veniunt.

4. Tithymalus *Offic.* Helioscopius *Ger. Park.* C. B. Helioscopius sive solisequus J. B. Sonnenwendt/ Wolffsmilch. In hortis frequentissima est. *Usu.* Herba. *Vires.* Cum Tithymalis viribus convenit. Succus ad Verrucas commendatur *R. Cat. p. 286.*

5. Esula Indica *Bontii*, ex quâ lacryma flava

Guttæ

Guttæ Gemoy affinis, vel eadem, emittitur, ſed hic notandum cum *D. Syen* duplicem *Gotta Gummi vel Gutta Gamba* à Mercatoribus vendi, viz. Vulgarem ab Eſulæ Indicæ affini planta collectam, ab Indis *Lonam Cambodia* vocatam. Alteram verò præſtantiorem, quæ ab Arbore Orientali *Codam pulli*, & *Careapuli*, ſeu *Kanna Ghoraka* funditur, quâ ſuo loco.

IV. De Euphorbio.

Foliis longis craſſis & ſpinoſis ab aliis differt.

Euphorbium *Offic.* verum Antiquorum. *R. H. p.* 873. Indicum Opuntiæ facie, caule geniculato, triangulari *Breyn. Prod.* 2. Tithymalus Mauritanicus, aphyllos, anguloſus & ſpinoſus, ex quo Euphorbium Officinarum *Herm. Cat.* Schadida-Calli *H. M.* An Tithymalus Africanus ſpinoſus, Cerei effigie, ex *Cod. Compton. Plukenetii in Phytograph. Tab.* 231. *Fig.* 1. Euphorbium. In India Orientali & Mauritania creſcit. *Uſu.* Succus eſt ſubſtantia gummoſa & reſinoſa, concreta in guttas pallidè flaveſcentes, varia forma, ſaporis acerrimi, exurentis, nauſeoſi, odoris nullius. *Vires.* Inſignem quidem vim obtinet ſerum ac aquas ex toto corpore purgandi, non niſi tamen Hydropicis robuſtioribus conceditur: Externè in Carie Oſſium uſus ejus egregius eſt. Naribus admotum Sternuationem excitat. Corrigitur acidis. Alias Euphorbii ſpecies invenio in *Horto Malabarico* ſub nomine *Ela-Calli.* Tom. 2. fig. 43. p. 83. & apud *Clariſſimum Plukenetium in Phytograph. Tab.* 230. *fig.* 5.

Sarcocollam officinarum è Tithymalo Persico spinoso provenire affirmant nonnulli.

V. De *Ruta*.

N*Otæ sunt*, *Vasculum seminale in quaterna loculamenta partitum, quæ superiore parte aliquousque disjuncta sunt, & in angulos elata; folia in plures lobos seu segmenta divisa, glabra, glauca, odore vehementi.* R. H. p. 874.

1. Ruta hortensis & vulgaris *Offic.* Hortensis *Ger.* Hortensis major *Park.* Hortensis latifolia *C.B.* Hortensis major latifolia *H. Ox.* Sativa vel hortensis J. B. Garten-Raute / Wein-Raute. In hortis. Junio floret. *Usu.* Herba; Semina sunt parva, recurva, aut semilunata, coloris nigricantis, saporis amaricantis, aromatici, ingrati odoris gravis. *Vires.* Alexipharmaca, Cephalica, ac Nervina est. Usus præcip. in variis morbis, Peste, aliisque affectib' malignis præservandis ac curandis, Veneno arcendo, visu acuendo, lascivia reprimenda, pleuritide curanda, imbecillitate ventriculi corrigenda, colica discutienda, Morsu canis rabidi debellando, &c. *Schrod.*

2. Ruta sylvestris Harmel. *Offic.* sylvestris flore magno albo C.B. Sylvestris Syriaca, sive Harmala *Park.* Quæ dici solet Harmala J. B. Harmala *Ger.* Wilde Raute. In hortis Botanicorum. Julio floret. *Usu.* Herba. Semina parva, angulosa, nigricantia. *Vires.* Scribunt Arabes hujus semine inebriari homines, adeò ut subinde diutius dormiant: maximeque confert in Melancholia.

VI. De

VI. De *Plantagine.*

NOtæ ſunt, flores ſtaminoſi, in ſpicas congeſti, floſculorum tubi in vaſcula ſeminalia elliptica (quæ per maturitatem horizontali ſectione in medio diſſiliunt) intumeſcentes; ſemina intus bina, puliciformia. R. Synop. p. 125

1. Plantago latifolia, vulgaris, terreſtris, & Septinervia *Offic.* latifolia vulgaris *Park.* Latifolia *Ger.* Latifolia ſinuata *C. B.* Major folio glabro non laciniato, ut plurimum *J. B.* Breit blättericht Wegerich. Ad vias ubique. *Uſu.* Radix, Folia, Semina. *Vires.* Refrigerant & ſiccant, Epatica ſunt ac Vulneraria. Uſus præcip. in fluxionibus cujuſcunque generis. *Schrod.*

2. Plantago anguſtifolia Quinquenervia *Offic.* Quinquenervia *Ger.* Quinquenervia major *Park.* Major anguſtifolia *C. B.* Lanceolata *J. B.* Schmal blätterricht Wegerich. In paſcuis. *Uſu.* Herba. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

3. Coronopus *Offic.* hortenſis *C. B.* Vulgaris ſive Cornu Cervinum *Park.* Sive Cornu Cervinum vulgò Spicâ Plantagineâ *J. B.* Cornu Cervinum *Ger.* Plantago foliis laciniatis Coronopus dicta. *R. Synop.* Kräen-Fuß. In arenoſis. *Uſu.* Folia. *Vires* Cum Plantagine viribus convenit.

VII. De *Pſyllio.*

CAulibus folioſis, foliis anguſtis, binis oppoſitis, florum ſpicis è foliorum alis egreſſis à reliquis differt. R. H. p. 878.

Psyllium *Offic.* vulgare *Park.* Majus erectum C. B. J. B. Sive Pulicaris herba *Ger.* Plantago caulifera Psyllium dicta *R. H.* Psylien oder Flöh-kraut. In hortis Botanicis. *Usu.* Semina parva, oblonga, lucida, ex fusco nigricantia, saporis mucilaginosi, simulque acris, & nauseosi. *Vires.* Evacuat bilem flavam, mucilagineque sua acrimoniam humorum obtundere aptum est. Hinc convenit maximopere in Dysenteria & Corrosione intestinorum. *Schrod.*

VIII. De *Cuscuta.*

Longissimis filamentis, aphyllis contiguis plantis sese circumvolvens floribus monopetalis, tetrapetaloidibus, vasculis seminalibus rotundis à reliquis discriminatur.

1. Cuscuta *Offic. Park.* Major *C. B.* Sive Cassutha *Ger. J. B.* Filtz-Kraut/ Dottern/Flachs-Seide. In Ericetis. *Usu.* Herba. *Vires.* Splenetica imprimis est, hinc Hepatica. Abstergit, subastringit, aperit, Melancholicum humorem corrigit, utilis in Scabie, Ictero nigro, obstructionibus Epatis ac Lienis. *Schrod.*

2. Epithymum *Offic.* sive Cuscuta minor *C. B.* Thym-Seide. *Usu.* Integræ Plantæ seu filamentorum rufforum. *Vires.* Purgat blandè Melancholicos & serosos humores. Usus præcip. in scabie, ulceribus, affectibus Melancholicis in Hypochondriorum & Lienis passionibus & obstructionibus. *Schrod.*

SECTIO DECIMA NONA.

De Herbis flore papilionacco, seu leguminosis.

FLores hi Papilionacei dicuntur, quia Papilionem alis expansis quadantenus referunt. Folia seu petala his difformia sunt, nec figurâ, nec situ inter se convenientia, numero quatuor, verùm ad ungues juncta. R. Synop. p. 127.

Herbæ flore papilionaceo sunt vel
- Scandentes,
  - Volubiles, quæ perticis aut plantis vicinis se circumvolvendo, à dextra sinistram versùs scandunt, trifoliæ, semine reniformi: *Phaseolus.*
  - Capreolatæ, quæ capreolis plantas vicinas arripiunt foliis
    - Glaucis, glabris, caule æquali, foliis pinnatis, pinnis paucis, in hoc genere maximis, duabus præcipuè ad ῥάχεως exortum caulem amplexantibus, caulibus majoribus & fistulosis; *Pisum.*
    - Viridioribus & hirsutis, è minoribus & pluribus pinnis compositis, semine
      - Tumidiore, globoso, siliquis pro plantæ modo longioribus; *Vicia.*
      - Compresso, & pro plantæ modo grandi, siliquis brevibus; *Lens.*
- Non scandentes, foliis
  - Digitatis aut pinnatis, siliquis ad singulos flores
    - Simplicibus, unico alveolo unicam seminum seriem continentibus, siliquis articulis non interceptis, visui expositis
      - Erectis, foliis

a b c

a b c Digitatis, caule tereti, floribus in summis caulibus & ramulis in spicas digestis, semine amaro; *Lupinus*.

Pinnatis, pinnis

Majoribus, conjugationibus paucioribus, floribus è foliorum alis exeuntibus, siliquis & seminibus maximis, caule anguloso inani; *Faba*.

Minoribus & pluribus, radice

Dulci repente lutea, caule procero, siliquis brevibus compressis; *Glycyrrhiza*.

Insipida, saltem non dulci, floribus spicatis, siliquis tenuioribus; *Galega*

Propendentibus

Nodosis, torulis seminum protuberantibus velut articulatis; *Orobus*.

Æqualibus seu planis, brevibus, tumidis & vesicarum instar inflatis; *Cicer*.

Geminatis, duplicem seminum seriem continentibus, floribus albis, siliquis glabris, curtis, foliis pinnatis, spinosis; *Tragacantha*.

Trifoliatis, quæ terna duntaxat folia habent in extremo pediculo, floribus

In spicas congestis, seminibus & siliquis

In calycibus occultatis, spicis

Mollibus & villosis; *Lagopus*.

Lanugine nullâ aut rariore obsitis, calycibus strigosioribus & striatis; *Trifolium*.

Expositis, & extra calyces apparentibus, floribus in spicis è foliorum alis egressis, pendulis, odoratis, siliquis seu vasculis seminâlibus scabris, aut rugosis; *Melilotus*.

Sparsis & rarius sitis, siliquis rectis aut nonnihil incurvis,

Productioribus, compressis, seminibus lineâ ab angulo ad angulum depressâ sulcatis; *Fœnum Græcum*.

Brevioribus, semine reniformi; *Anonis*.

I. De

I. *De Phaseolo.*

N*Otæ sunt, caulibus scandere, trifoliis esse, semina habere reniformia, siliquas simplices.* R. H. p. 884.

1. Phaseolus *Offic.* albus *Ger.* Vulgaris *Park.* Smilax hortensis sive Phaseolus major C. B. Hortensis J. B. Faselen oder Türckische Bohnen. In hortis seritur. Julio floret. *Usu.* Siliqua. *Vires.* Aperit, digerit, Urinam ciet, menses movet.

2. Couhage *Vulgò* Phaseolus Zurratensis, siliquâ hirsutâ, *R. H. p. 887.* Siliquâ hirsutâ *Park.* Pruritum excitans hirsutie siliquarum *Ger. emac.* Zurratensis siliquâ hirsutâ pungente *H. Ox.* Utriusque Indiæ lobis villosis pungentibus minor *P. B. P.* Nai corana *H. M.* In India Orientali oritur, unde siliquæ ad nos delatæ.

II. *De Piso.*

N*Otæ sunt, folia glauca, glabra, pinnis amplissimis, caulem adeò arctè amplectentia, ut ab iis transadigi videatur, è paucioribus & majoribus in hoc genere lobis composita; caulis quàm congeneribus major & fistulosior.* R. Synop. p. 127.

Pisum *Offic.* arvense flore candido, fructu rotundo albo C. B. Minus *Ger.* Vulgare parvum album arvense J. B. Sylvestre primum *Park.* Erbsen. In arvis copiosè seruntur. *Usu.* Semina. *Vires.* In culinis potius quàm Officinis reperiuntur.

III. De

III. De Vicia.

NOtæ sunt, folia non cæsia seu glauca, ut in Piso, sed viridiora, è minoribus & pluribus pinnis composita. R. Synop. p. 129.

Vicia *Offic. Ger.* vulgaris sativa *Park. J. B.* Sativa vulgaris semine nigro *C. B.* Major vulgaris sativa *H. Ox.* Wicken. In arvis seritur. *Usu.* Semina.

IV. De Lente.

SEmine compresso & pro plantulæ modo grandi, siliquis latis, brevibus, cum binis plerumque duntaxat seminibus à reliquis differt. R. Synop. p. 130.

Lens *Offic. H. Ox. J. B.* minor *Ger. Park.* Vulgaris *C. B.* Linsen. Seritur in agris. *Usu.* Semina.

De Herbis flore papilionaceo non scandentibus.

V. De Lupino.

NOtæ sunt, folia digitata, caules teretes, flores in summis caulibus & ramulis in spicas digesti, siliquæ erectæ. R. Hist. p. 906.

Lupinus *Offic.* sativus *Ger.* Sativus albus *Park.* sativus flore albo *C. B.* Vulgaris semine & flore albo, sativus *J. B.* Vulgaris sive sativus albus *H. Ox.* Lupinen / Feig-Bonen. In hortis seritur. Junio floret. *Usu.* Semina alba, plana, compressa, rotunda, saporis amaricantis. *Vires.* Menses & fœtum elicit. Lumbricos pellit. Ex-

Externè Achores, Pustulas, Psoras, Gangrænas, & Ulcera maligna juvat.

VI. De Faba.

Notæ sunt, siliquæ erectæ, crassæ; semen maximum, ad latera compressum, cum hilo magno in extremo; caules angulosi, firmi, concavi. R. Synop. p. 130.

Faba *Offic.* C. B. major hortensis *Ger. Park.* Faba, Cyamos leguminosa J. B. Bohnen. In hortis in usum culinæ copiosè seritur. *Usu.* Flores, Siliquæ, Fabæ. *Vires.* Emplastica est, refrigerat & siccat, incrassat, exterget, utilis intra corpus in Diarrhœa, Lienteria, &c. Extra in maculis à sole contractis, aliisque cutis sordibus extergendis, *&c. Schrod.* Aqua siliquarum tormina infantum mitigat.

VII. De Glycyrrhiza.

Notæ sunt, radices dulces, repentes, luteæ; siliquæ breves, compressæ, erectæ. R. Synop. p. 131.

Glycyrrhiza & Liquiritia *Offic.* vulgaris *Ger. Park.* Siliquosa vel Germanica *C. B.* Radice repente, vulgaris Germanica *J. B.* Süß Holtz/ Süß-Wurtzel / Lachritzen. In hortis. Floret Julio. *Usu.* Radix, Succus inspissatus. Radix est oblonga, sarmentosa, digitali crassitie, coloris flavescentis, saporis subdulcis. Duæ species succi inspissati in Officinis nostris reperiuntur; una in Anglia confecta ex decocto sarmentosarum radicum cum pulpa Prunorum mixta, & in Pilulas formata; altera ex Hispa-

Hispania ad nos in laterculos aut rotulas adfertur. *Vires.* Pulmonica ac Nephritica est, acrimoniam mitigans, expectorationem promovens, adsperitatem leniens, alvum infantum leniter molliens. Usus præcipuè, in Tussi, Raucedine, Vesicæ erosione, Urinæ acrimonia. *Schrod.*

VIII. De Galega.

N*Otæ sunt, Flores spicati, penduli, siliquæ erectæ, teretes, tenues.* R. H. p. 911.

Galega & Ruta capraria *Offic.* Galega *Ger. J. B.* Vulgaris *C. B. Park.* Geißrauhten / Flecken-Kraut. In hortis non infrequens seritur. Junio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Celeberrimum est Alexipharmacum ac Sudorificum, Venenum imprimis pestilentiale insigniter discutiens. Usus ejus præcipuus in Petechiis expellendis, aliisque Morbis pestilentialibus, ipsaque Peste curanda, in Morbillis, in Epilepsia infantum, in ictibus serpentum, in Lumbricis, quos etiam extrinsecùs applicata fugat.

IX. De Orobo.

N*Ota est, siliqua nodosa, torulis seminum protuberantibus, velut articulata.* R. H. p. 915.

Orobus & Ervum *Offic.* siliquis articulatis, semine majore C. B. Receptus Herbariorum *Ger.* Vulgaris Herbariorum *Park.* Sativus sive Ervum semine anguloso, siliquis inter grana junctis *H. Ox.* Sive Ervum multis J. B. Erwen. In hortis sed rarius. Junio floret. *Usu.* Semina seu grana angulosa, subrotunda, fusca, spadicea; saporis leguminosi, subamaricantis, & ingrati.

Vires.

Vires. Ob farinaceam ſubſtantiam reſpondent Fœnugræco, continent quoque Sal diureticum, ideo commendantur ad pellendum calculum.

X. De Cicere.

NOtæ ſunt, folia pinnata hirſuta, dentata, ſiliquæ breves, teretes, turgidæ.

1. Cicer album *Offic.* ſativum *C. B. Ger.* Arietinum *J. B.* Sativum album *Park.* Weiſſe Zieſer Erbſen. In hortis curioſorum. *Uſu.* Semina ſed rarius.

2, Cicer rubrum & nigrum *Offic.* arietinum nigrum vel rubrum *Park.* Rohte und graue Zieſer Erbſen. In hortis Junio floret. *Uſu.* Semina. *Vires.* Jus eorum Ictericos juvat: Decoctum Lumbricos ejicit, Menſes & fœtus educit, & lac gignit. In Cataplaſmatis Pſoras, Lichenes, Parotides ſanant, Teſtes inflammatos diſcutiunt, Ulcera maligna conſolidant. *R. H. p.* 918. Diuretica ſunt ac lenientia, proin conducibile eſt eorum decoctum Nephriticis. *Schrod.*

XI. De Indico ſive Indigo.

NOtæ ſunt, folia pinnata, floſculi exiles admodum Meliloti ſimiles; ſiliquæ breves, membranis intergerinis diſtinctæ; ſemina ex tereti quadrata.

Indicum *Offic.* Nil ſive Anil, Glaſtum Indicum *Park.* Sive Anil, ſive Indigo Indica *H. Ox.* Anil ſive Nil, Indorum color *J. B.* Caachira prima *Piſ.* Herva de Anil Luſitanis *Marg.* Xivhquilith pitzahac ſive Anil tenuifolia *Hern.* Colutea Indica herbacea ex qua Indigo *Herm. Cat.* Seſ-

ban aniliferum Indicum Coronellæ foliis vel Indigo Indica *Breyn.* 2. *P.* Ameri *H. M.* Polygala Indica frutescens *Hermanni R. H. p.* 926. Phaseolus Americanus vel Brasilianus Sextus *C. B.* Isatis Indica foliis Rorismarini, Glasto affinis *ejusdem.* Blau Indigo. In India tam orientali quàm occidentali colitur. *Usu.* Fæx seu Pigmentum cœruleum, sed rariùs in medicinam venit; præcipuus ejus usus est ad pannos linteos cœruleo colore tingendos. Parandi ejus Pigmenti referente *Hernandez* hic est modus. *Folia incisa in abenum cortinamve ferventis aquæ, sed jam ab igne sepositæ, tepentisve aut melius (ut rei affirmant periti) frigescentis neque ignem expertæ conjiciuntur, concutiunturque vehementer rutris, ac paulatim aqua infecta transfunditur in testam aut dolium, & tandem per foramina paulò subliminora effuso humore, quicquid è foliis discessit, permittitur residere. Fæx illa Pigmentum est: siccatur id sole, & sacco cannabino percolatur, mox efformantur parvæ rotæ, quæ catinis superpositis carbonibus solidartur, ut recondi tandem queant in annuos usus. Vires.* Partium tenuium est & facilè penetrat; Hinc Ictericis affectibus prodesse ajunt. Fluxiones mirè sistit, nam valdè astringit; ut Lochiis nimium fluentibus & alvi uterique procidentiæ decantatum remedium præbeat. *Ephem. Germ. A.* XI. *Obs.* 113. Pigmentum hoc venenosæ qualitatis particeps a Medicis antehac haberi solitum. Dicitur aliàs corrosivum inquit *Paulus Ammannus.* Hinc *Electores Saxoniæ* expressè prohibuerunt, ne Mercâtores *Indicum* in regiones hasce adveherent.

De

De Herbis flore papilionaceo non scandentibus siliquis geminatis.

XII De Tragacantha.

Folia habet pinnata, Viciæ in modum, costâ mediâ, cui pinnulæ annexæ sunt in longam, rigidam, acutam spinam, procurrente; siliquas geminatas, duplici alveolo duplicem seminum seriem continentes. R. Hist. p. 933.

Tragacantha *Offic. C. B.* vera *Park.* Massiliensis *J. B.* Massiliensis foliis incanis, perseverantibus seu non deciduis, flore albo *H. Ox.* Sive Spina hirci *Ger.* Dragant oder Bocks Dorn. In hortis curiosorũ sed rarius. *Usu.* Gummi est Substantia gummosa, pallida, variæ formæ, saporis mucaginosi. Exudat ex radice plantæ incisæ, & ex Turcia ad nos adfertur. *Vires.* Humectat, lenit, cutis spiracula obstruit, acrimoniam mitigat, incrassat, hinc in Raucedine & Hæmoptysi, Asperitate faucium & in Stranguria conducit.

Herbæ flore papilionaceo non scandentes trifoliæ.

XIII. De Trifolio.

Floribus summo pediculo in spicas congestis, seminibus in calicibus occultatis, & ternis foliis in extremo pediculo à reliquis differt.

1. Trifolium vulgare *Offic.* Pratense *Ger.* Pratense purpureum *C. B.* Pratense purpureum vulgare *H. Ox. Park.* Purpureum vulgare *J. B.* Gemeiner Klee. In pratis. Junio floret. *Usu.* Herba.

2. Lagopus & Pes Leporinus *Offic.* vulgaris *Park.* Trifolius quorundam *J. B.* Lagopodium sive Pes Leporis *Ger.* Trifolium arvense, humile, spicatum, sive Lagopus *C. B.* Lagopoides purpureum arvense, humile, annuum sive Lagopus minimus vulgaris *H. Ox.* Haasen Fuß/ Haasen Klee. In arvis. Julio floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Siccat & adstringit. Usus præcip. in profluvio Alvi, Uteri, Fluore albo, Dysenteria, Hæmoptysi, Stranguria, Ulceratione Vesicæ, &c. *Schrod.*

XIV. De *Meliloto.*

Notæ sunt, Flores penduli in spicis è foliorum alis egressis siliquæ seu folliculi breves, scabri rugosive. R. Synop. p. 135.

1. Melilotus *Offic.* vulgaris *Park.* Germanica *Ger.* Officinarum Germaniæ *C. B.* Trifolium odoratum sive Melilotus vulgaris, flore luteo *J. B.* Odoratum, seu Melilotus fruticosa lutea vulgaris, vel Officinarum *H. Ox.* Stein Klee. Ad sepes & inter segetes. Julio floret. *Usu.* Herba, Flores. *Vires.* Emollit, discutit, dolores mitigat. Usus creberrimi præcipuè extrinsecus, in tumoribus, doloribus, &c. *Schrod.*

2. Lotus urbana & Trifolium odoratum *Offic.* Hortensis odora *C. B.* Sativa odorata annua *J. B.* Trifolium odoratum *Ger. Park.* Melilotus major,

major, odorata, violacea *H. Ox.* Siebengezeit. In hortis ſeritur. Junio floret. *Uſu.* Herba, Semen. *Vires.* Alexipharmaca, anodyna, diuretica ac Vulneraria eſt.

XV. De *Fœnu Græco.*

NOtæ ejus ſunt, ſiliquæ productiores, incurvæ, compreſſæ, ſeminibus anguloſis, lineâ ab angulo ad angulum depreſſâ ſulcatis, repletæ R. H. p. 954.

Fœnugræcum *Offic. J. B.* Fœnumgræcum *Ger.* Sativum *C. B. Park.* Bocks-Horn oder Mutter Kraut. In arvis ſeritur. Julio floret. *Uſu.* Semen. *Vires.* Emollit, digerit, maturat, diſcutit, Paregoricum eſt, crebrique uſus in clyſteribus emollientibus &c. *Schrod.* Dolorem Iſchiadicum mitigat & Tumorem mammarum diſcutit.

XVI. De *Anonide.*

SIliquis brevioribus, ſeminibus deliquium paſſis à reliquis differt. R. Synop. p. 136.

Ononis & Areſta bovis *Offic.* Anonis ſive Reſta bovis *Ger.* Sive Reſta bovis vulgaris, purpurea & alba ſpinoſa *J. B.* Spinoſa flore purpureo *C. B. Park.* Purpurea vulgaris ſpinoſa flore purpureo, ſiliquis erectis lentiformibus *H. Ox.* Stall Kraut/ Ochſen Kraut/ Hew-Hechel. In paſcuis ſterilioribus. Junio floret. *Uſu.* Radix, Herba. *Vires.* Abſtergit, attenuat, diſcutit. Uſus præcip. in Diureſi, Lithiaſi, Ictero, obſtructione Epatis, in carnoſo Ramice abſumendo. Hæmorrhoidibus cæcis, Mariſciſve diſcutiendis. Extrinſecus in putredine oris ac dolore Dentium. *Schrod.*

XVII. De Fumaria bulbosa.

NOtæ sunt, flores Spicati ad Papilionaceos accedentes, calcaribus retrorsum productis quorum medio circiter tubo pediculus inseritur, siliquæ bivalves, folia dissecta aut pinnata. R. H. p. 974.

Fumaria bulbosa *Offic. Schrod.* Bulbosa radice cava major *B. C.* Bulbosa, radice cava flore purpurascente & albo *J. B.* Tuberosa major, radice cava *H. Ox.* Radix cava major alba & purpurea *Ger.* Cava major flore albo & carneo *Park.* Hollwurtz. Colitur in hortis. Aprili floret. *Usu.* Radix. *Vires.* Calefacit, siccat, abstergit, subastringit, aperit. Epatica est, Uterina, Alexipharmaca, sudorifera, diuretica, & vulneraria. Usus præcip. in ciendis mensibus, lochiis, fœtum mortuum expellit, Ictero medetur, sanguinem mundificat, adeoque & Scabiei succurrit. Extrinsecus commendatur quàm maximè ad vulnera etiam inveterata, & fistulosa, utpote quæ mundificat & consolidat; ad Scabiem, ad dolores podagricos (à frigidis humoribus) ad sanguinem coagulatum in contusionibus, ad putredinem oris. *Schrod.*

SECTIO

SECTIO VIGESIMA.

De Herbis Pentapetalis vasculiferis.

Titulus bis pro Nota characteristica sufficit. R. Meth.

Florem Pentapetaloidem dicimus potiùs quàm pentapetalon, quia folia seu petala florem componentia ad ungues juncta sunt, adeò ut flores integri decidant. R. Method. p. 144.

Herbæ Pentapetalæ sunt
- Veræ, i,e. petalis ad ungues disjunctis, foliis
  - Integris in caule conjugatim dispositis, flore pentapetalo, terrestres, calice
    - Integro, concavo seu fistuloso,
      - Oblongo & cylindraceo; petalis margine extremo incisis; vasculo itidem seminali cylindraceo, angustifolio, folio glauco, gramineo, seminibus compressis, rugosis, nigris; *Caryophyllus.*
      - Tumidiore; pericarpio pyriformi; summa parte per maturitatem se aperiente in oras dentatas, seminibus turgidioribus, florum petalis bifidis; *Lychnis.*
    - Ad modum floris expanso in plura segmenta
      - Fruticosæ, superficie perenni; flore specioso, caduco, majore & elatiore, capitulis pentagonis; *Cistus Ledum.*
      - Herbaceæ, superficie annua; seminis conceptaculo
        - E tribus carinis composito, flore flavo, comâ tritâ velut cruentante; *Hypericon.*
        - Bivalvi, flore itidem flavo, foliis salicis oblongis, ad genicula interdum ternis aut quaternis; *Lysimachia.*
        - Simplici, semina in medio sita exteriùs protegente; florum petalis.

a b

Disjun-

a b

Disjunctis, bifidis, colore albis; *Alsine.*
Ad ungues junctis, integris; in singulis foliorum alis singulis; *Anagallis.*

In caulibus nullo aut alterno ordine positis, vasculo seminali,

Simplici, i.e. non diviso in loculamenta, quod per maturitatem horizontaliter rumpitur; flore flavo, calice bivalvi, foliis crassis, lævibus, extremis subrotundis; *Portulaca.*

Diviso in loculamenta,

Bicorni; foliis

Teretibus, crassis, succulentis; *Sedum.*
Minus succulentis, subrotundis, crenatis; *Cotyledon.*

Tricocco, flore pentapetalo,

Uniformi, specioso, seminibus mollissima lanugine candida intermixta; *Xylon.*
Difformi, calcari donato, odorato; *Viola.*

Pentacocco loculamento vel

Rostrato; *Geranium.*
In quinque cellulas plura semina continentes diviso, suntque vel

Corniculato, i. e. singulis loculamentis summa parte corniculatis; *Nigella.*
Plano, calice tumido & velut inflato vesicæ instar, flore specioso; *Alcea Indica.*

Decem, totidem semina continentia dispertito; flore caduco; seminibus oblongis, compressis, splendentibus, colore melino; *Linum.*

Anomalæ, sive petalis ad ungues junctis

Terrestres, foliis

Integris, caulibus

Nudis, flore è tubo oblongo in quinque lacinias seu folia bifida expanso; foliis rugosis, texturæ rarioris; floris calyce oblongo, concavo, striato; *Paralysis.*

Foliis vestitis

a b

Adversis

a b Adversis seu binis in caulibus oppositis

Siliquosæ, succo limpido,

Lanigera & elatior, flore parvo, siliquis singularibus, Ciconiæ rostrum referentibus; *Asclepias.*

Humilior, provoluta & repens, foliis glabris, flore amplo, siliqua bicorni; *Clematis Daphnoides.*

Pericarpiis semine minutissimo refertis, floribus in summis caulibus & ramulis crebris, sapore amaro insignes, flore è tubo oblongo in quinque segmenta acuta expanso; *Centaurium Minus.*

Alternis, floribus in thyrsis oblongis confertis, pericarpio bivalvi turbinato; *Verbascum.*

Ternis in uno pediculo, vasculo pentagono, sapore acido; *Lujula.*

Aquaticæ, foliis

Ternis, floribus in thyrso speciosis; *Trifolium paludosum.*

Integris, subrotundis,

Flagellis reptatricibus, in alis foliorum florens; *Nummularia.*

Caulibus nudis erectis, floribus albis unam partem spectantibus, vasculis seminalibus oblongis, seminibus minutissimis repletis; *Ros Solis.*

Herbæ pentapetalæ foliis in caule ex adverso binis.

I. De Cariophyllo.

Notæ sunt, calyx floris oblongus, cylindraceus, lævis, integer, in margine duntaxat summo dentatus, vasculum itidem continens oblongum, cylindraceum; Petala margine extremo incisa aut laci-

 niata;

niata; semina compressa, rugosa, per maturitatem nigra. R. H. p. 986.

Caryophyllus ruber, Veronica, & Tunica *Offic.* Hortensis *Park.* Multiplex *Ger.* Altilis major *C. B.* Betonica coronaria sativa, sive Caryophylleus flos *J. B.* Nágel-Blumen/ Nelcken. In hortis colitur. Julio floret. *Usus* est Floris. *Vires.* Cephalici flores sunt ac Cordiales. Usus præcip. in Vertigine, Apoplexia, Epilepsia, Paralysi, aliisque capitis & Nervorum affectibus. In Syncope, ac Palpitatione cordis: fugant Lumbricos, allevant partum. In Ventriculi imbecillitate, Cardialgia, Febribus pestilentibus, &c. *Schrod.*

II. De Lychnide.

NOtæ sunt, Calyx floris integer, striatus & tumidior; vasculum seminale, pyriforme, summa parte se aperiente in oras dentatas, seminibus turgidis repletum. R. Synop. p. 139.

1. Behen album *Offic. Ger.* Been album Officinarum *J. B.* Lychnis sylvestris quæ Been album vulgò *C. B.* Sylvestris perennis quæ Been album vulgò *H. Ox.* Papaver spumeum vulgò *Herm. Cat.* Spumeum, sive Ben album vulgò *Park.* Marien Rößlein oder Wiederstoß. Inter segetes. Julio floret. *Usu.* Radix, quæ Modernis Behen album nominatur ad differentiam alterius, quod rubrum dicitur, quodque Limonium Herbariis censetur, ut superiùs ostendimus: neutrum tamen Verum Been Arabum est non Veteribus solùm, ut in Capite de Limonio ostendimus, sed, etiam Modernis quid sint

sint hæ radices inter se minimè convenit, alii enim Behen album Lychnidis sylvestris quam *Lob.* Papaver spumeum vocat, alii Angelicæ, alii Eryngii, alii Zedoariæ, alii Pastinacæ sylvestris speciem esse autumant. Nos verò cum Neotericis Radicem hujus Lychnidis, vel ipsum Behen album esse, vel pro succedaneo ejus haud temerè usurpari posse opinamur.

2. Saponaria *Offic. Ger.* major lævis *C. B.* Vulgaris *Park. J.B.* Vulgaris simplex *H.Ox.* Lychnis Saponaria dicta *R. Synop.* Lychnis Saponaria dicta major vulgaris simplex *Herm. Cat.* Seiff Kraut. Juxta torrentes nascitur, sed rarius. Julio floret. In *Usu* sunt, Radices, Herba. *Vires.* Strenuè attenuat, aperit, sudorifica est. Usus in Asthmate, Utero & mensibus ciendis, in Lue Venerea. Extrinsecus ptarmica est, tumores ac præcipuè pannos discutit.

III. *De Cysto Ladanifera,*

Notæ sunt, Fruticosum esse & substantiâ lignea florem habere pentapetalon amplum & quasi roseum, caducum; capitula pentagona. R.H. p.1006.

Cistus Ledon Cretense *C.B.* Latifolium Creticum *J. B.* Quartum *Clusii Ger.* Ladanifera Cretica vera *Park.* Cisten Rößlein. Ex foliis hujus plantæ in Insula Creta exudat Resina illa odorata *Laudanum* & *Labdanum* in Officinis nostris dicta, quæ in Catalogo simplicium nescio quo casu omissa est. Laudatur odoratum, odore valido sed suavi, inflammabile, accensumque gratum odorem halans, pingue, facilè mollescens,

ſcens, friabile, colore ex purpureo fuſco. *Vires.* Emollit, digerit, maturat, attenuat, orificia venarum reſerat, inſpiſſat. Uſus præcip. in capite humido ac catarrhoſo, in Dyſenteria, &c. Extrinſecus ejus uſus eſt in Emplaſtris emollientibus, Anodynis, Tuſſim ſedantibus, in Alopecia, in Odontalgia, in Cardialgia, doloreque ventriculi, in ſuffocatione Uteri, cicatrices curat. *Schrod.* Vide plura apud *Bellonium* in *Itinerario*; & *Johannem Bauhinum in Hiſtoriâ Univerſali.*

IV. De Hyperico.

NOtæ ſunt, flores flavi ſtaminibus multis cum ſtylo triplici: vaſculum ſeminale è tribus partibus compoſitum; coma attritu ſanguineum ſuccum reddens. R. Synop. p. 142.

Hypericum *Offic. Ger.* Vulgare *C. B. Park.* Vulgare ſive Perforata caule rotundo, foliis glabris *J. B.* S. Johannis Kraut. In dumetis & ad ſepes. Julio floret. In *Uſu* ſunt, Herba, Flores, Semen. *Vires.* Eſt partium tenuium, Diureticum ac Vulnerarium, Uſus præcipui in Vulneribus munificandis, conſolidandis, in Sanguine coagulato reſolvendo, in calculo renum atterendo, in Lumbricis fugandis. Extrinſecus in contuſionibus, (præcipuè Nervorum) in Tremore, in vulneribus. Tinctura florum in Maniâ.

V. De Lyſimachia.

HUjus notæ ſunt, capſulæ bivalves, flores lutei, folia Salicis oblonga, ad genicula interdum terna aut quaterna. R. Synop. p. 144.

Lyſi-

Lysimachia *Offic.* lutea *Ger. J. B.* Lutea major, quæ *Dioscoridis C. B.* Lutea major vulgagaris *Park.* Gelb Widerich. Ad rivos. Junio floret. *Usu* est herba. *Offic.* Vulneraria est, sed in *Usu* rarò occurrit.

VI. De *Anagallide*.

NOtæ sunt, folia ex adverso bina, subtus maculosa, Flores in singulis foliorum alis singuli, pediculis longis, tenuibus, hærentes petalis ad ungues junctis, adeò ut flores integri decidant: Vascula seminalia per maturitatem transversim seu horizontaliter dissilientia. R. Synop. p. 145.

1. Anagallis terrestris mas *Offic.* mas *Ger.* Flore phœniceo *C. B. Park.* Phœnicea mas J. *B.* Rohter Gauchheil / Vogel Kraut. In arvis. Junio floret. *Usus* est Herbæ. *Vires.* Alexipharmaca ac Pulmonica est, moderatè calida & sicca; unde & pro Vulneraria habetur.

2. Anagallis terrestris fœmina *Offic.* fœmina *Ger.* Cœruleo flore *C.B. Park.* Cœrulea fœmina *J. B.* Blau Gauch-Heil. In arvis sed rarius. *Usus* est Herbæ; & *Viribus* cum priore convenit.

VII. De *Alsine*.

NOtæ sunt, Folia conjugatim in caule sita, calyx ad modum floris in plura segmenta, seu folia expansus; vascula seminalia, simplicia, unica intùs cavitate, seminibus medium occupantibus, exteriùs protegente vasculo. R. Synop. p. 145.

Alsine *Offic.* minor *Park.* Media *C. B.* Minor

nor five media *Ger.* Vulgaris five Morfus Gallinæ *J. B.* Hünerdarm/ Myre/ Vogelkraut. *Vires.* Refrigerat & humectat, eafdem vires obtinet quas Parietaria, præterquam quòd non aftringat: infigniter nutrire creditur, unde Atrophia, Phthifique laborantibus efca falutaris æftimatur. *Schrod.*

Herbæ pentapetalæ foliis in caule alterno, aut nullo ordine pofitis.

VIII. De Portulaca.

NOtæ funt, vafculum fimplex, feu non divifum in loculamenta, quod per maturitatem horizontaliter rumpitur, flos flavus, calyce bivalvi inclufus, folia craffa, fucculenta, lævia, extremis rotunda. R. H. p. 1038.

Portulaca *Offic.* domeftica *Ger.* Hortenfis *Park.* Latifolia five fativa *C. B.* Hortenfis latifolia *J. B.* Burtzel-Kraut/Portulack. In hortis feritur. Julio floret. In *Ufu* funt, Herba, & Semina pufilla, pulla. Inter femina quatuor frigida minora numerantur. *Vires.* Refrigerat, ficcat, adftringit, Lumbricos fugat & expellit. Ufus præcip. in mitigando fervore bilis, & hinc in Febribus putridis & malignis, ardore Urinæ & Scorbuto prodeft. *Schrod.*

IX. De Sedo.

NOtæ funt, Folia angufta, craffa & fucculenta non dentata aut ferrata, vafcula feminalia bicornia. R. Syn. p. 150.

Se-

Sedum minus *Offic.* minus Officinarum *Ger.* Minus teretifolium album *C. B.* Minus folio longiuſculo tereti, flore albo *J. B.* Vermicularis flore albo *Park.* Klein Haußwurtz. In muris & tectis. Junio floret. *Uſus* eſt Herba. *Vires.* Nullam acrimoniam habet, ergo cum Sempervivo majori viribus convenit.

X. De Cotyledone.

FOliis latis ſubrotundis, crenatis, vaſculo ſeminali bicorni, radice granuloſa à reliquis differt.

Saxifraga alba *Offic. Ger.* Alba vulgaris *Park.* Rotundifolia alba *C. B.* Alba radice granuloſa *J. B.* Sedum foliis ſubrotundis, crenatis, radice granuloſa, Saxifraga alba dictum *R. Synop.* Sanicula radice granuloſa, flore albo *Herm. Cat.* Weiſſer Steinbrech. In arenoſis paſcuis. Aprili floret. In *uſu* ſunt Herba, Semen. *Vires.* Calefacit & ſiccat evidentiſſimè, diuretica eſt, aperit. Uſus præcip. in Sabulo ac Calculo Renum ac Veſicæ expellendo, in Menſibus obſtructis.

XI. De Radice Ninzin dicta.

FOliis longis, anguſtis, acuminatis, alternatim diſpoſitis, floribus albis pentapetalis, radice Scorzoneræ ſimili à reliquis hujus generis differt.

Ninzin & Ginſzeng *Offic. P.P.Tab.* 101. *N.*7. Ginſeng & Genſing quibuſdam *R. H. p.* 1338. Ginſeng *Cleyeri.* Radix Ninzin *Piſ. Mant. Arom.* In regno Japanico creſcit. *Uſu.* Radix oblonga, digiti minimi craſſitie, & plurimum ramoſa, intùs exalbida, foris fuſca, ſaporis ſubacris & ſub-

amari-

amaricantis, odoris aromatici: rarò in Officinis noſtris Invenitur. *Vires.* Temperatiſſima eſt, & propterea cum Sanguine noſtro analogiam quandam habere videtur; laudatur ad memoriam confortandam, & in Convulſione, Lipothymia, Vertigine, Colica convulſiva, &c. Venerem quoque excitare dicitur.

XII. De *Viola.*

Notæ ſunt, Flos pentapetalos, difformis, calcari donatus; vaſculum ſeminale ternis loculamentis diſtinctum. R. Synop. p. 152.

1. Viola Martia *Offic.* Martia purpurea *J. B. Ger.* Martia purpurea, flore ſimplici odorato *C. B.* Simplex Martia *Park. P.* Blaue Mertz-Violen. Ad ſepes & in aggeribus foſſarum. Martio floret. In *uſu* ſunt Folia, Flores & Semen. *Vires.* Flos recens refrigerat, humectat, emollit, laxat. Uſus præcipuè in fervore febrium compeſcendo, doloreque capitis inde nato, in Tuſſi, aſperitate Gutturis & Pleuritide. Semen inſigne eſt Lithontripticon. *R. H. p. 1050.*

2. Viola tricolor *Offic. Ger.* Tricolor major & vulgaris *Park.* Tricolor hortenſis repens *C. B.* Jacea tricolor ſive Trinitatis flos *J. B.* Freiſſam/ Dreyfaltigkeit Blumen/ Sieben Frauen-Blumen/ Stieffmutter. In hortis. Majo floret. *Uſus* eſt Herbæ. *Vires.* Eaſdem habet vires cum præcedente.

XIII. De *Goſſypio.*

Vaſculo ſeminali in terna loculamenta diviſo, & molliſſima lanugine candida ſeminibus intermixto, aut adhærente, repleto ab aliis differt.

Bom-

Bombax *Offic.* Goſſypium ſive Xylon *Ger.* Fruteſcens annuum *Park.* Fruteſcens ſemine nigro *C.B.* Xylon ſive Goſſypium herbaceum *J.B.* Baumwollen-Baum. In Inſula Melita & alibi. In *Uſu* ſunt, Semina nigra, rotunda. *Vires.* Pulmonarium eſt, Tuſſientibus & Aſthmaticis maxime proficuum; auget Semen. *Schrod.*

XIV. De Geranio.

VAſculo pentacocco, roſtrato, ab aliis differt. R. Synop. p. 154.

2. Geranium moſchatum *Offic. Ger. Park.* Cicutæ folio moſchatum *C. B.* Moſchatum folio ad Myrrhidem accedente majus *J. B.* Storchen-Schnabel / Schnabel-Kraut. In arvis rarius, in hortis frequens. Junio floret. *Uſus* eſt Herbæ. *Vires.* Vulneraria eſt inſignis.

2. Geranium Robertianum & Gratia Dei *Offic.* Robertianum *Ger. C.B.* Robertianum vulgare *Park.* Robertianum murale *J. B.* Robertianum flore dilutè rubello *H.Ox.* S. Rupperts-Kraut / Gottes-Gnad. Ad ſepes ubique. Majo floret. *Uſus* eſt Herbæ. *Vires.* Moderatè ſiccat, ſubaſtringit, exterget, Sanguinem coagulatum reſolvit, Vulneribus convenit. *Schrod.*

3. Geranium Columbinum & Pes columbinus *Offic.* Columbinum *Ger.* Columbinum vulgare *Park.* Folio Malvæ rotundo *C. B.* Folio malvæ rotundo majus *H. Ox.* Folio rotundo multum ſerrato, ſive Columbinum *J. B.* Taubenfuß. Ad ſepes. Junio floret. *Uſus* eſt Herbæ. *Vires.* Vulneraria eſt.

XV. De Alcea Indica.

NOtæ sunt, Flos amplus pentapetalos; vasculum seminale majusculum, in quinque loculamenta divisum, seminibus intùs reniformibus.

1. Bamia Moschata *Offic.* Alcea sive Bamia Moschata Ægyptiaca *Breyn. P.* 1. Ægyptia Moschata *Park.* Ægyptiaca villosa *C.B.* Belmoschus Ægyptia Honorio Bello *J. B.* Althea Ægyptia villosa *H. Ox.* Abel Mosch vulgò *Herm. Cat.* Mußkus-Saat. In Ægypto crescit. *Usu.* Semina fusca, reniformia, odoratissima, seu Moschum redolentia. *Vires.* Leviter exiccatis pulverem Caovæ admiscent Ægyptii, ut roborandi capitis, ventriculi, cordisque, majorem acquirerent efficaciam. Apud nos in suffimentis recipiuntur.

2. Bangue *Offic. Park.* Cannabi similis *J. B.* Cannabi similis exotica *C. B.* Alcea Indica Cannabino folio, Acetosæ sapore *quibusdam.* Kalengi-Cansjava *H. M. Tom. X.* Tsyeru cansjava *ejusd.* In Insula Zeilania succrevit. *Usu.* Fragmenta foliorum cum pediculis suis, & Semina splendentia cinerei coloris, magnitudine & forma Cannabis seminum, *Vires.* Infatuat ut Opium, somnum conciliat, multi autem affirmant, ad libidinem ciendam, & Venerem stimulandam magnæ esse efficaciæ. Verum enimvero nostrâ sententiâ, perniciosa est planta, & non sine periculo sumenda.

Sunt qui *Bangue* Cannabis speciem esse affirmant; eruditissimus autem *D. Paulus Herman-*

nus,

nus, M. D. qui diu vixit apud Indos Orientales Alceæ Indicæ ſpeciem facit.

Poſtquam hæc ſcripſeram, (Caput autem de Cannabe impreſſum erat) à doctiſſimo viro *D. Tancredo Robinſon, M.D.* certior factus ſum *Bangue* herbam Cannabis genuinam ſpeciem eſſe; unde didici me, quod dolet, alieno eam in loco poſuiſſe. Qui plura deſiderat de hâc Indicâ Cannabe, adeat Tomum decimum *Hort. Malab.*

XVI. De *Nigella.*

FOliis tenuiter diſſectis, flore magno, conceptaculo itidem ſeminis magno, membranaceo, in quinque loculamenta diviſo, ſingulis loculamentis ſumma parte corniculatis, à reliquis differt. R. H. p. 1070.

Nigella & Gith *Offic.* flore minore ſimplici, candido *C. B.* Romana ſive Sativa *Park.* Melanthium *Ger.* Calyce & flore minore, ſemine nigro *J. B.* Schwartzer Coriander / ſchwartzer Kümmel. In hortis ſeritur. Julio floret. In *Uſu* ſunt Semina nigra, rugoſa, anguloſa, ſaporis ſubacris, nonnihil oleoſi. *Vires.* Attenuat, aperit. Uſus præcip. in mucilagine Pulmonum reſolvenda, & expectoranda, lacte augendo, Urina ac Menſibus ciendis, morſibus venenatis corrigendis. Specificè in Febribus quartanis ac quotidianis, &c.

XVII. De *Lino.*

NOtæ ſunt, Vaſcula ſeminalia ſubrotunda, in decem loculamenta totidem ſemina continentia, diſpertita, ſemina melina, flores caduci. R. H. p. 1072.

Linum *Offic. J. B.* Sativum *C. B. Ger. Park.* Flachs. In arvis feritur. In *Usu* sunt Semina. *Vires.* Digerit, emollit maturat. Usus præcip. in Tussi, Pleurisi, Phthisi. Extrinsecus maturat tumores, lenit dolores, fœtum expellit. *Schrod.*

XVIII. De Rhabarbaro.

Notæ sunt, Folia longa lanuginosa, flores pentapetali, ampli, radices crassæ, vi purgatrice prædite.

Rhabarbarum *Offic. J. B. Ger.* Officinarum *C. B.* Genuinum Officinarum *Park.* Lanuginosum, sive Lapathum Chinense longifolium *Munting.* Rhabarber. Duplex venale prostat: unum Orientale, ex regno Chinensi adfertur, quod ponderosum est, aureis ac rufis venulis præditum, amaricans, & adstringens, odoratum, flavo magis colore, & quod madefactum croceo colore manum fricantis tingat, præstantioribus viribus insignitum: alterum ex Moscovia, quod ponderosius est, ac obscuriùs flavescit, & vilius censetur. *Vires.* Purgat benignè bilem flavam, pituitamque viscosam, ac tartaream in Ventriculo, primaque regione stabulantem. Epati specificè confert, curat Icterum, & quia vim quoque adstrictoriam obtinet, in omnibus morbis dissolutis, Dysenteria, Diarrhœa, &c. præ aliis commendatur. Vide *Tilingii Rhabarbarologiam.*

Herbæ Pentapetaloides vasculiferæ.

XIX. De *Primula & Paralysi.*

NOtæ sunt, Caules foliis nudi, flores è tubo longo in folia seu potiùs lacinias quinque bifidas expansi, eorumque calyces oblongi, concavi, laxi, striati: Folia rugosa, molliora, minus crassa seu spissa. R. Syn. pag. 158.

1. Primula veris *Offic.* veris minor *Ger.* Veris vulgaris *Park.* Veris, floribus ex singularibus pediculis, majoribus, simplicibus *J.B.* Veris, sive Verbasculum sylvaticum majus, singularibus floribus singularibus cauliculis insistentibus *Herm. Cat.* Verbasculum sylvarum majus, singulari flore *C.B.* Sylvestre majus, singularibus floribus singularibus cauliculis insistentibus *H. Ox.* Himmelschlüssel-Blumen. In Sylvis & sepibus. Vere floret. In *Usu* sunt, Folia, Flores. *Vires.* Calida est & sicca. Usu efficaci pollet ad medendum Melancholicis & pituitosis affectibus.

2. Paralysis *Offic.* Vulgaris pratensis flore flavo, simplici odorato *Park. P.* Primula veris major *Ger.* Veris odorata flore luteo simplici *J. B.* Veris sive Verbasculum pratense odoratum *Herm. Cat.* Verbasculum pratense odoratum *C. B* In pascuis. Aprili floret. In *Usu* sunt. Herba. Flores, *Vires.* Calefacit & siccat, saporis est subacris ac subamari, subastringit, anodyna est. Usus præcip. in affectibus capitis, Apoplexia, Paralysi, In articulorum doloribus, Arthritide, &c.

XX. De Asclepiade.

SUcco limpido, filiquis singularibus Ciconiæ rostrum referentibus ab aliis differt. R. H. p. 1090.

Asclepias, Vincetoxicum, & Hirundinaria *Offic.* flore albo *Ger. Park. C. B.* Sive Vincetoxicum multis, floribus albicantibus *J. B.* Schwalben-Wurtzel. In hortis. Julio floret. *Usus* est Radicis. *Vires.* Alexipharmaca ac Sudorifica est insignis. Usus præcip. in Peste, aliisque venenosis affectibus, in obstructionibus Mensium, in Palpitatione Cordis ac Lypothymia, in Hydrope, &c. *Schrod.*

XXI. De Vinca Pervinca.

NOtæ sunt, sarmenta longa, repentia; folia glabra colore & consistentiâ Hederaceorum; Flores ampli; siliquæ ad singulos flores geminæ, non lanigeræ, R. Synops. p. 159.

Vinca pervinca *Offic.* minor *Ger.* Vulgaris *Park.* Clematis Daphnoides minor *C. B. J. B.* Ingrün / Singrün. Ad sepes. Majo floret. *Usus* est Herbæ. *Vires.* Vulneraria est insignis. Usus præcip. in fluxionibus alvi, Dysenteria, Hæmorrhoidibus, eruptione Sanguinis, Hæmorrhagia narium, profluvio Mensium, ac vulneribus seroso liquore manantibus. *Schrod.*

XXII. De Centaurio Minore.

NOtæ sunt, flores splendidi, purpurei, è tubo oblongo in quinque segmenta acuta expansi, in summis caulibus crebri, umbellam mentientes, semina minutissima, amaror insignis. R. Synop. p. 159.

Cen-

Centaurium minus *Offic. C. B.* Parvum *Ger.* Minus vulgare *Park.* Minus flore purpureo *J. B.* Minus rubrum *H. Ox.* Fieber- oder Tausend-gülden-Kraut. In paſcuis ſiccioribus. Julio floret. *Uſus* eſt Herbæ cum floribus. *Vires.* Spleneticum & Epaticum eſt. Calefacit & ſiccat, amarum eſt citra mordacitatem, unde & leniter aſtringens, extergens, aperiens, vulnerarium, bilioſos & pituitoſos humores quàm leniſſimè per alvum educit, ſerum per poros diſcutit. Hinc utile in Febribus, Ictero, Menſtruis ſuppreſſis, Scorbuto, Arthritide, Lumbricis, & ſpecificè in morſu canis rabidi.

XXIII. De *Verbaſco.*

Notæ ſunt, folia in caulibus alterno ordine ſita; flores in thyrſis oblongis conferti; Capſulæ bivalves conicæ aut turbinatæ. R. Synop. p. 160.

Verbaſcum & Tapſus barbatus *Offic.* mas, latifolium luteum *C. B.* Vulgare, flore luteo magno, folio maximo *J. B.* Foliis incanis mas latifolium, floribus luteis arctè caulibus adhærentibus ſine foliis anguſtis inter flores emanantibus *H. Ox.* Album vulgare, ſive Tapſus barbatus communis *Park.* Tapſus barbatus *Ger.* Königskertze / Wollkraut. In aggeribus foſſarum. Julio floret. In *Uſu* ſunt, Folia, Flores. *Vires.* Emollit, diſcutit, dolores lenit. Uſus præcip. in morbis Pectoris, Tuſſi, expuitione ſanguinolenta, torminibus ventris, *Schrod.*

XXIV. *De Lujula.*

FOliis in eodem pediculo ternis, flore pentapetaloide, sapore acido, vasculo seminali pentagono, quod per maturitatem levi tactu dissiliens cum impetu semina ejaculatur, ab aliis distinguitur. R. Synop. p. 161.

Acetosella & Lujula *Offic.* Trifolium acetosum vulgare *C. B. Park.* Oxys alba *Ger.* Sive Trifolium acidum flore albo & purpurascente *J. B.* Acetosella vulgò *Herm. Cat.* Buchampffer/ Saurklee. In opacis frequens. Aprili floret. *Usus* est Herbæ. *Vires.* Ut sapore ita & viribus cum Acetosa convenit, ideoque æstum febrilem mitigat, sitim sedat, & Ventriculi ardores; Jecur refrigerat & Cor roborat. *R. Hist. p.* 1098.

XXV. *De Trifolio paludoso.*

FOliis formâ & magnitudine fabaceorum, tribus in eodem pediculo floribus in thyrso speciosis, interiùs candidis filamentis crispis pubescentibus, locoq; natali ab aliis distinguitur. R. Synop. p. 161

Trifolium aquaticum *Offic.* palustre *C. B. J. B.* Paludosum *Ger. Park.* Fibrinum *Tabernæmontani* & Germanorum *R. Hist. p.* 1099. *Synop.* Biberklee / Lungenklee. In palustribus & aquosis. Majo floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Nonnulli ad morbum articularem, alii ad Scorbuticos affectus, ad Febres intermittentes & Catarrhos eum commendant, & in Hydropicis affectibus valdè proficuum fore existimant. *R. Synop. p.* 310.

XXVI.

XXVI. De *Nummularia.*

A Foliorum figura rotunda nummi æmula dicta, flagellis reptatricibus, floribus è foliorum alis exeuntibus, locóque natali in aquosis, se manifestat. R. Synop. p. 161.

Nummularia *Offic. Ger.* Vulgaris *Park.* Major lutea *C. B.* Major flore luteo *H. Ox.* Sive Centimorbia *J. B.* Pfenning-Kraut. In aquosis. Majo floret. *Usus* est Herbæ. *Vires.* Refrigerat, siccat, & subastringit, vulneraria est. Usus præcip. in Pulmonum exulceratione, Venis ruptis, Tussi sicca infantum: in fluxu cujuscunque generis, Diarrhœa, Dysenteria, Hæmoptysi. Commendatur in Scorbuto, Herniisque omnis generis. *Schrod.*

XXVII. *De Rorella.*

FOliis setis seu ciliis rubentibus, circumquaque fimbriatis, quibus guttulæ velut roris adhærescunt, cauliculis nudis, locoque natali in aquosis ab aliis discriminatur. R. Synop. p. 161.

Ros solis *Offic.* folio rotundo *Ger. C B. Park. J. B.* Sindow/Sonnen-Dau. In humidis palustribus. Junio floret. *Usus* est Herbæ. *Vires.* De viribus hujus plantulæ non convenit inter Botanicos: Sunt qui ad Phthisin & ad Pestem eam commendant: alii, nec sine ratione, quoniam caustica est, usum ejus internum vetant. *R. H. p.* 1100.

XXVIII. De Nymphaea.

NOtæ sunt, folia subrotunda, in summis aquis fluitantia. R. Synop. p. 207.

1. Nymphæa alba *Offic. Ger. J.B.* Alba major *C.B.* Alba major vulgaris *Park.* Aguape *Pison.* Weisse See-Blumen/ Wasser-Liljen. In fluviis. Julio floret. In *Usu* sunt Radix, Folia, Flores. *Vires.*. Radix refrigerat & siccat. Folia & Flores refrigerant & humectant. Singularis sunt usus præcip. ad Fluxum alvi, ad Pollutionem nocturnam, feminis acrimoniam, Sanguinis æstum & tenuitatem, &c. *Schrod.*

2. Nymphæa lutea *Offic. Ger. J. B.* Major lutea *C. B. Park.* Gelbe Wasser-Lilien. In fluviis frequens. Julio floret. In *Usu* sunt Radix, Folia, Flores. *Vires.* Cum priore viribus convenit.

SECTIO VIGESIMA PRIMA.

De Herbis radicibus bulbosis.

RAdicem bulbosam voco, quæ unico constat tubere seu capite, fibras plurimas ex ima sede seu basi emittente. R. Meth. p. 151.

Herbæ

Herbæ radice bulbosa sunt, vel radice

- Squamosa, caule multis foliis cincto, florum petalis rectioribus, floribus etiam ipsis erectis; *Lilium Album*
- Tunicata, odore
  - Gravi, flosculis multis è summo caulis fastigio enatis, & in Umbella aut Corymbum diffusis; foliis
    - Fistulosis, capitulis non proliferis, grandibus, esculentis, major & elatior, caule in ventrem utrinque turbinatum intumescente; *Cepa.*
    - Solidis & planis, longis, gramineis, bulbo
      - E multis nucleis seu spicis composito, odore graviore, caule recto, sativa; *Allium,*
      - Simplici, non composito ex nucleis, floribus minus speciosis, elatior & major, radice angusta, odore mitiore, flosculis plurimis in sphæram conglobatis; *Porrum.*
  - Nulla aut minus gravi, floribus hexapetalis, nudis, fructus seu vasculi seminalis ex basi cohærentibus, caulibus aphyllis; floribus in singulis caulibus pluribus,
    - Maritima, bulbo grandi, floribus folia antevertentibus; *Scilla.*
    - Mediterranea, staminulis florum tenuibus, florum petalis unicoloribus; *Hyacinthus.*
- Solida; floribus in singulis caulibus singulis, folia antevertentibus, ab ipsa radice ortis, erectis.
  - Major foliis latis Autumno florens: *Colchicum.*
  - Minor foliis angustis gramineis: *Crocus.*

I. De Lilio.

FLoribus erectis & eorundem petalis non reflexis ab aliis hujus generis differt.

Lilium album *Offic. Ger.* Album vulgare *J. B. Park.* Album flore erecto & vulgare *C. B.* Album vulgare & odoratum flore erecto *H. Ox.* Weisse Lilien. In hortis frequens. Junio floret. In *Usu* sunt, Radix, flores. *Vires.* Flores moderatè

Cale-

calefaciunt & humectant, partium sunt diversarum, & anodyni, digerunt, maturant. Radix emollit, maturat. Usus externus in Tumoribus maturandis & leniendis, in clavis pedum tollendis, in pudendis parturientium emolliendis, in ambustis emendandis. V. plura apud *Tilingium in Histor. Lilii.*

II. De Cepa.

Notæ sunt, folia fistulosa, radices magnitudine insignes non proliferæ, caulis in ventrem utrinque turbinatum intumescens.

Cepa *Offic.* vulgaris *C.B.* Alba & rubra *Ger. Park.* Rubra & alba, rotunda & longa *J.B.* Zwiebel/ Zipollen. In hortis feruntur, Julio florent. In *Usu* sunt, Radices, Semina. *Vires.* Calidæ sunt, partium crassarum, adeoque flatulentæ. Utiles sunt iis qui frigidis & viscidis abundant humoribus. *R. H. p.* 1116.

III. De Moly.

Floribus speciosis ab Allio differt.

Victorialis *Offic. Schrod.* Allium montanum latifolium maculatum *C.B.* Latifolium sive Victorialis *Ger.* Anguinum *Park.* Alpinum *J. B.* Siegwurtz / alii Sieben-Hamkorn / Pastores montani Lanbruch appellant, referente *Clusio.* In alpibus. Junio floret. *Usu.* Radix. *Vires.* Calefacit & siccat, perinde ac Allium agreste, cui & in facultatibus aliis per omnia similis existit. *Schrod.*

IV. De

IV. De Allio.

NOtæ sunt, bulbus è multis nucleis, seu spicis compositus, odor gravis vehementior, caulis rectus singularis. R. H. p. 1125.

Allium *Offic. Ger. Park.* Sativum *C.B. H.Ox.* Vulgare & sativum *J. B.* Knoblauch. In hortis. Junio floret. *Usus* est Radicis. *Vires.* Calefacit & siccat, incidit, aperit, discutit, alexipharmacum est. Usus præcipuus internus & externus in Colica flatulenta, Lumbricis, Peste, Tussi, Calculo, Scabie, Urinæ obstructione, Hydrope, &c.

V. De Porro.

NOtæ sunt, radix angusta, florum Corymbi magni, seu flosculi plurimi in capitulum sphæricum grande conglobati. R. A. p. 1126.

Porrum *Offic. Park. J. B.* Capitatum *Ger.* Commune capitatum *C. B.* Lauch. In hortis. Julio floret. In *Usu.* sunt, Radices, Folia, Semina, *Vires.* Calefacit insigniter, siccatque, attenuat, aperit, incidit, resolvit. Usus præcip. in Serpentum morsibus, & ustionibus, mucilagine Pulmonum. Semen, urinam ciet. *Schrod.*

VI. De Hyacintho.

SPicam florum nudam, seu nullo perianthio involutam producit: Florum staminibus tenuibus & angustis, petalis puris seu unicoloribus ab aliis differt. R. Synop. 167.

Hyacinthus *Offic.* Angelicus *Ger. Park. J. B.* Oblongo flore cœruleus major *C. B.* Hyacinten. In sylvis & dumetis. Aprili floret. *Usus* est Radicis *Vires.* Sistit alvum & Urinam ducit pota. Morbum regium depurgat *Galen.*

VII.

VII. De Scylla.

FLoribus folia antevertentibus, bulbo grandi, & loco natali ab omnibus hujus generis differt.

Scylla *Offic.* Scilla vulgaris radice rubra *C. B.* Rubra magna vulgaris *J. B.* Rubra, sive Pancratium verum *Park.* Pancratium *Clusii Ger.* Meer-Zwiebel. Floret Septembri. In *Usu* est Radix, ex Hispania ad nos delata. *Vires.* Saporis acris & amari est, attenuat, aperit, discutit, Diuretica est. Usus præcip. in obstructione Epatis, Lienis, Meatus biliarii, Mensium, Urinæ; In mucilagine Pulmonum, Tussi, &c. *Schrod.*

VIII. De Croco.

NOtæ sunt, flores nudi, erecti, ab ipsa statim radice orti, absque pediculis herbaceis; folia angusta, graminea, linea in medio alba secundùm longitudinem decurrente, R. Synop. p. 167.

Crocus *Offic. Ger. J. B.* sativus *C. B.* Verus sativus Autumnalis *Park. P.* Autumnalis sativus *H. Ox.* Saffran. In Anglia & Hispania seritur. Septembri floret, *Usu.* Stamina florum. Eliguntur aurei coloris, saporis subacris & subamari & pinguis, odoris fragrantissimi. *Vires.* Cordialis est ac Pulmonicus, Uterinus, aperit, digerit, emollit, anodynus est, Somnum conciliat, Menses ac fœtum pellit. Usus ejus frequens in Syncope, in Apoplexia, in Hystericis affectibus, in Ictero, in Peste, aliisque venenosis morbis *Schröd.* V. *plura in Hertodtii Crocologiâ.*

IX. De Hermodactylo.

HErmodactylus *Offic. Park.* Officinarum *Ger.* Colchicum radice ſiccata alba *C. B.* Hermodactel Wurtzel. *Uſu.* Radix oblonga, tuberoſa, compreſſa, albida, ſaporis ſubdulcis. Probatur candidus, corpulentus, plenus, gravis, compactus, qui leni contuſione in pulverem facilè redigitur. Ex Syria ad nos tranſportatur. *Vires.* Pituitam craſſam, lentam alioſque humores viſcidos, peculiariter à juncturis, efficaciter trahit, ob id articulorum affectibus, Chiragræ, Podagræ, &c. conducit. *Schrod.*

An Colchici radix ſit Hermodactylus Officinarum non auſim determinare, inter Authores enim controvertitur, aliis id affirmantibus, aliis negantibus. Quin & Botanicis qui Colchicum eſſe negant, quid ſit hæc radix inter ſe minimè convenit; alii enim Dentis canini, alii Iridis tuberoſæ, alii Cyclaminis ſpeciem eſſe autumant.

SECTIO VIGESIMA SECUNDA.

De Herbis bulboſis affinibus.

HErbas bulboſis affines voco, quæ cùm hujus generis ſint foliis, floribus, pericarpiis aut radicibus Bulboſas imitantur. R. H. p. 1179.

Herbæ.

Herbæ Bulbosis affines dividi possunt vel à

Numero petalorum in flore, in

Enneapetalas, folio gladii figuram referente, cum acie cauli obversa; *Iris.*

Hexapetalas, radicibus tuberosis aut crassis

Maximas, foliis crassis succulentis, ad margines aculeatis, radice succum crassum, flavum, insigniter amarum fundente; *Aloe.*

Minores, flore minore stellato, semine triquetro; *Asphodelus.*

Pentapetalas, florum petalis reflexis, ad ungues junctis, radice orbiculata; *Cyclamen.*

Tetrapetalas, radice tuberosa; *Curcuma.*

Monopetalas, flore sedi fructus cohærente, radice tuberosa, pistillo pro stylo in medio flore nudo, sapore acri, foliis

Laciniatis, caule pellis serpentini in modum maculato; *Dracontium.*

Integris major; *Arum.*

Figurâ floris galeatâ aut labiatâ quæ vel sunt

Aphyllæ, nullis neque à radice, neque in caulibus foliis virentibus: radicibus squamosis; *Hypocistis.*

Foliosæ, radicibus

Tuberosis, gemino tubere adhærente; *Orchis.*

Fibrosis, foliis planis virentibus, perpetuis; *Pyrola.*

I. De Iride.

Notæ sunt, flores enneapetali folia gladii figuram referentia, acie cauli obversa R. Synop. p.168.

1. Iris nostras *Offic.* vulgaris *Ger.* Purpurea sive vulgaris *Park.* Vulgaris Germanica sive sylvestris *C.B.* Vulgaris violacea sive purpurea sylvestris *J. B.* Blau Lilgen. In hortis frequens. Majo floret. *Usu*, Radix recens. *Vires*, Siccat, valde

valde hydragoga eſt, ac errhina Uſus præcip. in Hydropicorum aqua educenda. Extrinſecus in impetiginibus, aliisque corporis maculis detergendis.

2. Iris Florentina, & Iris Illyrica *Offic.* Florentina *Ger.* Alba Florentina *C. B. Park.* Flore albo *J. B.* Florentiniſch Veil Wurtz. In hortis colitur. Majo floret. *Uſu.* Radix oblonga, digitum craſſa, paululum compreſſa, odoris fragrantis. *Vires.* Incidit, attenuat, expectorat, digerit, abſtergit, emollit. Uſus præcip. in mucilagine ſeu tartaro Pulmonum, Tuſſi, Aſthmate, obſtructione Menſium, torminibus ventris Infantum. Extrinſecus abſtergit cutis maculas & lentigines, Oris fœtorem emendat, *Schrod.*

3. Acorus adulterinus, Pſeudoacorus, & Gladiolus luteus *Offic.* Adulterinus *C. B.* Paluſtris, ſive Pſeudoiris, & Iris lutea paluſtris *Park.* Iris lutea paluſtris *Ger.* Paluſtris lutea, ſive Acorus adulterinus *J. B.* Gelbe Lilien. In paluſtribus. Majo floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Exſiccat, parum calefacit, attenuat, aſtringit, roborat, reſolvit, vi peculiari ad nervoſi generis & cerebri affectus commendatur, ut & ad Dyſenteriam, alioſque fluxus alvi ac uteri ſiſtendos. *Schrod.*

4. Spatula fœtida *Offic.* fœtida, pleriſque Xyris *J. B.* Xyris *Ger.* Sive Spatula fœtida *Park.* Vel Iris agria fœtida *H. Ox.* Gladiolus fœtidus *C. B.* Iris ſylveſtris, quam Xyrim vocant *Rt Synop.* Stinckende Schwertlilien. Ad

ſepes & in dumetis, ſed rariùs. Junio floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Exſiccat. Uſus præcip. in Scrophulis, paſſione Hyſterica, Orthopnœa & Hypochondriacis affectibus.

II. De Aſphodelo.

Notæ ſunt, radices multis tuberibus ex uno capite dependentibus conſtantes, flores ſtellati, ſemina triquetra. R. H. p. 1191.

1. Aſphodelus verus albus *Offic.* Ramoſus *Ger.* Albus ramoſus mas *C. B.* Major albus ramoſus *Park.* Major ramoſus flore albo *J. B.* Albus ramoſus *H. Ox.* Weiſſe Affodillwurtz. In hortis Botanicorum colitur. Julio floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Urinam & Menſes ciet. *Dioſcorid.*

2. Aſphodelus verus luteus & Haſta regia *Offic.* luteus *Ger. J. B.* Luteus & flore & radice *C. B.* Luteus minor ſive Haſtula regia *Park.* Folio fiſtuloſo, ſtriato non ramoſus, luteus, & flore & radice *H. Ox.* Gelbe Affodillwurtz. In hortis. Julio floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Eisdem viribus cum priore pollet.

III. De Aloe.

Floribus hexapetalis, vaſculis ſeminalibus in terna loculamenta diviſis, foliis craſſis, ſucculentis ad margines aculeatis, à reliquis differt.

Aloe vulgaris *C. B. J. B.* Vulgaris ſive Sempervivum marinum *Ger. Park.* Kadanacu vel Catevala *H. M.* Gemeiner Alöe. In hortis curioſorum. *Uſu.* Succus in ſpiſſatus. Genera ejus moderno tempore Officinis in *Uſu* ſunt quatuor,

tuor, quæ tamen non niſi puritate, impuritate, & loco vegetandi diſcrepant. Nam Aloes pars impurior arenoſa, ſordibus conſpurcata, & idcircò nigricans; *Aloë Caballina* dicitur. Pars paulò purior, colorem hepatis referens, *Aloe Hepatica.* Puriſſima *Aloe*, *Succotrina* vocatur. Ex Inſula Barbados adfertur quæ *Aloe Barbadienſis* nominatur. Hujus colligendi modum hodiernum D. *Raio* communicavit D. *Joſua Palmer*, M. D. quam videſis in Hiſtoria Plantarum ejuſdem D. *J. Raii*, p. 1196. Ex Inſulis Succotora in India Orientali & Barbados in America ad nos adfertur. *Vires.* Vim præter purgantem obtinet & exiccantem, calefacientemque; Obſtructiones aperit, Meatus reſerat, proritat Hæmorrhoides & Menſes, roborat Ventriculum, enecat & expellit Lumbricos, purgat autem bilioſos & pituitoſos humores. Vide plura in *Aloedariis Mindereri, & Muntingii.*

IV. De Arthanita.

NOtæ ſunt, radix orbiculata, caules præter floris pediculum nulli, flos pentapetalos, petalis reflexis & ad ungues junctis. R. Hiſt. p. 1205.

Arthanita & Cyclamen *Offic.* Cyclamen orbiculato folio *Ger.* Orbiculato folio infernè purpuraſcente *C. B.* Autumnale vulgare folio rotundo *Park.* Cyclaminus folio rotundiore vulgatior *J. B.* Schwein-Brod / Sau-Brod / Erd-Apffel / Wald-Ruben. In hortis curioſorum. Septembri floret. *Uſu.* Radix. *Vires.* Potenter incidit, aperit, abſtergit, Errhinum eſt.

Usus præcip. in obstructis Mensibus, in pellendo fœtu mortuo, &c. *Schrod.* Internè cauto opus habet.

V. De Curcuma, Cardamomo, Costo, Galanga, Zedoaria, & Zinzibere.

NOtæ sunt, Radix tuberosa, folia lata, oblonga, alternatim posita, flores tetrapetali, difformes, vascula seminalia tricapsularia.

1. Curcuma *Offic. Park.* Officinarum *Hort. Amst.* Foliis longioribus & angustioribus *Breyn. 2. Prod.* Sive Terra merita Officinarum radice crocea *J. B.* Radice longa *Herm. Cat.* Cyperus Indicus sive Curcuma *Ger.* Cyperi genus ex India & Crocus Indicus *C. B.* Crocus Indicus, Arabibus Curcum, Officinis nostris radix Curcuma dicta *Bont.* Manjella-Kua *H. M. P.* 11. Gilbwurtz/ Geelsucht-Wurtz. Ex India Orientali ad nos adfertur. *Usu.* Radix oblonga, parva, tuberosa, nodosa, intus crocei coloris, saporis subacris, subamaricantis, odoris non ingrati. Duæ sunt species, Longa & Rotunda, quarum prior est Officinalis. *Vires.* Abstergit, attenuat, aperit, discutit, Menses movet, difficultatem pariendi aufert, Obstructiones viscerum aperit, Urinam ciet, Calculum expellit. In Ictero, Hydrope, Cachexia, &c. Specificum est.

2. Cardamomum majus *Offic. Bont.* majus vulgare *Ger. Park.* Majus Officinarum *C. B. Jons. D.* Groß Cardamömlein. Ex Java ad nos defe-

deferuntur, ſed rariùs in noſtris Officinis inveniuntur, alii enim Grana Paradiſi Officinis dicta ſeu Meleguetam non ſine errore, alii Amomum verum *Ger.* horum loco ſubſtituunt. In *Uſu.* Theca ſeu ſiliquæ tricoccæ, oblongæ, digitali aliquando longitudine, ſemine anguloſo, fuſco, aromatico repletæ. *Vires.* Calefacit & ſiccat, partes principes recreat, attenuat, flatus diſcutit, coctonem juvat, Urinas ciet, Menſtrua movet, anhelitum commendat, obſtructionibus Hepatis, Lienis & Meſenterii conducit.

3. Cardamomum minus *Offic. Bont. Jonſ. D.* Minus vulgare *Ger. Park.* Simpliciter in Officinis dictum *C. B.* Cum ſiliquis ſeu thecis longis & brevibus *J. B.* Elettari 2. *H. M.* Klein Cardamömlein. Ex Malabar, aliiſque locis in India Orientali ad nos adferuntur. In *Uſu* ſunt, Siliquæ breves, triangulæ, colore pallidæ, intus ſemina parva, anguloſa, fuſca, aromatica, continentes. *Vires.* Cum majore viribus convenit.

4. Amomum *Offic.* verum *Ger.* Genuinum *Park.* Racemoſum *C. B. Jonſ. D.* Novum, Cardamoni vulgaris facie, ſive Indicus racemus *J. B.* Elettari 1. *H. M. P. XI.* Ex India Orientali ad nos adfertur. In *Uſu* ſunt Thecæ ſeu ſiliquæ rotundæ, tripartitæ, ſemina anguloſa, & rugoſa, nigra, aromatica, claudentes. *Vires.* Ut externa facie ita & viribus cum Cardamomis convenit. Pro Cardamomo majore Pharmacopolis noſtris venditur. N. B. Adeò breves ſunt & imperfectæ

 apud

apud veteres, præsertim Arabes, simplicium descriptiones, ut ad hodiernum usque diem, in tanta Botanicæ scientiæ, luce, quid Amomum Antiquorum sit, non patescat, Herbariis peritioribus in varias sententias distractis. *Cordus* Rosam Hierichuntinam vulgò dictam *C. B.* pro Amomo habet. *Quatranius*, teste *Parkinsono*, Rhoem myrtifoliam Belgicam *C. B. Anguillarius* Piper racemosum caudatum ex Guinea *C. B. Gesnerus* Solanum fruticosum bacciferum *C. B. Clusius* Amomum spurium foliosum *C. B.* Cui similem pro Amomo plantam ab *Ormuz* accepit *Valerandus Dourez*: eadem fortasse fuerit quæ è Persia ad *Jacobum Golium* Linguarum Orientalium in Academia *Lugduno-Batava* Professorum missa est, & sub titulo Amomi Arabum *Breynii* in *Ephem. German. An. 3. Obs. 291.* descripta. *Garcias ab Horto* qui in India Orientali diu vixit, Pedis columbini speciem quandam illud esse supponit. Alii Amomum Botryn Ambrosiodem vulgarem *C. B.* esse volunt; Alii Sison, quod Amomum Officinis nostris *C. B.* Qui error eousque invaluit, ut Semen hujus plantæ à Pharmacopolis etiam *Londinensibus* pro Amomo divendatur, & quod pejus est, à Pharmacopœis pro Amomo vero nobili illi compositioni *Theriacæ Andromachi* inseratur. Alii insuper Piper oblongum nigrum *C. B.* Alii Cubebas vulgares *C. B.* Alii denique Caryophyllum aromaticum fructu rotundo ejusdem *C. B.* Amomum verum Antiquorum esse existimant, quorum sententiæ à *Maroneo*

in

in erudito ſuo *de Amomo commentario* non immerito refutantur; in quo etiam ſolidè demonſtrat verum & legitimum Amomum eſſe à ſe deſcriptum, & à nobis hoc in loco propoſitum; quod noſtro etiam judicio, ſi ipſiſſimum veterum Amomum non ſit, ad illud tamen proximè accedit, & in omnibus compoſitionibus, in quibus Amomum præſcribitur, potiſſimum uſurpandum eſt.

5. Grana Paradiſi *Offic.* Paradiſi Officinarum *C. B.* Cardamomum maximum *Ger.* Melleguetta *Jonſ. D.* Melligette ſive Cardamomum maximum & Grana Paradiſi *Park.* Paradiß-Körner. Ex Guinea ad nos tranſportantur. *In uſu ſunt* Grana anguloſa, extus ſpadicea, intus alba, ſapore acri & fervido inter Cardamomum & Piper. Sunt qui pro Cardamomo majore non ſine errore ſubſtituunt. *Vires.* Virtutibus cum Pipere coincidunt. Vis ſpecifica eſt in omnibus affectionibus Paralyticis.

6. Zingiber *Offic. Ger. C. B. J. B.* Orientale *Park.* Iris latifolia, tuberoſa. Zingiber dicta flore albo *H. Ox.* Mangaratia *Piſon.* Gingibil *Bont.* Chilli Indiæ Orientalis ſeu Zingiber fœmina *Hern.* Inſchi vel Inſchi-kua *H. M. P.* II. Ingber. Advehitur copioſum ex Calecut Indiæ Emporio. *Uſu.* Radix tuberoſa, nodoſa, ramoſa, paululum compreſſa, pallida, ſaporis acris, aromatici & fervidi, odoris fragrantiſſimi. *Vires.* Calefacit potenter, ſed non primo ſtatim occurſu, adeoque partium eſt craſſiorum, aperit, incidit, attenuat. Confert

Ventriculo, Thoraci, alisque visceribus, appetitum prostratum excitat, putredini ac malignitati humorum resistit. V. *Hofmannum in Schroderum*, & *Herman.* in *Catalog. Hort. Lugdun. Batav.*

7. Zedoaria longa *Offic. C.B. Park.* Ceylanica Camphoram redolens *Herm. Cat. P.B.P.* Officinarum *Hort. Amstel. Gedwar* aut *Geidvar. Ger.* Langer Zittwer. Ex India Orientali ad nos transfertur. *Usu.* Radix, tuberosa est, nodosa, paululum compressa, foris cinerea, saporis acris, amaricantis, aromatici, odoris fragrantis. *Vires.* Calefacit & siccat, incidit, flatus discutit, Alexipharmaca est. Usus præcip. in doloribus Colicis atque Ventriculi: animalium venenatorum morsibus opitulatur, Lienteriam sistit, Vomitiones reprimit, Menses ciet, Alvi tineas quascunque enecat. *Schrod.*

8. Zedoaria rotunda *Offic.* C.B. *Park.* Malankua *H. N. P.* 11. Runder Zittwer. Cum priore crescit, sed In Officinis nostris rarò invenitur, N.B. Zedoaria longa & rotunda non aliter inter se differre nobis videntur, quàm quòd ejusdem radicis partes sint diversæ,

9. Zerumbet *Offic. Garz.* sive Zedoaria rotunda *Ger.* Zinziber latifolium sylvestre *Herm. Cat. Hort. Amstel. P.B.P.* Kua *H. M. P.* 11. In regno Malabar sponte oritur, sed in Officinis nostris non invenitur, præcedens enim cum ea confundunt. *Vires.* Cum Zedoaria longa viribus convenit. An hoc aroma sit Zerumbeth Arabum, an verò ab illo diversum diffi-

cile

cile nobis eſt determinare. Quippe non tantùm in his, ſed & innumeris aliis deſcribendis tam breves & incerti reperiuntur Arabes, & quod maximum, inter ſe adeò diſſentientes, ut non ſine ratione dubitetur, an Arabibus accurata dictorum ſimplicium fuerit notitia.

10. Coſtus *Offic.* Tres ſunt ſpecies Coſti in Officinis quibusdam, *viz.* Arabicus, Amarus, & Dulcis; Hinc *Casparus Bauhinus* & alii Botanici in quatuor aut plures ſpecies eum dividunt, rectè enim *Bontius* unam eandemque monet eſſe radicem, ſolùm loco, ætate, aut corruptione differentem; *Garcias ab Horto* quoque *Acoſta* & *Cluſius* unum duntaxat Coſti genus eſſe credunt, recentem incorruptumque, dulcem eſſe & candidum, ubi autem corrumpi incipit vetuſtate amaritudinem contrahere, fierique nigricantem: quibus & nos conſentimus, deſcriptio enim *Tſiana-Kua* in Horti Malabarici Tomo XI. (quæ ſecundùm clariſſimi illius viri *D. Joannis Commelini* in commentario ſuo ſententiam, Coſtus verus ſeu Arabicus eſt) cum Coſto dulci Officinis noſtris dicto per omnia convenit; hæc ergo Synonyma Coſti ſunt, *Coſtus Arabicus Dioſcoridis C. B. Iridem redolens* ejuſdem, *amarus Officinarum, ſeu Helenium, & Comagenium Dioſcoridis* ejuſdem, *dulcis Officinarum, Centaurio magno cognatus* ejuſdem, *Helenii facie Officinarum J. B. Dulcis Officinarum* ejuſdem. *Indicus odoratus Ger. Indicus Cluſii Park. Tſiana-Kua* H. M. Tom. XI. Coſtwurtz. Ex India

orientali ad nos transportatur. *Usu.* Radix oblonga, crassa, buxei coloris, cortice crasso, pallido, saporis acris, amaricantis, aromatici, odoris fragrantis ad Iridem Florentinam accedentis. Eligatur recens, densus, odoratus, subamarus, non cariosus, ille, qui jam in Officinis ex usu est, omnes optimi notas quas *Dioscorides* asscribit habens. *Vires.* Stomachicus, Epaticus, Uterinus, ac Nephriticus est; attenuat, aperit, discutit. Hinc convenit in Colica, obstructis mensibus & Urina, Hydrope, Paralysi. *Schrod.*

11. Galanga major *Offic. Ger. C. B. J. B. Park.* Acorus *Pharmacopolis*, Grosser Galgant. In Java & Malabar sponte oritur, unde ad nos adfertur. *Usu.* Radix tuberosa est, ad pollicem aut amplius crassa, nodosa, & inæqualis, superficie circulis quasi geniculis notata, fusca, intus pallescens, saporis acris, amaricantis, aromatici, odoris fragrantis. *Vires.* Stomachica est, Cephalica ac Uterina, incidit, aperit. Usus in cruditate ac inflammatione Ventriculi, Vertigine, aliisque totius corporis affectibus à frigiditate ac flatulentia oriundis. *Schrod.*

12. Galanga minor *Offic. Ger. C. B. J. B. Park.* Kleiner Galgant. In China sponte oritur. *Usu.* Radix tuberosa est, nodosa, & inæqualis superficiei, curculis quasi geniculis notata, minimi digiti crassitie, coloris rufescentis, saporis & odoris fragrantis, jucundiorisque quàm in præcedente. *Vires.* Eisdem viribus pollet,

let, ſed hæc priori præfertur. Simili omnino fructificatione gaudent Bengala Indorum, Cardamomum majus & minus, Coſtus Arabicus, utraque Galanga, Zedoaria, Zerumbeth, *Garziæ*, Zingiber, & proindè unà ſub eodem genere ſummo merentur reponi; donantur ſale oleoſo volatili, partibus blandis viſcoſis immerſo. V. pleniorem horum omnium Hiſtoriam in *Herman. Hort. Lugdun. Batav.* & *Hort. Malabar. Tom.* XI.

VI. De Aro, & Dracontio.

Notæ ſunt, piſtillus in medio flore pro ſtylo nudus, flos monopetalos, ſed fructui imo cohærens; pro fructu baccæ multæ pulpâ humidâ ſemina ambiente, conſtantes; radix acerrimo ſapore prædita. R. Synop. p. 169.

1. Dracontium *Offic.* majus *Ger.* Dracunculus major vulgaris *J. B. Park.* Polyphyllos *C. B.* Arum polyphyllum, Dracunculus & Serpentaria dictum, caule maculato, majus & elatius *Herm. Cat.* Schlangen-Kraut / Drachenwurtz / Natterwurtz. In hortis nutritur. *Uſu.* Radix, Herba. *Vires.* Alexipharmaca ac Sudorifica eſt. Uſus præcip. in Peſte, Febribus malignis & ictibus Serpentinis & aliis venenatis.

2. Arum *Offic. J. B.* vulgare *Ger.* Vulgare maculatum, & non maculatum *Park.* Maculatum maculis candidis vel nigris, & non

maculatum *C. B.* Pfaffenpint / Teutscher Ingwer / Zehrwurtz. Ad sepes & in umbrosis. *Usu.* Radix. *Vires.* Calefacit & siccat, Tartarum præcipuè primæ regionis, tum quoque Pectoris, & Pulmonum peculiariter incidit, resolvit, discutit. Proin usus ejus creber est in Cachexia, Asthmate, &c. Hernias curat, Urinam ciet, obstructiones viscerum resolvit. *Schrod.* Aq. destillata ex foliis recens, specificum est in Mania & Melancholia.

VII. De Satyrio.

Bulbo bino, fibrisque supra bulbos exeuntibus, & floribus labiatis à reliquis differt.

1. Satyrium mas *Offic.* Cynosorchis morio mas *Ger.* Orchis morio mas foliis maculatis *C. B. Park.* Major, tota purpurea, maculoso folio *J. B.* Stendelwurtz / Knaben-Kraut. In pratis & dumetis. Majo floret. *Usu.* Radix. *Vires.* Calefacit & humectat, saporis dulcis, Usus præcip. ad virilem fortitudinem restaurandam. Sic & Uterum confortare creditur, & ad conceptionem disponere. *Schrod.*

2. Satyrium fœmina *Offic.* Cynosorchis morio fœmina *Ger.* Orchis morio fœmina *C. B. Park.* Minor purpurea, & aliorum colorum cum alis virentibus *J. B.* Cum priore nec minus frequens, sed tardior floret. *Vires.* Eisdem viribus pollet. N. B. Genera Satyriorum seu Orchidum passim quàm plurima nascuntur, quæ etsi promiscuè in usum accersi queant; atta-

attamen eligunr Officinæ præ reliquis ſuperiorem.

VIII. De Hypociſto.

FOliorum viridium & herbaceorum carentiâ ab aliis plantis differt. R. Synop. p. 173.

Hypociſtis *Offic. C.B. J.B. Park.* Orobanche quæ Hypociſtis dicitur *R. H. Uſu.* Succus inſpiſſatus niger eſt & nonnihil reſinoſus, ſaporis auſteri, ſeu acidi & adſtringentis. *Vires.* Refrigerat, ſiccat, potentiſſimè aſtringit, condenſat. Uſus præcip. in quibuſcunque fluxionibus ſiſtendis. Diarrhœa, Dyſenteria, Lienteria, Profluvio Uteri, Vomitu, in excretione Sanguinis, &c. *Schrod.*

IX. De Pyròla.

FLorum ſpica & ſemine pulviſculi inſtar minutiſſimo, cum Orchidibus convenit, radicibus fibroſis, foliis, ſemper virentibus, Pyri figurâ ab eiſdem differt. R. Synop. p. 176.

Pyrola *Offic. J.B. Ger.* Noſtrâs vulgaris *Park.* Rotundifolia major *C.B.* Wintergrün. In montoſis & ſylvoſis. Junio floret. *Uſu.* Herba. *Vires.* Refrigerat & ſiccat, aſtringit, conſolidat, Vulneraria eſt, uſu interno & externo celeberrima. *Schrod.*

SECTIO

SECTIO VIGESIMA TERTIA.

De Herbis Graminifoliis non Culmiferis, flore stamineo.

NOtæ sunt, *Folia graminea, flores imperfecti seu staminei, caules vel farcti vel enodes.* R. Meth.

Herbæ graminifoliæ non culmiferæ, flore stamineo sunt vel foliis

- Teretibus, medullâ farctis; *Juncus.*
- Tenuioribus cum aliqua latitudine, ut superficies folii interna ab externa differat,
  - Graminis modo sitis, hoc est latitudine suâ cauli obversa; caule
    - Triquetro, floribus minus speciosis; *Cyperus.*
    - Tereti; floribus & seminibus in paniculis papposa lanugine obsitis; caulibus medullâ fungosâ farctis, tota planta jucundi odoris; *Schœnanthus.*
  - Iridis modo sitis, hoc est acie folii cauli obversâ; odoratis flosculis, & seminibus in julum seu nucamientum coactis; *Calamus Aromaticus.*

I. De Cypero.

NOtæ sunt, *Folia graminea & flores staminei, caules triquetri.* R. Synop.. p. 194.

1. Cyperus longus *Offic. Ger.* Longus odoratus *Park.* Odoratus radice longa, sive Cyperus Officinarum C. B. Paniculâ sparsa speciosa J. B. Lange Cypernwurtz. In palustribus sed rarius. *Usu.* Radix, longa, tenuis, nodosa, & geniculata, contorta, foris subnigra, intus albicans, saporis suavis, subacris & aromatici, odoris fragrantis. *Vires.* Stomachica ac Ute-

rina

rina est, Usus præcipuus in Urina ac Mensibus ciendis, cruditate ventriculi consumenda, Hydrope inchoata præservanda, Colica ac Vertigine discutienda, intellectu roborando, Masticata oris fœtorem emendat, &c. *Schrod.*

2. Cyperus rotundus *Offic.* rotundus Orientalis major *C. B.* Rotundus Syriacus *Ger.* Rotundus odoratus Syriacus *Park.* Syriacus & Creticus rotundior *J. B.* Runde Cypernwurtz. Ex Ægypto ad nos transfertur. *Usu.* Radix, rotunda, Olivæ magnitudinis ac figuræ, foris rufa, scabra, intus alba, pluribus ex uno capite quasi filis dependentibus, saporis & odoris fragrantis. *Vires.* Eisdem viribus cum Longo convenit.

3. Nardus Indica & Spica Nardi *Offic.* Indica *Ger.* Indica vulgaris *J. B.* Indica sive Spica Nardi *Park.* Indica, quæ Spica, Spica Nardi, & Spica Indica Officinarum *C. B.* Gramen cyperoides aromaticum Indicum *Breyn. 2. Prod.* Indianische Spicanarden. *Usu.* Radix longa, fungosa, digiti crassitie, & longitudine comosa, ex marcidorum foliorum nervis, aut nervosis filamentis convoluta & congesta, colore ex fusco rufescente, Saporis amari, acris, aromatici, odoris grati. Ex India orientali, Alexandria & aliunde ad nos transportatur. Eligenda recens, levis, longam comam habens, aliquantulum redolens Cyperum, sapore amaro. *Vires.* Calefacit, siccat, attenuat. astringit, Nephritica & Stomachica est. Usus præcip. in Urina & Mensibus ciendis, in

Ven-

Ventriculi rosione, inflatione, in Ictero, &c. *Schrod.* Vermes necat. Vide plura apud *Joannem Fabrum de Nardo adversus Josephum Scaligerum.*

Papyrus Nilotica apud veteres Ægyptios, & Orientales magni & varii usus, Cyperis adjungi potest ob caulem triquetrum seu ensiformem; vide ejus Historiam & usum apud *Guilandinum*, *Veslingium*, &c.

II. De Junco.

CAulibus teretibus, fungosis, paniculâ ex latere caulis exeunte, & multis seminibus majusculis compositâ à reliquis differt. R. Hist. p. 1302.

Juncus vulgaris *Offic.* acutus *Ger.* Acutus vulgaris *Park.* Acutus paniculâ sparsa. *C. B.* Binsen / Schmelen. In pascuis & aquosis. *Usu.* Integra planta. De usu ejus Medico nihil invenio inter Authores.

III. De Schœnantho.

CAule tereti medulla fungosa farcto, seminibus in paniculis papposa lanugine obsitis à reliquis differt.

Schœnanthus & Juncus odoratus *Offic. J. B.* Schœnanthum *Ger.* Juncus odoratus aromaticus *C. B.* Odoratus tenuior *Park.* Gramen dactylon aromaticum, multiplici paniculâ, spicis brevibus tomento candicantibus ex eodem pediculo binis *Plukenetii Phytogr. Tab.* 190. *Fig.* 1. Cameelsheu / Cameelstroh. Affertur ex Arabia. *Usu.* Culmus cum foliis, saporis acris, amaricantis, & suavis, odoris fragrantissimi. *Vires.* Calefacit, subastringit, tenuium est partium, discutit. Usus præcip. in obstructis

ſtructis menſibus, Epate, Liene, in Ventriculi inflatione, vomitu ac ſingultu, in Urinæ difficultate, Renum, Veſicæ ac Uteri dolore. *Schrod.*

IV. *De Acoro.*

Acorum ſpica quam profert ſimplicem elegantem. Juli ſpecie, folia Iridis aromatica, odorata, ab aliis diſcriminant. R. Synop. p. 205.

Acorus verus & Calamus aromaticus *Offic.* Verus ſive Calamus Officinarum *Park.* Verus ſive Calamus aromaticus Officinarum *C. B.* Verus, Officinis falsò Calamus *Ger.* Calamus aromaticus vulgaris, multis Acorum *J. B.* Kalmuß / Ackerwurtz. In aquoſis ſed rarius. Julio julum producit. *Uſu.* Radix oblonga, nonnihil compreſſa, in ſuperficie geniculata, foris ex flavo rubeſcens, intus alba atque fungoſa, ſaporis acris & amaricantis, cum odore aromatico. *Vires.* Stomachicus eſt, Calefacit & ſiccat, partium tenuium eſt, attenuat, aperit. Uſus præcipuus in Obſtructionibus Menſium, Lienis ac epatis, in dolore Colico, &c. *Schrod.* N. B. *Plantam hanc non eſſe verum Calamum odoratum Antiquorum, ſed Acorum verum Dioſcoridis Botanici eruditiores conſentiunt.* Calamus Aromaticus veterum eſt Plantæ Ægyptiacæ (*Alpin. Exot. Caſſabel Darrira* dictæ, quæ tetrapetala eſt, ſiliculis, oblongis, acuminatis, in baſi cauliculatis, ſeminibus nigris minutiſſimis refertis) cauliculi tenues, geniculati, foris pallidè flaveſcentes, intùs candidi, includentes medullam fungoſam, levem, ſimilem telis aranea-

rum in se collapsis & convolutis, saporis acris, suaviter amaricantis, odoris aromatici, & fragrantissimi. *Ex prælect. Manuscriptis Hermanni.*

SECTIO VIGESIMA QUARTA.

De Herbis Culmiferis.

NOtæ sunt, Caulis cavus, teres, geniculatus, foliis cinctus ad singula genicula singulis, flores staminei.

Herbæ culmiferæ sunt vel grano
- Majore, frumentaceæ dictæ, vel grano homini
  - Esculento, quæ propriè Frumenta, suntque vel
    - Spicatæ, grano itidem vel
      - Majore & oblongo
        - Nudo, glumis vel
          - Triturando facilè abscedentibus, seu quæ grano est
            - Turgidiore & lucidiore, sulcato, farinâ candidiore & leviore, nutrimenti optimi; *Triticum.*
            - Strigosiore & fusco, farina crassiore, nigriore & viscidiore; *Secale.*
          - Arctiùs adhærentibus, ut eas triturando non deponat; *Zea.*
        - Cortice crassiore tecto, Spicâ
          - Compactâ simplici; *Hordeum.*
          - Laxâ & ex pluribus compositâ; *Oryza.*
      - Minore & rotundiore; *Panicum.*
    - Paniculatæ, grano
      - Oblongo, gluma crassiore tecto; *Avena.*
      - Subrotundo, minore & splendente; *Milium.*
    - Paniculatæ simul & spicatæ, Paniculâ in cacumine crassâ, spicis maximis è geniculis ad culmi latera exeuntibus; *Frumentum Indicum.*
  - Non esculento spicatæ, spicâ longâ, compressâ, strigosâ; *Lolium.*
- Minore
  - Major & elatior; *Arundo.*
  - Minor & humilior; *Gramen.*

I. De

I. De Tritico.

GRano est majore, oblongo, nudo, turgido, lucido & flavescente, ab uno latere sulcato, farina candidiore & leviore, nutrimenti optimi. R. Synop. p. 177.

Triticum *Offic.* spicâ muticâ *Ger. Park.* Hybernum ariſtis carens *C. B.* Vulgare, glumas triturando deponens *J. B.* Weitzen. In agris ſeritur. *Uſu.* Seminis Farina volatilis, furfur. *Vires.* Extrinſecus adhibetur *Farina* in tumoribus molliendis, leniendis, &c. In oculorum inflammationibus ac fluxionibus (cataplaſmatis forma impoſita) in Eryſipelate, Podagriciſque doloribus leniendis. (ſicca farina impoſita) *Furfures* abſtergunt ſquamulas capitis, leniunt dolores. Amylum *Offic.* Weiſſe Stärcke. Conficitur ex Farina; ſcilicet, Maceratur ſæpius quotidie aquâ affusâ & effusâ, donec ita molleſcat ut cremor exprimi poſſit, deinde in Sole ſiccatur. *Vires.* Siccat & adſtringit.

II. De Secali.

A Tritico differt culmo elatiore, grano ſtrigoſiore, tenuiore & nigriore, glumis non operto, ſed magna ex parte nudo, farina nigriore, humidiore, lenta & obſtruente. R. Synop. p. 178.

Secale *Offic. Ger. J. B.* Vulgatius *Park.* Hybernum vel majus *C. B.* Rocken. In agris ſeritur. *Uſu.* Farina. *Vires.* Uſus ejus potiſſimus Culinaris eſt, adhibetur tamen non rarò extrinſecus ad Tumores & dolores diſcutiendos. *Schrod.*

III. De Zea.

ZEA & Spelta *Offic. J. B. Ger.* Dicoccos sive Spelta vulgò *Park.* Dicoccos vel Zea major *C. B.* Speltz / Dinckelkorn / St. Petersforn. In Italia seritur. *Usu.* Semen sed rarius.

IV. De Hordeo.

A Reliquis culmiferis spicatis grano cortice crassiore, undiq; arctè adhærente tecto, differt. R. Syn. p. 178. Hordeum *Offic.* distichum *C. B. Ger. J. B. Park.* Gerste. Seritur in agris verno tempore. *Usu.* Semen. *Vires.* Refrigerat & siccat, abstergit, aperit, digerit, emollit, est diureticum, nutritivum. *Schrod.* Præp. Hordeum mundatum, & perlatum. *Offic.* Perl-Gerste.

Hordeum Gallicum nostratibus dictum, quòd è Gallia in Angliam adferri solet, nihil aliud est, quàm Hordeum molâ quadam ad id parata cortice exutum. Vide D. *Plot, Hist. Nat. Oxon.* Optimum habetur rotundum, album, lucidum. Hordeum perlatum dictum, quòd perlas seu margaritas Scoticas refert, eodem modo præparatur quo præcedens, verùm bis térve molæ subjicitur, ut deteratur & minus evadat. Præfertur parvum, album, farinâ undique aspersum, recens & non mucidum. N.B. Nonnulli Hordeum perlatum è milio factum esse volunt, ob parvitatem sc. alii è Tritico. *Vires.* Utraque cum Hordeo vulgari viribus conveniunt, sed magis nutriunt.

De modis faciendi Ptisanam, ejusque usu vide *Dodonæum, Honestum, Vassæum in Epistol. Claudinum,* &c.

V. De

V. De *Oryza.*

GLuma seu cortice crassiore arctè adhærente granis, spicâ laxâ è pluribus composita à reliquis distinguitur. R. H. p. 1246.

Oryza *Offic. Ger. C. B. J. B. Park.* Reiß. In India Orientali copiosè seritur. *Usu.* Semen decorticatum. *Vires.* Datur utiliter in Cibis, Dysentericis, Cœliacis, & Diarrhœâ affectis. *Matth.*

VI. De *Panico.*

SPicâ laxiore, & velut è racemis composita, granis minoribus à reliquis differt. R. H. p. 1247.

Panicum *Offic.* vulgare *Ger. J. B. C. B.* Vulgare album *Park.* Germanicum sive panicula minore *C. B.* Buchweitzen / Heidenkorn. In agris Germaniæ seritur. *Usu.* Semen, sed rarius. *Vires.* Siccat & refrigerat, alvum astringit. Usus præcip. in Hæmoptoicis & Pollutione nocturna.

VII. De *Frumento Indico.*

INsignibus notis ab aliis omnibus frumentaceis differt: Est enim paniculata simul & spicata. Panicula scilicet crassa, acerosa summo culmo insidet, spicæ crassæ, tres quatuorve è foliorum sinubus exeunt. R. H. p. 1249.

Triticum Indicum *Offic. J. B.* Frumentum Turcicum & Indicum *Ger.* Indicum Mays dictum *C. B.* Milium Indicum maximum Mays dictum, seu Frumentum Indicum *Park.* Tlaolli seu Mayz *Hern.* Türckischer Weitze. Indiæ occidentalis indigena est. *Usu.* Fructus, in compositione Chocolata. *Vires.* Tempera-

tum est, inquit *Hernandez*, aut ad caliditatem, humiditatemque paulisper declive, substantia mediocri, concoctu facile, &c.

VIII. De Milio.

Effusâ iubâ, granis minoribus, subrotundis, lucidis à reliquis distinguitur. R. H. p. 1250.

Milium *Offic. Ger. J. B.* Vulgare album *Park.* Semine luteo *C. B.* Hirsen. *Usu.* Semen. *Vires.* Refrigerat & siccat, alvum constipat; Sudorem ac Urinam potenter movet. *Schrod.*

IX. De Avena.

Paniculâ sparsâ, semine angusto, oblongo, gluma crassiore tecto, in locustis bifidis à reliquis distinguitur. R. Synops. p. 178.

Avena *Offic.* Vesca *Ger. Park.* Vulgaris seu alba *C. B.* alba *J. B.* Haber. In agris seritur. *Usu.* Semen. *Vires.* Culinare potius est, quàm officinale. Crudum sacculo inditur, qui ventri optimè calefactus imponitur ad dolores Colicos & Uterinos leniendos.

X. De Lolio.

Spica strigosa, compressa, granis cum glumis utrinque ad scapum in eodem plano sitis à reliquis differt. R. Synop. p. 181.

Lolium *Offic.* Album *Ger. Park.* Gramineum spicatum, caput tentans *J. B.* Gramen loliaceum spica longiore *C. B.* Treßpen oder Lulch. Inter segetes. *Usu.* Semen. *Vires.* Calefacit & siccat, attenuat, resolvit, abstergit. *R. H. p.* 1263.

XI. De *Gramine.*

Radice repente, geniculata, spicâ triticeâ à reliquis facilè distinguitur.

Gramen *Offic.* Caninum *Ger.* Caninum vulgatius *Park.* Caninum arvense seu Gramen *Dioscoridis C. B.* repens Officinarum fortè, spicæ Triticeæ aliquatenus simile *J. B.* Spicâ triticeâ repens vulgare, caninum dictum *R. Synop.* Quick-Gras. In agris & hortis. *Usu.* Radix. *Vires.* Refrigerat & siccat, aperit, subastringit, substantiæ est tenuis ac penetrativæ. *Schrod.*

XII. *De Arundine.*

Planta est in culmiferis maxima, paniculâ lanuginosâ, aquosis gaudens. R. Synop. p. 185.

Arundo *Offic.* Vallatoria *Ger.* Vulgaris palustris *J. B.* Vulgaris sive phragmites *Dioscoridis,* κάλαμ☉ χαρακίας *Theophrasti C. B.* Harundo vulgaris sive vallatoria *Park.* Gemein Rohr. In aquosis. *Usu.* Radix. *Vires.* Urinam & Menses ciet. Ischuriæ succurrit. *Matth.*

XIII. *De Calamo Saccharifero.*

Medius inter Miliaceas, atque Arundinaceas plantas videtur Saccharatus calamus. R. H. p. 1278.

Arundo Saccharina J. B. *Ger.* Saccharifera *C. B. Hern.* Harundo Saccharifera *Park.* Tacomaroe *Pis.* Sucker-Rohr. Sponte oritur in utraque India. E succo hujus plantæ conficitur *Saccharum album & rubrum* Offic. Weisser und Brauner Sucker. De modo ejus conficiendi videsis *R. H. Saccharum cantum, candum & crystallinum album* Offic. Weisser Suckerkandy / &

Saccharum cantum & candum rubrum Offic. Brauner Zuckerkandy. Est saccharum depuratum candisando in crystallinam formam s. a. redactum, ad modum quo Salia crystallisari solent. *Vires.* Sacchari facultates & usus in cibo & medicina, quin & præparationum modi adeò numerosi sunt ut singulos recensere & accuratiùs expendere vel justum volumen requireret. C. B. Vide *J. Bauhini Histor. Plant. Tom. 2. p. 536. 537. Item J. Raii H. Pl. Lib. 22. p. 1278. 1279. Vide etiam Ligonem in Histor. Barbad. & Hughesium in American. Med.*

SECTIO VIGESIMA QUINTA.

De Herbis anomalis seu incertæ sedis.

Hæ sunt vel
- Aquaticæ, floribus perfectis seu bracteatis, foliis angulosis, fructu magno muricato; *Tribulus aquaticus.*
- Terrestres, foliosæ, quibus
  - Siliquæ breves, quadrangulæ, erectæ; *Sesamum.*
  - Florum folia rictum quodammodo exprimentia, thyrsus oblongus; vascula seminalia oblonga, Cardui æmula planta, facie externa; *Acanthus.*

I. De Tribulo aquatico.

FOliis angulosis, fructu magno, muricato, & loco natali à reliquis differt.

Tribulus aquaticus *Offic. Ger. C. B. J. B.* Aquaticus major *Park.* Wassernuß / Stachelnuß / Spitznuß. In aquosis. Junio floret. *Usu.* Nuces,

II. De

II. De Acantho.

FLorum, rictum quodammodo exprimentium, thyrsus oblongus; vascula seminalia oblonga, Cardui æmula, planta facie externa Acanthi notæ sunt.

Acanthus & Branca ursina *Offic.* sativus *Ger. Park.* Sativus vel mollis *Virgilii C. B.* Carduus acanthus, sive Branca ursina *J. B.* Bärenklau. In hortis botanicis. Julio floret. *Usu.* Herba seu Folia. *Vires.* Urinam ducit & alvum sistit.

III. De Sesamo.

NOtæ sunt siliquæ breves, quadrangulæ, erectæ.

Sesamum *Offic. Ger. C. B. J. B. Park.* Semine fusco & albo *Herm. Cat.* Schit-elu. *H.M.* An Gangila sive Sesamum Africanum *Pison. Marcg?* Canarien-Saat. *Usu.* Semen. *Vires.* Calefacit, modicè humectat, emollit, paregoricum, viscosum, pingue, adeoque & Emplasticum est; Nervorum duritiem illitu discutit, Colicis doloribus medetur. *Schrod.* Vide *etiam Hofmannum in Schrod.*

CLASSIS TERTIA, SEU DENDROLOGIA.

SECTIO PRIMA.

De Arboribus caudice simplici non ramoso.

De Palma.

Notæ sunt, folia striata & velut Arundinacea, flores tripetali. R.H.p.1352.

1. Palma *Ger. J. B.* Vulgaris *Park.* Major *C. B.* Dactylifera *Herm. Cat.* Dactylifera major vulgaris *Jons. D.* Palm-Baum/ Datteln-Baum. In Ægypto & aliis locis fervidis nascitur. *Usu.* Fructus oblongo-rotundi glandium magnitudine & forma sed majores, includentes sub pellicula fulva ac tenui pulpam saporis subdulcis & viscidi, & sub hac nucleum oblongum, durum, per longitudinem sulco notatum. *Dactylus* Offic. Datteln. Eligendi magni, fulvi, parùm rugosi, molles, pleni, carnosi, carne subdura ad nucleum candicante, ad corticem rubescente, sapore vinoso. *Vires.* Calefaciunt, subastringunt, asperitatem faucium leniunt, fœtum in Utero roborant, fluxus Ventris sistunt, vitiis Renum ac Vesicæ succurrunt. *Schrod.*

2. Palma cujus fructus sessilis Fausel dicitur *C. B.* Arecifera, nucleo versicolori, Nuci Moschatæ simili *P. B. P.* Fausel sive Areca, Palmæ

næ foliis *J. B.* Sine Pynang *Bont.* Areca ſive Faufel. *Ger.* Sive Faufel, Avellana Indiana verſicolor *Park.* Caunga *H. M.* Indianiſche Nuß. In Malabar aliiſque locis Indiæ Orientalis ſuccreſcit. *Uſu.* Succus inſpiſſatus *Terra Japonica*, & *Catechu* Officinis dictus. Eſt ſubſtantia gummoſa indurata, è ruffo nigricans, ſaporis adſtringentis & auſteri, poſtmodum dulcis & grati, odoris nullius. Duplex eſt, una purior, deguſtata leviter in lingua quaſi liqueſcit; altera verò durior & impurior, adeóque fere nullius uſus, quæ fortaſſe decepit *Schroderum*, ut pro terra habuerit. *Vires.* Adſtringit, ventriculum roborat, nauſeam arcet, appetitum excitant, vomitum juvat, Fluxum alvi, menſium & ſanguinis reprimit. De exotico illo medicamento *Terra Japonica Catechu* ſeu *Caetchu* dicto, quid nimirum ſit, non convenit inter eruditos: nonnulli qui pro vera ſeu genuina terræ ſpecie, ut nomen ſonat, illud habent, inter mineralia reponunt: Alii compoſitum quiddam vitriolicæ naturæ particeps eſſe exiſtimant: Alii denique, & quidem rectè, Vegetabilibus annumerant, pro ſucco inſpiſſato habentes. Quorum omnium opiniones à *Wedelio Ephem. Germ. An. 2. Obſ. 128.* traduntur. Cæterum *Catechu* iſthoc in aqua communi facilè ſolvitur, eidemque incorporatur, & tincturam rubram communicat, ut alii non pauci ſucci vegetabiles inſpiſſati, & extracta; à qua filtrando non ſeparatur, ut terræ ſolent, ſed filtrum unà tranſit; & calcinatione in cineres abit perfectos

fectos, quod Terræ non faciunt. Quòd autem vitriolicæ naturæ particeps non sit tria sequentia experimenta abunde evincunt. 1. Quòd Sal vitriolicus ab eo nequeat separari. 2. Quòd Alkali admixtum ne minimam quidem effervescentiam aut præcipitationem excitet aut producat. 3. Ejusdem solutio vitriolicis quibuscunque additis in Atramentum facessit *Garcias* & sequaces Lycium *Dioscoridis* esse volunt, quibus *Clusius* & *Veslingius* se opponunt, quoniam arbores Lycium fundentes, & *Catechu* plurimùm inter se differunt, tum figurâ tum magnitudine foliorum & fructuum. Alii succum inspissatum seu extractum fructus illius Anacardium occidentalium dicti esse contendunt, ob nominum, ut videtur, affinitatem, siquidem ille *Cajou* & *Catzu* dicitur. Verùm *Cleyerus* Extractum fructus Acaciæ Orientalis plantæ *Tamarindo* admodum similis esse affirmat. *Paulus Ammannus* compositum quoddam artificiale esse ait, Ingredientia ejus, inquit, sunt Extractum Glyryrrhizæ Indicæ, & Calami Aromatici Indici, atque Succus Arecæ; qui ipsi colorem purpureum conciliat. Tandem *Johannes Otto Helbigius* simplicium Indiæ Orientalis peritissimus, eam educi tradit è fructu quodam parvo resinoso, astringente, velut in uvis dependente, pediculis longis; qui fructus, inquit, una cum foliis *Betle* & calce per totam Indiam mastica-tur ad os mundandum, estque nihil aliud quam *Fausel* Javanis & Malaiis *Pynang*, dictum, cujus sententiæ & nos subscribimus.

Hinc

ſine hi verſiculi.

Qui foliis credat commixta calce tenellis,
Cum fructu hoc Indos veſci, unde ore cruento
Purpureum ejiciunt ſuccum, tam dentibus atris
Horrendum attingunt, & dentibus ore minantur?

Res iſtæ, de quibus jam acturi ſumus inquit *ontius*, adeo familiares ſunt apud omnes Iniæ populos, ut videamur operam velle perere ſi latius de iis agamus.

N.B. Pharmacopolæ noſtrates Londinenſes *erræ Japonicæ* nomine Extractum ipſum prout d nos adfertur intelligunt: *Catechu* vero apellatione Compoſitum quiddam ex Extracto, Moſcho, Ambra, &c. vid. *Hagendornium* de 'erra Catechu.

SECTIO SECUNDA.

De Arboribus quarum fructus à floribus remoti vel ſejuncti ſunt.

Nuciferæ, *hoc eſt*, nuce duro & fragili putamine tecta, fructus in tegumento
- Craſſo & carnoſo teſtam undique obducente, nucleo, in quatuor lobos profundè diviſo, folio pinnato; *Juglans.*
- Tenui & Membranaceo, ſumma parte aperto, foliis integris ſubrotundis; *Corylus.*

Glandiferæ, *hoc eſt*, nuce coriaceo tegmine obducta
- Unica in unoquoque folliculo, ſeu calyce, qui nucem totam non integit, ſed inferiorem ejus partem tantùm; foliis
  - Deciduis, arbore procera; *Quercus.*
  - Semper virentibus, cortice
    - Craſſo & fungoſo; *Suber.*
    - Tenuiore; *Ilex.*

b Pluribus

a b Pluribus nucibus communi tegumento inclusis, fructu majore echinato, foliis longis serratis; *Castanea.*

Coniferæ, *hoc est*, fructu squamoso, polyspermo, in coni seu metæ formam turbinato, suntque vel

Resiniferæ, fructu

Squamoso, binis sub singulis squamis, seminibus, foliis

Perpetuis, angustis,

Sparsim undique à surculis exeuntibus, iisque vel

Longioribus & binis ex eadem theca seu tubulo exeuntibus; *Pinus.*

Brevioribus & singulatim enascentibus; *Abies.*

Brevissimis, duris, & pungentibus conis minimis; *Sabina.*

Agminatim in tuberculis, in penicillos velut congestis, conis magnis sursum spectantibus; *Cedrus.*

Deciduis, conis parvis; *Larix.*

E clavatis tuberibus per harmoniam coaptatis, foliis brevibus in squamas degenerantibus; *Cupressus.*

Succo aqueo præditæ, foliis subrotundis, minoribus, conis minimis; *Betula.*

Bacciferæ, foliis perpetuis, simplicibus, angustis, mucronibus acutis & pungentibus, colore foliorum glauco, granis in singulis baccis ternis, ligno odorato; *Juniperus.*

Lanigeræ, seminibus vasculis inclusis, multis simul confertis in fructum oblongum cylindraceum Julum dictum, è foliorum alis exeuntem, foliis

Angustioribus & longioribus, viminibus lentis; *Salix.*

Latioribus & angulosis subrotundis; *Populus.*

Arbores

Arbores flore à fructu remoto Nuciferæ.

NUces autem voco, fructus majores putamine duro & fragili nucleum claudentes.

I. De *Juglande.*

NUce fragili & dura, tegumento exteriore clauso, testam undique obducente crassiore & carnoso, nucleo in quatuor lobos profundè diviso folio pinnato à reliquis differt. R. Meth. p. 36.

Nux Juglans *Offic. Ger. J. B.* Juglans vulgaris *Park. Jons. D.* Juglans sive regia vulgaris *C. B.* Ein Welscher Nußbaum. In areis & agris seritur. Juli erumpunt Martio; Nuces maturescunt autumno. *Usu.* Cortex arboris, Juli, Nuces, Putamina nucum externa eaque viridia, *Vires.* Nuces recentes calefac. & siccant, in Peste præservare dicuntur. *Putamina* externa, viridia, vi vomitum leniter movendi prædita sunt. *Cortex* interior, de arbore decerptus, dum adhuc succulentus est siccatusque, ciet vomitum sat validè. Juli itidem vomitum excitant, sed lenius. Usus præcipuus in Colico Nephriticoque dolore; sistunt & Diarrhœam, exhibiti. *Schrod.*

II. De *Corylo.*

NUce fragili & durâ, tegumento tenui & membranaceo summa parte aperto, & foliis integris subrotundis à reliquis differt.

Avel-

Avellana *Offic.* Corylus sylvestris *Ger. C. B.* Seu Nux Avellana sylvestris *J. B. Park.* Nux Avellana sylvestris *Jons. D.* Haselstaude. In sylvis & sepibus. *Usu.* Lignum, Nuces, & earum Cortices. *Vires.* Lignum per se rarò Officinale est. Nucleos Stomacho infestos esse & difficulter concoqui, necnon caput gravare Medicorum communis est Sententia.

Arbores fructu à flore remoto Glandiferæ.

Glandes autem voco, fructus majores putamine coriaceo nucleum claudentes.

III. De *Castanea.*

Corticoso & coriaceo putamine cum glande convenit; echinato calyce, totam nucem tegente, ab eadem differt. R. H. p. 1382.

Castanea *Offic. Ger. J. B.* Sativa *C B. Jons. D.* Vulgaris *Park.* Castanien Baum. In sylvis sed rarius. *Usu.* Nuces, earumque cortices. *Vires.* Membrana sistit valenter immodicos alvi fluores & Sanguinis rejectiones. *Schrod.*

IV. De *Quercu.*

Nuce coriaceo in calice, qui nucem totam non integit sed inferiorem ejus partem tantum; & foliis deciduis à reliquis distinguitur.

Quercus *Offic.* vulgaris *Ger.* Latifolia *Park.* Cum longis pediculis *C. B.* Vulgaris longis pediculis *J. B.* Eich-Baum. In sylvis & sepibus.

Usu.

Usu. Cortex arboris, Germina, Folia, Glandes, Caliculæ, & Gallæ seu tuberculæ excrementitiæ, rotundæ, in superficie parvis tuberculis exasperatæ, unico foramine, intus fungosæ & carnosæ, saporis austeri, acerbi & adstringentis. *Vires.* Folia, Glandes, Cortex, Calyces & Gallæ, refrigerant, siccant, astringunt. Usus in fluxu alvi, Uteri, Seminis, &c.

V. De Ilice.

FOliis perpetuis aculeatis à Quercu differt.

Ilex coccigera *Ger. J. B.* Aquifolia sive coccigera *Park.* Aculeata, cocciglandifera *C. B. Jonst. D.* Tabern. Scharlach Grän. *Usu. Grana Chermes* & *Coccus baphica* Offic. Karmasinbeer. In usu sunt Grana excrementitia, vel potiùs nidi Insectorum, pisi magnitudine, rubentia, substantia fungosa & rara, saporis subacris & subamaricantis, odoris non ingrati. Eligenda sunt grana rubicundo-nigra, integra. *Succus Chermes* Offic. *vel potiùs Syrupus.* Ex Monspeliensi agro ad nos adfertur, ubi fit ex Granis hoc modo. In mortario marmoreo tunduntur, & deinde per cribrum trajiciuntur, ut pulpa, inde separatur æquali Sacchari quantitate permiscendo. *Vires.* Cardiaca sunt, siccant, adstringunt, vapores tetros discutiunt, Spiritus vitales reficiunt, parturientibus subveniunt, vulneratis nervis medentur, Morbillos erumpere faciunt. *Schrod.* De Chetme plura vide apud *Quinqueranum de laudibus Gallo Provinciæ, & apud Bellonium in Itinerario Insulæ Cretæ.*

VI. De Subere.

FOliis perpetuis non aculeatis, cortice crasso à reliquis differt.

Suber *Offic.* latifolium *Ger. Park. J.B.* Latifolium perpetuò virens *C. B. Tabern.* Pantoffel-Baum/ alii Korck-Baum. In Italia & aliis regionibus. *Usu.* Cortex ad usum mechanicum, in medicina raro. *Vires.* Tritus ex aqua calida potus Sanguinem sistit; ejusdem cinis ad idem valere dicitur. *R. H. p.* 1393.

Arbores fructu à flore remoto Coniferæ.

COnos voco, fructus squamosos & siccos, polyspermos, in coni seu metæ formam plerumque turbinatos. R. H.

VII. De Abiete.

NOtæ sunt, folia singularia ramulos undique cingentia, crebra, angusta, & in plerisque brevia; proceritas eximia, materies levis. R. Synop. p. 212.

1. Abies *Offic. Park. Ger.* Mas conis sursum spectantibus *C. B.* Fœmina sive ἐλάτη θήλεια J. B. Taxi foliis *R. H. p.* 1394. *R. Synop.* Tannen Baum. In areis. *Usu.* Lignum, Summitates, Resina duplex in usu est. 1. *Liquida*, hanc Officinæ *Terebinthinam Argentoratensem* vocant, Straßburger Terpentin. Lariceæ consistentiâ similis, sed magis transparens, amaricans, valdè fragrans, & sapore Citrii mali corticem proximè refe-

referens. 2. *Sicca*, quæ uti Thus commune figurâ ementitur, ita uſum ejus æmulatur. *Vires.* Raſura Ligni & ſummitatibus in Scorbuto, bono cum ſucceſſu ſæpenumero uſus ſum. Reſina ut externa facie, ita & viribus cum Laricea convenit.

2. Picea *Offic. Park.* Major *Ger.* Major prima ſive Abies rubra *C. B.* Latinorum ſive Abies mas *Theophraſti J. B.* Abies conis deorſum ſpectantibus *R. H. p. 1396.* Rohter Tannenbaum. In Alpibus Scoticis ſed rarius. *Uſu.* Reſina. *Vires.* Cum Abiegna viribus convenit. Ex hujus Reſina præparata ſunt, 1. *Reſina communis* Offic. Gemein Hartz / coctione in lebete cum aqua dum ad conſiſtentiam advenit. 2. *Pix liquida* Offic. Schiff-Pech / uſtione in fornace, ut deſcribit *J. Conradus Axtius* Tractatu de Arboribus coniferis. 3. *Pix* Offic. coctione liquidæ in fornace ad conſiſtentiam; Pix illa ubi denuo coctione dephlegmatur craſſeſcit magis ac magis, diciturque *Pix ſicca Offic. Vires.* Ut reſinam ſapit ita & Pix reſinarum vires obtinet: idque eò magis, quò liquidior pix fuerit, ſicca enim exiccat fortius: facultatis itaque pix liquida eſt calefacientis, diſcutientis, mollientis, digerentis, anodynæ, &c. *Schrod.* N. B. Pix non tantum ex Abietis, ſed ex Pinûs, Cedri & aliarum etiam arborum reſiniferarum lignis vi ignis excoquitur. 4. *Pix Burgundica Offic.* Subſtantia eſt reſinoſa, ſolida, mollis; coloris rufeſcentis, odoris grati. Ex Germania ad nos adfertur. Piceæ arboris Reſinam eſſe exiſtimat

Parkinsonus, cùm primò effluit liquidam, tempore indurescentem, ut tandem friabilis reddatur: quod an verum sit nescio, nedum enim certi quicquam de ea comperi. *Vires.* Cum Pice & Terebinthina viribus convenit.

VIII. De Pinu.

Notæ sunt, folia longiora, bina ex eadem theca seu tubulo prodeuntia. R. Synop. p. 215.

1. Pinus *Offic.* sativa *C.B. Jons. D.* Sativa sive domestica *Ger.* Urbana sive domestica *Park.* Officinalis duris, foliis longis *J.B.* Fichten Baum. In Italia. *Usu.* Coni, Nuclei, earumque cortices, & Resina Strobilina, quæ circa conos seu Strobilos concreta reperitur. Nuclei sunt oblongi, candidi, inclusi (mediante tunica rutila) ossiculis crassis & duris, squamato cono dispositis, saporis subdulcis. *Vires.* Nuclei caliditate temperati sunt, & humidi, maturant, leniunt, agglutinant, resolvunt, impinguant, adeoque Usus præcipuus est in Phthisi, Tussi, Stranguria, ac acrimonia urinæ mitiganda, *Schrod.*

2. Pinus sylvestris *Ger. C.B.* Sylvestris, vulgaris Genevensis & Tæda *C. B.* Berg Zirbelbaum. Habetur in viridariis nostris frequens. *Usu.* Resina quæ duplex est, vel liquida *Terebinthina communis* seu *vulgaris Offic.* Gemeiner Terpentin/ dicitur; vel sicca *Thus vulgare Offic.* Weirauchs Körner. 1. *Terebinthina communis* quæ minus liquida & crassior est quàm laricea aut abiegna, nec pellucida, albicans, consistentia fere Olei, frigo-

frigore nonnihil denſati, ex hac conficitur *Oleum* per deſtillationem cujus reſiduum *Colophonia Offic.* Reſina nigra *vulgò* Geigen-Hartz dicitur, quæ eſt ſubſtantia reſinoſa, arida, fuſca, ſaporis pinguis, oleoſi & reſinoſi. 2. *Thus vulgare Offic.* Fœmininum *quibusdam.* Reſina eſt mollis, citò ardens, colore ochroleuco, odore & ſapore Terebinthinæ communis. *Vires.* Virtutem habent leniendi, temperandi, urinam movendi, &c.

3. Balſamum de Tolu *Offic. Park. J. B.* Tolutanum foliis Ceratiæ ſimilibus quod candidum *C. B.* Balſamifera quarta ſeu Provinciæ Tolu *Hern.* *Uſu.* Reſina ſeu Balſamum coloris ex ſpadiceo ad aureum tendentis, mediæ inter liquidum & denſum conſiſtentiæ, valdè glutinoſæ, ſaporis dulcis & grati, odoris excellentiſſimi, Limoniorumque fragrantia. Advehitur in Cucurbitis parvis ex Provincia Tolu in America. *Vires.* Calefacit, ſiccat, attenuat, reſolvit, vulnerarium eſt, Pectus expurgat, &c. Uſus præcip. in Aſthmate, Phthiſi, in ventriculi cruditate & dolore. Extrinſecus doloribus à cauſa frigida quibuſcunque ſubvenit & imprimis Capitis, Arthriticis & Nephriticis: Celebratur in vulneribus articulorum, ſectionibus nervorum, puncturis, &c. *Schrod.* N. B. Arbores è quibus colligitur hoc Balſamum pumilis Pinis ſunt ſimiles, ergo ad hunc locum referimus, & pro tertia ſpecie Pinûs proponimus.

IX. De *Cedro conifera.*

FOliis perpetuis angustis, agminatim in tuberculis, in penicillos velut coaggestis, conis magnis sursum spectantibus à reliquis differt. R. Meth. p. 38.

Cedrus *Offic.* Libani *Ger.* Conifera foliis Laricis *C. B.* Magna, sive Libani conifera *J. B.* magna conifera Libani *Park.* Cedern Baum. In hortis curiosorum nonnunquam reperitur. *Usu.* Pix, quæ rarò aut nunquam in Officinis nostris reperitur. *Vires.* An à pice vulgari differat viribus nescio.

X. *De Larice.*

FOliis deciduis, brevibus, cedrinorum in modum nascentibus; conis parvis à reliquis differt. R. Meth. p. 38.

Larix *Offic. Ger. Park. C. B.* Folio deciduo conifera *J. B.* Lerchen Baum. In Alpibus abundè provenit. *Usu.* Resina liquida, *Terebinthina Veneta Offic.* Venedischer Terpentin dicta. Substantia est liquida, consistentia Mellis novi, coloris flavescentis, saporis acris & amaricantis, odoris grati & fragrantis. Pix quæ rarò aut nunquam invenitur. *Vires.* Terebinthina calefacit, emollit, abstergit. Usus præcipuus intrinsecus in pulmonibus expurgandis, in Gonorrhœa sistenda, Urinam ac alvum ciet. Extrinsecus Chirurgis usitatissima est, fereque in Emplastris omnibus adhibetur, movet enim pus, maturat, &c. *Schrod.*

XI. De Cupresso.

NOtæ sunt, præter communes huic generi, fructus è clavatis lignosis tuberibus, per harmoniam in formam globosam coaptatis, compositi: foliola brevia acuta in squammas degenerantia. R. Hist. p. 1406.

Cupressus *Offic. Park. C. B. J. B.* Sativa & sylvestris *Ger.* Vulgaris *Jons. D.* Cypressen Baum. In hortis & areis colitur. *Usu.* Ligna, summitates, Coni, seu nuces. *Vires.* Lignum refrigerat, siccat, astringit. Summitates & Fructus calefaciunt parùm, exiccant, astringuntque validè, proin usus sunt præcip. in Hæmoptysi, Diarrhœa, Dysenteria, in mictione involuntaria, & in Herniis curandis intus & extus adhibita. *Schrod.*

XII. De Sabina.

NOtæ sunt, folia perpetua, angusta, brevissima & pungentia, coni minimi, odor gravis.

Sabina *Offic.* vulgaris *Park.* Folio Tamarisci *Dioscoridis C. B. Jons. D.* Sterilis *Ger. J. B.* Sevenbaum. In hortis colitur. *Usu* Summitates. *Vires.* Calefacit & siccat, partium est tenuium, incidit, attenuat, discutit. Usus præcip. in Mensibus fortiter ciendis, Fœtu ejiciendo, Urina pellenda. Extrinsecus in affectibus Uterinis, &c. *Schrod.*

XIII. De Betula.

FRuctu squamoso semina continente, folio deciduo ad Populum accedente, à reliquis distinguitur. R. H. p. 1410.

Betula *Offic. C. B. Ger. Park. J. B.* Bircken Baum. In Silvis humidis & ericetis. *Usu.* Cortex.

tex, Lacrymæ, ex perforato caudice verno tempore prolectæ. *Vires.* Cortex calefacit & emollit, Lacrymæ commendantur ad comminuendos calculos Renum & Vesicæ, maculasque cutis abstergendas. *Schrod.*

Arbores flore à fructu remoto Bacciferæ.

XIV. De *Junipero.*

Notæ sunt, lignum odoratum, folia perpetua, angusta, acuta; terna in singulis baccis grana. R. Synop p. 214.

Juniperus *Offic. Ger.* Vulgaris *Park. Jonf. D.* Vulgaris fruticosa *C. B.* Vulgaris baccis parvis purpureis *J. B.* Wacholder Baum. In Ericetis. *Usu.* Lignum, Baccæ & Gummi. Baccæ sunt rotundæ, subruffæ, per maturitatem nigricantes, saporis subacris & resinosi, odoris grati. *Gummi Sandaracha Arabum*, est substantia resinosa, arida, pallidè flavescens, in guttas concreta, saporis resinosi. *Vires* Lignum calidum ac siccum est, suave olet, unde & rasura ejus non sine causa in Cucuphis adhibetur, quippe cephalicum est. *Baccæ* incidunt, discutiunt. Usus præcipui, in cienda Urina, Sudore, obstructis Mensibus, in affectibus capitis, Lienis, Nervorum, Pectoris, &c. *Gummi.* Usus præcipui in nervorum affectibus, resolutione, frigiditate &c. *Schrod.* N B. Vernix liquidus factitius est liquor ex hoc Gummi in Oleo Terebinthinæ soluto.

Arbo-

Arbores flore à fructu remoto Lanigeræ.

XV. De Populo.

SEmine julis lanigeris incluso cum Salice convenit, foliorum formâ latâ, & angulosâ ab ea differt. R. Synop. p. 214.

Populus nigra *Offic. Ger. C. B. Park. Jonſ. D.* Nigra ſive Αἴγειρος *J. B.* Schwartzer Pappel-Baum. In aquoſis, & ad fluvios. *Uſu.* Oculi ſeu Gemmæ, Aprili Menſe collectæ. *Vires.* An calidæ ſint an frigidæ varia eſt ſententia. Veriſimilior eorum ſententia videtur qui moderatè calidas faciunt.

XVI. De Salice.

JUlis ſeu nucamentis è multis vaſculis ſeminalibus compoſitis, quæ ſemen continent pappo involutum, cum Populo convenit, foliis longis, &c. ab eadem differt. R. Synop. p. 215.

Salix *Offic. Ger.* Vulgaris alba arboreſcens. *C. B.* Alba arboreſcens *Jonſ. D.* Arborea anguſtifolia, alba, vulgaris *Park.* Maxima fragilis, alba, hirſuta, *J. B.* Gemeiner Weidenbaum. In aquoſis & ad rivulos. *Uſu.* Folia. *Vires.* Refrigerant & ſiccant, ſubaſtringunt. Uſus præcip. in libidine arcenda. Extrinſecus in Hæmorrhagia vulnerum, narium, & ſimil. adſtringenda. *Schrod.*

SECTIO

SECTIO TERTIA.

De *Arboribus flore fructuque aggregato.*

Arbores flore fructuque aggregato sunt vel flosculis
Intra fructum occultatis, quæ flore omni carere vulgo creditæ sunt; *Ficus.*
Apertis, fructui insidentibus
Tripetalis, fructu Sphærocephalo, foliis aceris, quinquepartitis; *Liquid-Ambra arbor.*
Tetrapetalis, per maturitatem esculentis; *Morus.*
Monopetalis; scandens, fructu longo, terete, Julorum instar; *Piper longum.*

I. De *Ficu.*

AB aliis omnibus arboribus distinguitur flore vel nullo, vel intra fructum edulem dulcem occultato. R. H. p. 1431.

Ficus *Offic. Ger. J. B.* Vulgaris *Park.* Communis *C. B.* Feigenbaum. In hortis & pomariis, in calidis regionibus colitur. *Usu.* Fructus tam virides, quam siccæ, quæ Caricæ & Passæ dicuntur. *Vires.* Utræque humectant, Pulmonariæ sunt & bechicæ, arenulis Renum & vesicæ medentur, venenis resistunt: præcipui usus sunt in Variolis & Morbillis ad cutem pellendis: maturant, emolliunt, attrahunt; unde & bubonibus Pestilentialibus (innuente Scriptura) conferunt, &c. *Schrod.*

II. De *Moro.*

NOtæ sunt, Folia ex rotunditate in acumen desinentia, serrata, hirsuta, flores seu juli ex plurimis flos-culis

culis tetrapetalis compositi, & in fructu ipso superstites.

1. Morus *Offic. Ger.* fructu nigro *C. B.* Nigra *J. B.* Nigra Vulgaris *Park.* Maulbeerbaum. In hortis colitur, Serotino germinatu floret, fructum maturat Augusto. *Usu.* Cortex radicis, & Fructus. *Vires.* Cortex radicis calefacit & siccat, abstergit, adstringit. Epar ac Lienem aperit, alvum laxat, tineas latas enecat. Fructus immaturus refrigerat & siccat, validè astringit. Usus præcip. in omnibus fluxibus. e. g. Diarrhœa, Dysenteria, Fluxu menstruo, & exputatione sanguinis. Extrinsecus in faucium inflammationibus, ulceribusque. Maturi refrigerant & siccant, parum solvunt alvum, sitim sedant, appetitum excitant. *Schrod.*

2. Lignum *R. Hist. p.* 1810. Arbor Baccifera Brasiliensis, fructu tuberculis inæquali, Mori æmulo *Ejusdem p.* 1639. Tatai-iba *Pis.* Brasiliensibus *Margg.* Zanthoxylum aculeatum Carpini foliis Americanum, cortice cinereo *Plukenetii* in *Phytograph. T. 239. F. 3.* Nascitur in sylvis Brasiliensibus. *Usu.* Lignum durum crocei coloris, in usum medicum nunquam recipitur, sed Tinctoribus expetitum est ad colorandas lanas flavo colore.

III. De Pipere longo.

Notæ: Planta est sarmentosa, foliis latis subrotundis, acuminatis, ad singulos nodos singulis alternatim positis, flosculis monopetalis, quinque partitis, fructu longo aggregato.

1. Pi-

1. Piper longum *Offic. Ger. Park. J. B.* Longum orientale *C. B.* Piperi longo similis, Pistolochiæ foliis, absque pediculis, Maderaspatana *P. P. Tab. 104.* Pimpilim *Pis. Mant. A.* Tlatlancuaye sive Piperis longi species *11. Hern.* Catta-Tripali *H. M. Tom. 7.* Langer Pfeffer. In Java, Malabar, &c. oritur. *Usu.* Fructus immaturi, oblongi, teretes, Julorum instar cinerei, ex numerosis minutis granis vermiculato plexu dispositis compacti, saporis fervidi & amaricantis. *Vires.* Piper longum intensa mordacite præditum est, & subamarum quoniam immaturum, antidotis item & Theriacis medicaminibus opportunum *Dioscorid.* Cum Piperi rotundo viribus convenit.

2. Betle *Offic.* sive Betre *Ger.* Betre, Betle, Betele sive Bethle *Park.* Betre sive Tembul *C. B.* sive Betelle *J. B.* Betele *Bont.* Beétla-Codi *H. M. Tom. 7.* In Malabar & alibi Indiæ Orientalis crescit. *Usu.* Folia, sed raró aut nunquam in Officinis nostris reperitur. *Vires.* Calida est & sicca, Cor corroborat, oris halitum emendat.

3. Mecaxochitl *Offic. Hern.* Schmaler Americanischer Langer-Pfeffer. In Nova Hispania succrescit. *Usu.* Folia: ingreditur potum Chocolatam, sed in Officinis nostris raró invenitur. *Vires.* Calida est & sicca, ad Piperis longi species attinens; Bibitur cum Chocolata cui gratum saporem conciliat, corroborat, ventriculum calefacit, oris halitum emendat; crassos lentosque humores attenuat, adversatur venenis; Iliacis & Colicis confert, &c. *Hernand.*

IV. De

IV. *De Liquid-Ambari arbore.*

NOtæ sunt, folia quinquepartita, divisura ad Aceris accedentia, fructus Sphærocephalus, floribus tripetalis, seminibus oblongis.

Liquidambar *Offic. C. B. Park.* Resina arboris Ocosolt dictæ foliis Hederæ, odore Styracis liquidæ *J.B.* Liquidambari arbor sive Styracifera Aceris folio, fructu tribuloide i. e. pericarpio orbiculari ex quamplurimis apicibus coagmentato semen recondens *P. P. Tab. 42.* Xochiocotzo Quahuitl, seu Arbor Liquidambarum Indicum *Hern.* Styrax Aceris folio *R. H. p.* 1681. Arbor Virginiana Aceris folio, potiùs Platanus Virginiana Styracem fundens *ejusd. p.* 1799. Platanus Virginiana Styracem fundens seu Styrax Arbor Virginiana Aceris folio *Breyn 2. P.* Virginiana Styracem fundens *Raii P.B. P.* Acer Virginianum odoratum *Herm. Cat.* Weicher oder fliessender Storax. In Virginia, Nova Hispania & alibi Indiæ Occidentalis succrevit. *Usu.* Resina est substantia liquida, pinguis, consistentia Terebinthinæ Venetæ, ex flavo rubescens, saporis acris, aromatici, odoris fragrantis. *Vires.* Calefacit, humectat, resolvit, obstructiones expellit, emollit, maturat. Usus præcip. in Utero obstructo ac indurato, tumoribus duris, &c. in suffitibus & simil. *Schrod.*

Balsamum hoc, arbore ipsa vel sponte, vel incisa extillare ait *Hernandez.* Sunt autem qui ex arboris ramis comminutis & coctis pinguedinem innatantem, colligunt & vendunt pro legitimo Balsamo: Atque hic liquor à nonnullis

lis Storax liquida putatur, in Pharmacopolarum & Pharmacopœorum officinis vulgò venalis.

SECTIO QUARTA.

De Arboribus fructu Umbilicato.

ARbores & Frutices fructu umbilicato voco, in quibus Flos summo fructui insidet, unde fructus à calyce floris plerumq; residuo velut umbilicatus est.

Arbores & Frutices fructu umbilicato sunt vel
- Pomiferæ, foliis deciduis, fructuque tecto
  - Membranâ tenuiore,
    - Acerbo; umbilico
      - Latissimo, pediculo brevi, intus ossiculis duris, foliis vel integris vel laciniatis; *Mespilus.*
      - Contractiore, pediculis fructuum longis, foliis pinnatis, seminibus folliculis membranaceis inclusis; *Sorbus.*
    - Mitiore & per maturitatem esculento, foliis integris, loculamentorum seminalium parietibus
      - Duris, & cartilagineis, arbore magis patula, fructu ad imum seu basin latiore ferè, succo acidiore; *Malus.*
      - Mollibus & membranosis; fructu ad imum seu pediculum productiore ferè & turbinato, succo dulciore, arbore
        - Proceriore & rectiore, fructu lævi, sapore mitiore; *Pyrus.*
        - Humiliore ramis contortis, fructu lanugine rasili obsito; *Cydonia.*
  - Cortice crassiore, numerosis intus acinis
    - Angulosis in succo acido & grato contentis; *Granata.*
    - Planis cucurbitæ formis; *Gannanaperide.*
- Bacciferæ, quæ sunt vel foliis

Deciduis,

Deciduis,

Spinosæ, fructu simplici, foliis

Pinnatis, fructu majore, flore specioso, odorato, cum plurimis intus apicibus; *Rosa.*

Laciniatis, humilior & fruticosior, fructu grandiore esculento, flore herbaceo; *Grossularia.*

Non spinosæ,

Scandentes, circumvolvendo sese plantis viciniis, floribus tubulosis oblongis cornu venatorii quodammodo figurâ, odoratis; *Caprifolium.*

Erectæ, humiliores & fruticosæ, floribus & baccis in racemulis, foliis angulosis laciniatis; *Ribes.*

Semper virentibus, simplicibus latis, suntque vel

Scandentes, quæ præter cirros quibus aliis plantis adhærescit, radices etiam in terram agunt, baccis in corymbos coactis; *Hedera.*

Erectæ, foliis suaveolentibus

Majoribus & latioribus, floribus

Tetrapetalis, fructu dipyreno odorato, seminibus compressis; *Caryophyllus Aromaticus.*

Pentapetalis, fructu polyspermo, seminibus angulosis uvarum vinaceis similibus; *Periclymenum odoratum.*

Minoribus & angustioribus, seminibus albis incurvis; *Myrtus.*

De *Arboribus fructu umbilicato majore seu de Pomiferis umbilicatis.*

I. De *Malo.*

ARbor est notissima, nec ulla indiget, vel descriptione vel characteristica. R. Synop. p. 218.

1. Malus sativa *Offic. R, H, R. Synop.* Malus *J. B.*

J. B. Vulgaris *Park.* Domestica vulgaris *Jons.* *D.* Apffel-Baum. In hortis & pomariis colitur; Aprili floret. *Usu.* Fructus Pomum aqueum dictus, è majoribus est, exterius albicans, succo prægnans, acido, grato, & nonnihil una amaricante, & succus Pomorum fragrantium; ut Pipini & Pyri magni dicti. *Vires. Subacida* seu vinosa, naturæ sunt mixtæ, conveniuntque Ventriculo & Cordi. *Acida* sunt naturæ frigidioris ac astringentis. *Schrod.*

2. Malus sylvestris *Offic. Ger. Park.* Sylvestris sive agrestis *J. B. R. H.* Mala sylvestria quæ & alba, & rubra, & majora, & minora *C. B. Jons. D.* Wilder Apffelbaum. In sylvis & sepibus. Aprili florens. *Usu.* Fructus & succus ejus *Agresta* Offic. dictus. *Vires.* Vehementer austerus est, acidus & astringens.

II. De Pyro.

NOn minus nota est quàm Malus, ergo neque indiget characteristica.

Pyrus *Offic. R. H. J. B. Ger.* Sativa *C. B. Park. R. Synop.* Birnbaum. In hortis & pomariis frequens. Aprili floret. *Usu.* Fructus. *Vires.* Refrigerat, astringit, &c. *Schrod.*

III. De Cydonia.

ARbor est humilis ramis contortis, fructu majore turbinato, lanugine rasili obsito.

Mala Cydonia & Cotonea *Offic.* Cotonea *Ger. J. B.* Cotonea vulgaris *Park.* Mala Cotonea majora *C. B.* Quitten- oder Kutten-Apffel-Baum.

Baum. In hortis & viridariis colitur. Aprili floret. *Usu.* Fructus seu Mala, & Semen. *Vires.* Mala stomachica sunt, refrigerant, siccant, astringunt. Usus præcip. in Vomitu, alvi fluxu, Singultu, laxitate Stomachi. *Semen* refrigerat, & humectat, mucilagine sua lenit, acrimoniam obtundit, &c. *Schrod.*

IV. De Sorbo.

FRuctu acerbo, cum Mespilo convenit; foliis pinnatis ab eadem differt.

Sorbus *Offic. Ger. J. B.* Sativa *C. B.* Legitima *Park.* Pyriformis *D. Plot.* Speierling/ Speerbeer-Baum. In hortis colitur. Aprili floret. *Usu.* Fructus. *Vires.* Refrigerat, siccat, astringit. Usus præcip. in fluxionibus alvi, uteri, &c. Extrinsecus adstringit vulnera. NB. *Sorba colliguntur potissimùm immatura, exiccanturque in Clibano.* Schrod.

V. De Mespilo.

A sorbo differt foliis simplicibus non pinnatis, fructu magis sparso, non umbellatim nascente. R. Synop. p. 219.

1. Mespilus *Offic.* sativa *Ger.* Vulgaris *J. B.* Vulgaris sive minor *Park.* Germanica folio Laurino non serrato, sive Mespilus sylvestris *C. B.* Laurifolia Germanica folio non serrato *Jons. D.* Mespel-Baum. In hortis colitur. Floret Majo. *Usu.* Fructus, Semen. *Vires.* Fructus refrigerant, siccant, saporis sunt austeri, astringunt, constipant validè, ventriculo noxii sunt, præcipuè dum duriusculi adhuc extiterint,

emolliti enim astringunt levius, nocentque minus, ac facilè putrescunt. Usus esse possunt in Diarrhœa, Dysenteria, extrinsecus in Vomitu, fluxuque alvi sistendo. Semina commendantur summopere ad calculum atterendum & expellendum. *Schrod.*

2. Spina alba *Offic.* appendix vulgaris *Park.* Oxyacanthus *Ger.* Mespilus Apii foliis sylvestris spinosa, sive Oxyacantha *C.B.* Apii foliis sylvestris spinosa *Jonf. D.* Oxyacantha vulgaris sive spinus albus *J.B.* Saurach oder Hagedorn. In sepibus passim provenit. Majo floret. *Usu.* Folia & fructus. *Vires.* Similem vim cum fructibus Mespili obtinent.

VI. De Granata.

Notæ sunt, foliis esse deciduis, fructu cortice crassiore, numerosis intus acinis, favorum modo dispositis referto. R. Meth. p. 31.

1. Granata & Punica *Offic. Ger.* Malus Punica sativa *C. B. Park.* Punica *J. B.* Granatapfel-Baum. In calidis regionibus sponte exit. Majo floret. *Usu.* Cytini seu Flores, Poma seu Fructus, Malicorium seu Cortex Fructus, & Semen. Cortex coriacius est, duriusculus, rugosus, foris ex spadiceo luteo puniceus, intus pallidè flavescens, saporis astringentis austeri. *Vires.* Poma in genere censentur boni succi, ventriculo convenientia, sed pauci nutrimenti. *Acida* frigida sunt, ac astringentia, stomachica. Usus præcip. in Febribus biliosis, in Gonorrhœa, in Pica gravidarum compescenda,

da, Oriſque putredine corrigenda, & ſim. *Flores*, ejuſdem ſunt naturæ cum Balauſtiis. Cortex ejuſdem cum floribus cenſetur naturæ, præcipuique uſus eſt in ſedando fluxu Hæmorrhoidum, narium, Uteri, &c. Semina refrigerant itidem, aſtringuntque imprimis quæ ex pomis acidis collecta. *Schrod.*

2. Balauſtia *Offic. Ger.* Hiſpanica *J. B.* Balauſtium flore pleno major *C. B.* Malus punica ſylveſtris major, ſive Balauſtium majus *Park.* Wilder Granat-Baum. Cum priore creſcit. *Uſu.* Flores. *Vires.* Tam Balauſtia quàm Cytini ſunt naturæ terreſtris, valdè aſtringentis, inſpiſſantis, refrigerantis, ſiccantis, unde creberrimus eorum uſus eſſe ſolet in omnis generis fluxionibus, v. g. Diarrhœa, Dyſenteria, Fluxu Uterino, & ſim. in Sanguine vulnerum cohibendo, &c. *Schrod.*

VII. De Arbore Febrifuga Peruviana.

Notæ ſunt, Folia Prunorum rubrorum non diſſimilia, flores Malorum Punicorum, ſemina Cucurbitæ.

Arbor febrifuga Peruviana, China Chinæ, & Quinquina, & Gannanaperide dicta *R. Hiſt.* p. 1796. Febrifuga Peruviana *Jonſ. D.* An Holquahvilt, ſeu Arbor Chilli *Hern?* In Regno Quitenſi in Peruvia creſcit. *Uſu.* Cortex craſſitie mediocri, foras ſcaber, paululum caneſcens, aliquando muſco obductus, intus lævis, coloris ferruginei, ſaporis acris & intensè amari. *Vires.* Pulvis debita doſi exhibitus adverſus Febres omnes intermittentes (præcipuè

Quartanas,) tutum, certum, & minimè fallax est remedium. NB. Sunt qui tincturam seu infusum æquè efficacem esse ac corticem volunt: Experientia autem docet infusum nihil valere, nisi subtiliores pulveris partes adhuc in liquore maneant, corticis ergo pulverem in substantia exhibitum efficacissimum esse cum pluribus Medicis semper comperimus.

Cortex isthic Peruvianus Officinis dictus cujusnam arboris spolium sit, non convenit inter medicos, aliis hoc, aliis aliud affirmantibus: *D. Spon* non trunci aut ramorum arboris corticem esse, sed radicem perperam affirmat, cui à *Bollo* contradicitur, qui observavit arbores febrifugas Peruvianas plerumque omni cortice sine noxa spoliatas cerni. Observavit autem eruditissimus ille vir D. *Tancredus Robinson* M. D. *Ponna* & *Tsierou-ponna H. M.* in India *Kina* ab Indigenis appellatas & febrifugas esse. Sunt qui dicunt (inquit Doctissimus *Raius*) eandem semini arboris (quod Hispani Patrio sermone *Pipitas de Quina* vocant) fugandarum febrium vim inesse; est autem semen illud semini Cucurbitæ simile. D. *Jacobus Newton* Botanicæ apprimè gnarus *Pepitas Peruvianas* J. B. Fructum esse illius arboris affirmat. Sunt autem qui duas corticis Species esse affirmant (*viz.*) veram, & spuriam seu falsam, utramque autem ex India Occidentali adferri, prima seu vera superius est descripta; altera seu falsa tenera esse dicitur, foras coloris cinerei & canescentis, intus ex fusco aut obscuro ferruginei, saporis

acris

acris, amaricantis, ſubpinguis, odoris fragrantis. NB. Cortex Eleterii eſſe videtur, de quâ ſuo in loco.

De Arboribus & Fruticibus fructu umbilicato minore, ſeu de Bacciferis umbilicatis.

VIII. De Roſa.

Folio pinnato, flore ſpecioſo, frutice infirmo, & plerumque ſpinis corticalibus obſito, à reliquis hujus generis differt. R. Synop. p. 220.

1. Roſa canina, Cynosbatos & Cynorrhodon *Offic.* ſylveſtris, inodora, ſeu canina *Park.* Canina inodora *Ger.* Sylveſtris vulgaris, flore odorato incarnato *C. B. Jonſ. D.* Sylveſtris alba cum rubore, folio glabro *J. B.* Wilde Roſe/ Feld-Roſe/ Heck-Roſe. In ſepibus paſſim. Junio floret. *Uſu.* Flores, Fructus & Spongiolæ, ſeu potius Nidi cujuſdam Inſecti. *Vires.* Flores conveniunt in qualitatibus cum Roſis ſativis, ſed majorem vim aſtringendi habent, proinde in profluvio Uteri rubro & albo ſummæ ſunt æſtimationis. *Fructus* vi Lithontriptica maximopere commendantur, in qua tamen excellunt exempti arilli. *Spongiolæ* Bedeguar *Offic.* Calculoſos efficaciſſimè, juvare dicuntur, &c. *Schrod.* Vid. *Hagendornii Cynosbatologiam.*

2. Roſa Damaſcena & pallida *Offic.* Damaſcena *Ger. Park.* Purpurea *C. B.* Sativa purpurea

rea *Jons. D.* Rubello flore majore multiplicato sive pleno, incarnata vulgò *J. B.* Provintz-Rose. In hortis colitur. Julio floret. *Usu.* Flores. *Vires.* Vis temperata, alvum laxans, Bilem temperans, aquas evacuans.

3. Rosa alba *Offic. Ger.* Anglica alba *Park.* Alba vulgaris major *C. B.* Sativa alba *Jons. D.* Candida plena & semiplena *J. B.* Weisse Rose. In hortis quoque colitur, & Junio floret. *Usu.* Flores. *Vires.* Astringunt sed levius.

4. Rosa rubra *Offic. Ger. C. B.* Rubra Anglica *Park.* Rubra sativa *Jons. D.* Rubra flore valde pleno, & semipleno, & simplici fere *J. B.* Rothe Rose. In hortis. Junio quoque floret. *Usu.* Flores & Anthera *Offic.* i. e. flosculi lutei capillamentis in medio florum adhærescentes. *Vires.* Flores astringunt fortiùs. Usus præcip. in fluxionibus, febribus, siti, appetitu prostrato, &c. Extrinsecus in Vomitu, Cephalalgia, Vigiliis, dolore aurium & gingivarum, sedis, in Ulceribus & inflammationibus oris, faucium & oculorum. Antheræ exiccatæ immiscentur dentifriciis ad Gingivarum astrictionem, &c. *Schrod.*

IX. *De Grossularia.*

NOtæ sunt, Frutex spinosus, foliis laciniatis, fructu esculento, polypyreno, flore herbaceo.

Grossularia & Uva crispa *Offic. R. H. p. 1484.* Spinosa sativa *C. B.* Vulgaris *Park.* Uva crispa *Ger.* Klosterbeer/ Kraußbeer/ Stachdorn. In hortis colitur. Floret Aprili. *Usu.* Fructus. *Vires.* Bac-

Baccæ frigidæ & adstringentes sunt. Valent contra gravidarum picam: appetentiam cibi excitant: omne ventris profluvium compescunt, &c.

X. *De Ribesio.*

Notæ sunt, folia angulosa, laciniata, fructus in racemulis; virgæ & surculi non spinosi. R. Synop. pag. 221.

Ribes *Offic.* vulgaris fructu rubro *Ger.* Fructu rubro *Park.* vulgaris acidus ruber *J. B.* Grossularia multiplici acino, sive non spinosa hortensis rubra, sive Ribes Officinarum *C. B.* Rothe Johannes-Trauben oder Beeren. In hortis colitur. Aprili floret. *Usu.* Baccæ. *Vires.* Refrigerant, siccant, subastringunt, ventriculo conveniunt. Usus præcip. in profluviis alvi, Dysenteria; Choleram sedant, in Febribus biliosis prosunt, putredini resistunt, sitim restinguunt. *Schrod.*

XI. *De Periclymeno.*

Caule volubili scandente, floribus tubulosis, oblongis, cornu Venatorii quodammodo figurâ, odoratis, aggregatis, à reliquis distinguitur. R. Synop. p. 222.

Caprifolium, Periclymenum & Matrisylva *Offic.* Periclymenum *Ger.* Non perfoliatum Germanicum *C. B.* Non perfoliatum *J. B.* Sive Caprifolium vulgare *Park.* Speck-Lilien / Geißblat. In sepibus frequens. Junio floret. *Usu.* Folia, Flores. *Vires.* Calefacit & siccat, diureticum validum ac spleneticum est. Usus præcip. in Asthmate & Tussi. Externè extergit Ulcera sordida, sanat Impetigines, aliasque cutis maculas abstergit. *Schrod.*

XII. De

XII. De Myrto.

FOliis perpetuis, suaveolentibus; baccis umbilicatis, cum pluribus intus seminibus albis incurvis, ab aliis distinguitur. R. H. p. 1502.

Myrtus *Offic.* Bætica sylvestris *Ger. Park.* Communis Italica *C. B.* Vulgaris nigra & alba, sativa, & sylvestris *J. B.* Myrten Baum. In hortis nonnullis colitur. Junio floret. *Usu.* Folia & Baccæ (Myrtilli Offic.) nigricantes, oblongo rotundi, saporis abstringentis, odoris debilis. *Vires.* Utraque refrigerant & siccant, validè astringunt. *Folia* emendant fœtorem sub axillis ac inguinibus (pulvis aspersus:) sudorem corporis immodicum sistunt (frictione:) membris catarrhosis opitulantur, alvi fluxui succurrunt, defensivum exhibent in Herpetibus, putredinem oris sanant, Hæmorrhagiam narium sistunt, Polypo medentur. *Baccæ* mitigant Oculorum inflammationes, juvant luxatos articulos ac ossa fracta, subveniunt procidentiæ Uteri ac Ani, &c. *Schrod.*

XIII. De Hedera.

FRutex est parasiticus, cirris suis arboribus aut parietibus adhærens & scandens, fructu in corymbos coacto. R. Synop. p. 222.

Hedera arborea *Offic. C. B.* Corymbosa *Ger.* Arborea sive scandens & corymbosa nigra *Park.* Communis major *J. B.* Epheu / Wintergrün. Passim nascitur ad arbores, &c. *Usu.* Folia, Baccæ, & Gummi seu Lachryma; substantia resinosa, arida, dura, & compacta, ex saturo

viro-

virore ferè nigricans, vitreo nitore, ſed non pellucido, ſaporis ſubacris & ſubaſtringentis, odoris nullius. *Vires.* Herba calefacit, & ſiccat, ſubaſtringit. Internus ejus uſus, quia Capiti nervoſoque generi adverſatur, rarus eſt. Externus crebrior in achoribus exiccandis & ſanandis, in Ozænis curandis. *Baccæ*, Purgant per ſuperiora & inferiora, unde & contra Febres à vulgo exhiberi ſolent. *Gummi* ſeu Lachryma ex trunco vulnerato ſtillans, Cauſticum eſt inſigne, Lenteſque interimere dicitur. *Schrod.*

XIV. De Caryophyllo aromatico.

Notæ ſunt, Folia oblonga, lata, glabra, & ſplendentia, odore aromatico; Fructus dipyrenos in ſummis ramulis in corymbos coactus, odore & ſapore aromatico.

1. Caryophyllus *Offic.* aromaticus fructu oblongo *C. B.* Aromaticus vulgaris *Jonſ. D.* Aromaticus Indiæ Orientalis, fructu clavato, monopyreno *P. P. Tab.* 155. Indicus *J. B.* Caryophylli *Park.* Veri *Cluſii Ger.* Ts-hinka *Piſ. Mant. A.* Gewürtz-Nägeln. In Moluccis inſulis ſponte provenit. *Uſu.* Fructus. Duplicis ſortis proſtant in Officinis: Nimirum 1. *Caryophylli* dicti fructus ſunt immaturi, oblongi, inſtar clavi, anguloſi, depreſſi, rugoſi, ex rubigine nigricantes, quatuor in ſummo ſtellatim decuſſatis apiculis notati, cum medio capitello convexo & concavo futuri floris rudimento, ſaporis acris amaricantis & grati, odoris fragrantiſſimi. 2. *Anthophylli*, iidem fructus ſunt, jam maturi, oblongi clavi inſtar nigricantes, prioribus ſimiles ſed craſſiores & tumidiores, ſub cortice duri-

usculo granum oblongum fuscum includentes. *Ger.* Mutter-Näglein. Eligendi sunt Caryophylli suave-fragrantes, oleosam quandam humiditatem premendo exhibentes. Antophylli rarò in Officinis nostris inveniuntur. *Vires.* Cardiacum, Cephalicum ac Stomachicum insigne exhibent, calefaciunt, siccant, & discutiunt. Hinc prosunt in Lipothymia, Odontalgia, cruditate Ventriculi, Vertigine; arcent quoque Morbos malignos, uterinos, &c. *Schrod.*

2. Cassia Caryophyllata *Offic.* Amomum quorundam, fortè Garyophyllon *Plinii Ger. emac.* Aliud quorundam & Cariophyllon *Plinii Clusio* suspicatum *Park.* Quorundam odore Caryopylli *J. B.* Caryophyllus aromaticus fructu rotundo, Caryophillon *Plinii C. B.* Folio & fructu rotundo *Breyn. 2. P.* Aromaticus Indiæ Occidentalis foliis & fructu rotundis, dipyrenis seminibus fere orbiculatis, planis *P. P. Tab.* 155. Xocoxochitl seu Piper Tavasci *Herm.* Caninga *ejusdem.* Piper Chiapæ *Redi.* In Insula Cuba & alibi Indiæ Occidentalis copiosa nascitur. *Usus.* Cortex tenuis, ex ruffo ferrugineus, pelliculis suis exterioribus derasis, & in modum tubuli convolutus, saporis est acris, pungentis, aromatici, odoris fragrantis ad Caryophyllos accedentis. Fructus hujus arboris prostant in Officinis pro Carpobalsamo, aliis Amomo, non sine errore, sunt autem baccæ rotundæ nigricantes, Pipere paulo majores, in summo umbilicatæ, includentes sub tenui pellicula & substantia fungosa duo semina nigra, saporis & odoris ad

d Caryophyllos accedentis. *Vires.* Cephalica, & Cardiaca eſt & cum Caryophyllis viribus convenit.

3. Pimenta *Offic.* Piper Jamaicenſe *quibuſdam* odoratum Jamaicenſe noſtratibus *R. H. p.* 1507. Myrtus arborea foliis Laurinis aromatica *Tranſ. Philoſoph.* N. 192. Caryophyllus aromaticus Americanus, Lauri acuminatis foliis, fructù orbiculari *P. P. T.* 155. Cocculi Indi aromatici *Muſ. Regiæ Societ.* In Inſula Jamaicenſi copiosè provenit. *Uſu.* Fructus immaturus, orbicularis, cortice fuſco, rugoſo, umbilicato, duos continens nucleos nigros, odore & ſapore aromatico ad Caryophyllos accedente. *Vires.* Roborat cor, ventriculumque, utero confert, flatus diſſipat, obſtructiones aperit, Urinam & Menſes evocat, frigus pellit, Colicis & Iliacis opitulatur.

XV. *De Periclymento odorato.*

NOtæ ſunt, Folia laurina, flos pentapetalus albus odoratus, in ſingulis pediculis bini, terni, quaterni vel plures; baccæ ſubvirides, multis ſeminibus anguloſis Uvarum vinaceis ſimilibus refertæ.

Cortex Winteranus *Offic. Park.* Winteranus acris ſive Canella alba *J. B.* Laurifolia Magellanica cortice acri *C. B.* In Magellanica abundè oritur. *Uſu.* Cortex craſſus, cannulatus, foris integumento cinereo, fungoſo, inæquali, fiſſo & multis rimis hiante, obductus, intus ſolidus, denſus, pallidus, ſaporis acris, aromatici, odoris fragrantiſſimi. *Vires.* Calefacit, ſiccat, Specificum eſt in Scorbuto, vomitiones reprimit,

mit. Paralysi quoque medetur. N.B. *In Officinis nostris rarò hic Cortex invenitur, in cujus loco Pharmacopolæ nostri Canellæ albæ corticem substituunt.*

SECTIO QUINTA.

De *Arboribus fructu calyculato.*

ARbores & Frutices fructu calyculato voco, quorum fructus calyce insidet, acetabuli instar concavo.

Arbores & Frutices fructu calyculato, sunt vel eodem
- Monopyreno; nucleo
  - Integro, fructu per maturitatem
    - Humido, majore, foliis deciduis; *Sebestena.*
    - Sicco, folio
      - Integro, nuce fragili, tegumento exteriore lanuginoso, testam undiq; obducente; *Styrax.*
      - Laciniato, seu angulosa, flosculis parvis luteis, baccis parvis, nigricantibus, racematim congestis; *Sassafras.*
      - Digitato, Cannabis æmulo, flosculis in spicas congestis, viminibus lentis; *Agnus castus.*
  - Bifido, tegumento exteriore tenuiore, foliis
    - Ex adverso binis, flosculis monopetalis in sex lacinias divisis, summos caules occupantibus; *Cinnamomum.*
    - Alternatim positis, floribus è foliorum sede provenientibus; *Camphorifera arbor.*
- Tetrapyreno, floribus pentapetalis, foliis laurinis; *Canella alba.*

I. De Sebestena.

NOtæ sunt, fructus carnosus per maturitatem niger, Pruno domestico similis, calyci acetabuli instar concavo insidens, unum nucleum in uno ossiculo compresso & aliquantulum rugoso, continens.

Sebe-

Sebeſten *Offic.* Sebeſtena, Myxa, ſive Myxara *Ger.* Domeſtica *C. B.* Myxos ſive Sebeſten *Park.* Myxa, ſive Sebeſten *J. B.* Vidimarum *H. M. Tom. 4.* Prunus Sebeſtena domeſtica *Jonſ. D.* Malabarica fructu racemoſo, calyce excepto *R. H.* 1563. Schwartze Bruſtbeer. In Ægypto & Aſiâ creſcit. Vere floret. Autumno Fructus maturat. *Uſu.* Fructus, domeſticis Prunis ſimiles, nigricantes, includentes, ſub pulpa carnoſa mellea dulci, oſſiculum. *Vires.* Sebeſten inter caliditatem ac frigiditatem temperata ſunt, humectant, emolliunt, acrimoniam humorum obtundunt. Uſus præcip. in Catarrhis acribus, Urina acri, Febribus bilioſis, alvi obſtructione: Summatim ut figura ita & viribus Pruna Damaſcena æmulantur. *Schrod.*

II. De *Agno Caſto.*

FOlio digitato, Cannabis æmulo, ſeminibus rotundis, nudis, monococcis, viminibus lentis ab aliis diſtinguitur.

Agnus caſtus & Vitex *Offic.* Vitex ſive Agnus caſtus *Ger.* Sive Agnus caſtus folio anguſto *Park.* foliis anguſtioribus, Cannabis modo diſpoſitis *C. B.* Agnus folio non ſerraro *J. B.* Keuſch Baum/Schaffmulle. In Italia, Sicilia, &c. oritur. Auguſto floret. *Uſu.* Flores, ſed rarò inveniuntur, & Semen ſeu Grana rotunda Pipere minora, colore cinericeo nigricante, ſaporis acris ſubaſtringentis, exſiccantis. *Vires.* Calefacit & ſiccat inſigniter, diſcutit, Menſes ciet, appetitus venereos cohibet, ſemen imminuit. *Schrod.*

III. De

III. De Styrace.

NOtæ sunt, nux minor, subrotunda, tegumento exteriori nuci arctè adhærente, lanuginoso, folio arboris simplicis Cydoniæ. R. Meth. p. 36.

Styrax *Offic.* arbor *Ger. J. B.* Arbor vulgaris *Park.* folio Mali cotonei *C. B.* Storax Baum. In Italia & alibi. *Usu.* Resina duplicis generis in Officinis prostat, siccus & liquidus. *Siccus* Officinis *Storax Calamita*, est substantia resinosa, pinguis ex flavo rubescens, in micas variæ magnitudinis concreta, saporis subacris, resinosi, odoris fragrantissimi, ex trunco arboris sponte effluens. N. B. 1. Pharmacopolæ nostrates magma impurissimum, variisq; heterogeneis, ut paleis, pilis, furfuribus, scobe, &c. mixtum (hinc fortè Styrax rubra nonnullis) pro Styrace calamita in Officinis vendunt. 2. Occurrunt descriptiones medicamentorum in quibus & Storax calamita & rubra distinctim præscribuntur. In his igitur quid per Styracem calamitam à rubea distinctam intellectam velit *Nicolaus* diversæ sunt opiniones: Sunt qui Thymiama per Styracem rubram innui volunt; Alii Styracem optimam, quæ in grana confluxit: Alii Styracem vetustate rubefactam esse contendunt. *Hoffmanno* autem (cui & nos consentimus) idem sunt gummi sed puritate differens, calamita enim de aliquali rubedine etiam participat: Verum enim

nimvero cum in præſcriptionibus Medicis
tyrax calamita occurrit, Styrax vel in gra-
is, vel ex impuritatibus colata intelligenda
ſt; cùm autem Styrax rubra, magma illa
tyracis impuriſſimum, quod in Officinis
oſtris vulgò venditur. Præfertur pinguis,
entus, fragmentis albicantibus ruſeſcens,
dore perſeveranti, qui dum mollitur mel-
eum liquorem reddit. 3. *Storax liquida Offic.*
Weicher oder fliessender Storax. Eſt liquor pin-
guis, melleæ & tenacis ſubſtantiæ, coloris fu-
ci, aut ex fuſco rubentis, odoris gravis ex cor-
ice arboris effluens. *Vires.* Calefacit, exiccat.
mollit, concoquit, Cephalicus imprimis eſt,
& nervinus: medetur Tuſſi, Catarrhis, Rau-
cedini, &c. *Schrod.*

De Styrace liquido, magna inter Authores diſſenſio eſt. Aliis videlicet nihil aliud eſt quàm Stacte, i.e. Myrrhæ colamen: Quod falſum eſſe inde conſtat, quòd Myrrhæ lacrymæ ob ſubſtantiæ ſimilitudinem in quovis aquoſo liquore diſſolvantur. Styrax autem liquida minimè, ſed in oleoſo & pingui, ut aliæ reſinæ. Aliis factitium quid ex Styrace calamita in oleo ac vino ſoluta, admiſtaque Terebinthina Veneta excocta, quæ decoctio ubi refrixerit, Styrax liquida ad fundum ſecedere dicitur, ad ſuperficiem mittens oleoſam ſubſtantiam liquidiorem: Alii expreſſu idem moliuntur: Aliis eſt Oleum ex nucleis arboris Storacifluæ expreſſum: Aliis fit per decoctionem corticis vel Arboris Styracis, vel ut alii, Liquidambræ. *Hoffmannus*

nus Styracem calamitam & Liquidam idem esse gummi affirmat, sed puritate tantum differre, Hinc Liquida est optima. Verum quod in Officinis nostris pro Styrace liquida venditur omnino factitia res est, ut certior factus sum à Pharmacopolis variis Londinensibus.

IV. *De Sassafras arbore.*

NOtæ sunt, folia laciniata, flosculi lutei racematim congesti, fructus monopyrenos per maturitatem niger.

Sassafras *Offic. Ger. Park. Hern.* Sive lignum Pavanum *J. B.* Arbor Sassafras *Monardi Breyn.* 1. *P.* ex Florida Ficulneo folio *C. B.* Anhuiba sive Sassafras *Pis.* Sassafraß oder Fenchel-Holtz-Baum. In diversis regionibus Americæ nascitur, *Usu.* Radix, ejusque Cortex, & sic describitur sub cortice tenui, foras cinereo, intus ferrugineo, includens materiam ex ruffo albicantem, lignosam, levem, & raram, saporis acris subdulcis & aromatici, odoris fragrantis. *Vires.* Calefacit, siccat, attenuat, aperit, discutit, sudores movet. Usus præcip. in omni morborum genere, præsertim obstructionibus tollendis, partibus internis roborandis, in sterilitate emendanda & Venerea lue curanda. Instar Panaceæ in Catarrhis habetur. *Schrod.*

V. *De Cinamomo.*

DE Cassia, Cinamomo, quod & Canella dicitur, & Folio Malabathro, controversæ occurrunt opiniones. Sunt enim qui inter se

Cas-

Cassiam ligneam & Cinamomum confundunt, & pro uno & eodem utrumque habent cortice, solisque nominibus differre, non re ipsa statuunt: alii ex sola loci varietate ea distinguunt, non ex diversa specie arboris: alii ex una eademque arbore utrumque desumi volunt: Alii diversæ speciei arborum, quibus & nos consentimus, cortices faciunt, inter quos tamen maxima similitudo intercedat, atque idcirco primo in loco veram & genuinam arborem Canelliferam Zeilanicam vobis exhibuimus, cujus cortex Officinarum Cinamomum est: secundo in loco Malabaricam & Javanicam, cujus cortex est illa Cassiæ ligneæ species fistulosa, seu in fistulas convoluta, in Officinis frequentissima; cujus folia, ut & Cinamomeæ arboris veræ pro Malabathro seu folio Indo vulgò venduntur. Tertia nostra Cassiæ ligneæ etiam species est in Officinis non raró venalis. Quarta, quam pro Folii Indi legitimi planta habemus, Potamogeitonis seu Leutis palustris species non est, ut *Dioscorides* tradit, sed hæc ipsa arbor: cujus folia, cùm in Officinis nostris raró inveniantur, Cinamomi & Cassiæ ligneæ folia pro iis (ut diximus) plerumque venduntur, idque fortasse absque ullo saltem insigni errore, cum omnes ut diximus Canelliferarum arborum species sint.

Notæ sunt, Glans nuciformis calyculata, nucleo bifido, calloso, duro ac pingui, cortice integro admodum fragili, calyce concavo.

1. Cinamomum *Offic. Park.* sive Canella Zeilanica *C.B.* Laurus Zeilanicus baccis calyculatis

Hermanni R. H. p. 1561. Caſſia Cinamomea *Herm. Cat.* Canella *Ger.* Sive Cinamomum vulgare *J. B.* quæ Cuurdo *Piſ. Mant. A.* Arbor canellifera Zeylanica, cortice acerrimo ſeu præſtantiſſimo, qui Cinamomum Officinarum *Breyn. 2. P.* Zimmetrinden-Baum. *Uſu.* Cortex tenuis, cannulatus, ab exteriori pellicula purgatus, ex flavo rubeſcens, ſeu ferrugineus, ſaporis acris, pungentis, ſubdulcis & aromatici, odoris fragrantiſſimi. Probatur ſubrubrum, odoris fragrantiſſimi, ſaporis ſubaſtringentis & acris. Ex Inſula Zeilanica Indiæ orientalis ad nos transportatur. *Vires.* Calefacit, ſiccat, aperit, diſcutit, Menſes & partum accelerat, omnia viſcera ſpiritusque ſingulos recreat, concoctiones juvat. Hinc uſus ejus frequentiſſimus eſt in virium imbecillitate, Lipothymia, capitis, ventriculi & uteri affectibus frigidioribus. *Schrod.*

2. Caſſia lignea *Offic. Hern.* lignea Officinarum *Park.* Vulgaris Calihacha dicta *Piſ. Mant. A.* Cinamomum ſive Canella Malabarica & Javanenſis *C. B.* Arbor canellifera Malabarica, cortice ignobiliore, cujus folium Malabathrum Officinarum *Breyn. 2. P.* Carva *H. M. T. 1.* Mutter-Zimmet oder Caßienrinden-Baum. *Uſu.* Cortex, Cinamomi in modum cannulatus & contortus ab exteriori pellicula etiam purgatus, odore & ſapore debiliore magiſque glutinoſo. Ex Inſula Malabar, Java, &c. adfertur. *Vires.* Quales Cinamomi ſed longè debiliores, nec adeò diu durantes.

3. Caſ-

3. Caſſia lignea communis *Pharmacopolis.* ...ignea fuſca aromatica *C. B.* Lignea fuſca aro...matici & glutinoſi ſaporis *J. B.* Arbor canellife... Indica, cortice acerrimo viſcido ſeu mucila...noſo, qui Caſſia lignea Officinarum *Breyn.* 2. ... *Uſu.* Cortex, eſt Cinamomo craſſior, odore ...ſapore debilior, colore rubicundior, ſubſtan... durior, & ex pellicula ſua exteriori etiam ...raſus. Hic cortex ex India Orientali trans...ortatur & in Officinis noſtris frequens repe...tur.

4. Folium Indum ſeu Malabathrum *Park.* ...alabathrum, & Folium Indum Officinarum ...*B.* Tamalapatra *Ger.* Tamalapatrum ſive Fo...um *C. B.* Canella ſylveſtris Malabarica *R. Hiſt.* ...1562. Katou Karva *H. M. Tom.* 5. Indianiſch ...lat. *Uſu.* Folia oblonga, acuminata, denſa & ...abra, à pediculo ad apicem tres nervi diſcur...ntes, odore grato. Eligenda ſunt recentia, ...iridiuſcula. *Vires.* Iiſdem facultatibus pol...nt, quibus ſpicanardi, ſed fortioribus, uri...m potenter movent. *Schrod.*

XI. De Camphora.

...Amphoriferæ arboris Notæ ſunt, Glans Nuciformis calyculata, nucleo bifido, calloſo, duro ac pingui, ...rtice & putamine integro, fragili, calyce concavo, ...ores ex foliorum ſede provenientes: Folia alterna ...mpervirentia. Breyn. 2. P.

1. Arbor camphorifera Japonica *Breyn. Cent. Prod.* 1. Camphorifera Japonica, foliis lau...nis, fructu parvo globoſo, calyce breviſſimo

Breyn. 2. P. Camphorifera arbor, ex qua Camphora Officinarum *Herm. Cat.* Camphora Officinarum *C. B.* Camphora *Park.* Camphora, quæ Salicis folio dicitur *J. B.* Campfferbaum von Japan.

2. Arbor camphorifera Sumatrana *Grimmi. R. H. p. 1679.* Camphora *Grimmi Ephem. Germ. An.* XI. *Obs. 153.* Camphorifera Sumatrana, foliis Caryophylli aromatici longiùs mucronatis, fructu majore oblongo, calyce amplissimo, Tulipæ figuram quodammodo repræsentante *Breyn. 2. P.* Camphora arbor Sumatrana, seu Rhyne *ejusd. P. 1.* Campffer-Baum von Sumatra. *Camphora* Offic. Campffer. Est substantia candidissima, Salis vel nitri instar, Pinguis & oleosa, in panes fusiles ingentes coacta importatur, saporis acris, amaricantis, aromatici, odoris fragrantis & gravis; non tantùm ex arboribus supradictis colligitur, nam ex cortice radicis Cinamomi destillando elicitur. *Vires.* Resistit putredini ac venenis, unde frequens ejus usus est in Peste, malignisque morbis & Febribus putridis: inter fortissima enim Alexiteria non immeritò numeratur. Suffocationi uterinæ subvenit. Usus externus crebrior est in Epithematis. *Calidane sit an frigida non convenit inter medicos. Vetustiores frigidam esse statuunt, eo argumento quod Venerem extinguat, & libidinem compescat: hinc versiculus*

Camphora per nares castrat odore mares:

quodque Ophthalmiis & Oculorum inflammationibus, tum etiam ambustis imposita, nivis frigiditatem referat,

at, & tandem quòd somnum inducat. Sed hæ obser-vationes omnes ex falsâ Hypothesi oriundæ videntur; cum Ruta & Vitex *(idoneis autoribus attestantibus) Venerem etiam extingunt, & tamen non sunt frigidæ complexionis: At nec Venerem arcere concesserit* Jac. Greynius in Cent. p. 14. *Siquidem observatum plurimos Camphoram quotidie purificantes, tamen fecundos & multâ atque copiosâ sobole felices existere. Recentiores, quibus, & nos consentimus, è contra calidam affirmant, quorum argumenta, Inflammabilitas eximia; odor aromaticus penetrantissimus, ac sapor acris & pungens, facilis evanescentia ob partium tenuitatem.*

VII. De Canella alba.

FOliis laurinis, floribus pentapetalis coccineis vel purpureis, baccis calyculatis tetrapyrenis à reliquis differt.

Canella alba *Park.* Alba quorundam *J. B.* Cinnamomum sive Canella tubis minoribus alba *C. B.* Cassia lignea Jamaicensis, cortice acri candicante *P. P. Tab. 81.* Arbor baccifera, laurifolia, aromatica, fructu viridi calyculato ramoso *Philosoph. Trans. N. 192.* Wilder Zimmet-Baum. In Insula Jamaicensi & alibi. *Usu.* Cortex in oblongos tubulos convolvitur, ab exteriori cortice purgatos tam extus quam intus exalbidus, Cinamomo crassior & lentior, sapore acri, aromatico, odore fragranti. In Officinis nostris pro Cortice Winterano non infrequens venditur, cui viribus respondet, & pro succedaneo ejus non immeritò usurpari potest.

SECTIO SEXTA.
De Arboribus Pruniferis.

ARbores Pruniferas voco, quæ fructus majores proferunt ossiculum intus unicum, pericarpio seu pulpâ etiam per maturitatem humidâ undique cinctum continentes. R. H. p. 1512.

Arbores Pruniferæ sunt vel fructibus
Solitariis, seu in singulis pediculis singulis, quæ vel sunt pediculis
Brevissimis, fructu vel
Compresso seu pulvinato, ossiculo
Lævi aut æquali, folio rotundiore; *Malus Armeniaca.*
In æquali, sulcis aut scrobiculis exarato, folio
Simplici,
Longo, serrato, ossiculo
Rotundiore, rugis scabro, fructûs pulpa copiosiore, molliore & esculento; *Malus Persica.*
Productiore, & scrobiculis exarato, pulpa per maturitatem ficciore; *Amygdalus,*
Subrotundo, serrato; *Tacamahaca.*
Pinnato, fructuque oblongo, viridi; *Ebenus.*
Rotundiore & minus compresso,
Glabro, nucleo aromatico, venis flavis, rubentibus vario, triplici putamini tecto; *Nux Moschata*
Piloso, foliis citrinis; *Arbor Benzoinifera.*
Paulo productioribus, flore
Albo speciosiore, ossiculo fructûs compresso, crasso ac duro
Minùs, pulpa molli; *Prunus.*
Magis, fructu etiam costis aliquot elatis angulo; *Myrobalanus.*
Luteo aut herbido minus pulchro, ossiculo duriore, arbore ipsa,

a b

Non

b Non Spinosa, fructu tereti, oblongo, valdè acido, ossiculo etiam tereti, durissimo; *Cornus.*
Spinosa, foliis trinerviis, per ambitum serratis, ossiculo scabro; *Jujuba.*
Longissimis in hoc genere, fructu breviore & ad basin latiore, rotundioreque quàm sunt Pruna, & ossiculo pariter breviore ac tumidiore; *Cerasus.*
Racemosis aut confertim nascentibus, ossiculis Monospermis, fructu nudo, ossiculo
Fragili; fructu ipso pruniformi, liquore pingui, Oleo dicto, scatente, foliis salignis subtus incanis, perpetuis, ossiculo fructus durissimo, scabro; *Olea.*
Lento & ligneo, fructu ipso seu
Cordiformi, foliis etiam geminatis, glabris, flosculis tetrapetalis; *Anacardium.*
Pyriformi, ossiculo etiam reniformi summo fructui innascente, foliis singularibus, flosculis pentapetalis; *Acajou.*

I. De Malo Armeniaca.

NOtæ sunt, Folia lata, glabra, Populum nigram referentia: ossa plana & lævia.

Armeniaca malus *Offic.* malus major *Ger.* Mala majora *C. B. J. B.* Appricosen-Baum. In hortis & viridariis colitur. *Usu.* Fructus in culinis, in medicina enim raro occurrit.

II. De Malo Persica.

FOliis longis angustis; fructus ossiculo rugis & sulcis profundioribus exarato à reliquis differt. R. H. p. 1514.

Persica malus. *Offic. Ger. Park. C. B. J. B.* Pfirschen-Baum. In hortis colitur. Martio floret, Septembri fructus perficitur. *Usu.* Folia, Flores & Fructus. *Vires.* Folia & Flores, calefaciunt, siccant,

ſiccant, abſtergunt. Uſus præcip. (florum) in Lumbricis Infantum, in alvi laxatione, Meſenterii obſtructione, ſeri purgatione, & ſim. *Fructus* refrigerat, & humectat, nutrimenti ſunt pauci facileque putreſcunt. *Schrod.*

III. De Ebeno.

FOliis Juglandinis ſed paulo minoribus, praſinum colorem referentibus, fructu oblongo, viridi, Perſicæ fructus æmulo, ab aliis differt.

Ebenus *Offic. C. B. J. B.* Ebben-Holtz. *Uſu.* Medulla ligni duriſſima nigra. *Vires.* Ebenus, conſentiente Veterum teſtimonio, oculis utilis eſt. Scobem ejus oculis unicè mederi dicunt, lignoque ad cotem trito cum paſſo caliginem diſcuti, *Plin.* In convulſione flatulenta valet, inquit *Zac.*

Quid ſit Ebenus antiquorum hodie controvertitur, alii enim Palmæ, alii Guajaci, alii Cytiſi ſpeciem eſſe autumant; duæ autem ligni ſpecies in Fabrorum lignariorum aliorumque Mechanicorum Officinis inveniuntur, viz. una ex India Orientali obſervante *Helbigio* allata & hoc in loco à nobis exhibita; altera Americana Arbor, ſiliquoſa, ut nos monuit eruditiſſimus ille Botanicus D. *Hans Sloan*, M. D. quæ cum nullius in medicina uſus ſit, de ea plura dicere ſuperſedeo.

IV. De Tacamahaca.

FOliis crenatis Populo non diſſimilibus, Fructu nucleo Perſico ſimili, ab aliis differt.

Tacamahaca *Offic. C. B. Park.* Populo ſimilis, fructu colore Pæoniæ ſimili *J. B.* Foliis crenatis,

Sats

Sattel-Holtz. Lignum ad ephippia conficien-
um aptum *P. B. P.* Tecomahaca *Hern.* *Usu.*
Gummi seu Resina, substantia est resinosa, arida,
unc ruffo, nunc flavo nigricans, in glebas
ompacta, saporis aromatici resinosi, odoris fra-
rantis. *Vires.* Calefacit, siccat, validæ astri-
tionis particeps, digerit, resolvit, maturat, tu-
nores emollit, dolores ac flatus discutit: Ute-
ina imprimis est, nervina ac cephalica. Usus
præcipuè externus est, &c. *Schrod.* Adeò cele-
oris est apud Indos, ut ad qualemcunque dolo-
em adhibeatur; *Monardes.*

V. De Amygdalo.

A Persica cui alias persimilis est, differt pulvinato, fructûs callo minûs spisso, & permaturitatem sic-iore, ossiculo longiore, lævi, & scrobiculis insculpto. R. H. p. 1519.

Amygdalus Amara & Dulcis *Offic. J. B.* Sa-
tiva *C. B.* Amygdalus *Ger. Park.* Mandelbaum.
Regionibus calidis delectatur. *Usu.* Nuclei,
qui multum inter se differunt; alii enim sunt
amari, alii dulces, apud nos maximè æstimantur
Amygdala Jordanica, quæ majora sunt, & lon-
giora, & angustiora. *Vires.* Dulces, nutritivæ
sunt, temperatè calidæ & humidæ, humorum
acrimoniam lenientes, & hinc dolorem & Vigi-
lias ab acrimonia oriundas, demulcentes. *Ama-
ræ,* sunt calidæ & siccæ, attenuant, aperiunt, ex-
tergunt, diureticæ sunt, obstructioni Jecoris,
Lienis, Mesenterii, Uterique conferunt. Ex-
trinsecus Lentigines tollunt. *Schrod.*

VI. De Nuce Moschata.

A Reliquis hujus generis distinguitur, triplici fructûs integumento, nucleo ovato, exteriùs rugoso, pulpâ interiore venis flave-rubentibus variâ, aromaticâ. R. A. p. 1522.

Nux moschata *Offic. Ger. Park. C.B.* Aromatica vulgò muschata *J. B.* Pala *Pis. Mant. A.* Mußcatnuß-Baum. In Insula Banda crescit. *Usu.* Nucleus Macis, seu involucrum secundum, putamen durum quasi reticulo includens, & fructus integri, conditi. Eligendus Nucleus recens, gravis, pinguis, & qui acu punctus, succum oleosum emittit. Macis probatur odore suavi, sapori subacri, colore rubescente. *Vires.* Nucleus calefacit & siccat, subastringit, Stomachicus est, Cephalicus, Uterinus, discutit flatus, coctionem juvat, halitum fœtidum oris emendat, fœtum recreat, Lipothymiæ ac Palpitationi Cordis succurrit, Lienem minuit, alvi fluores compescit, vomitum sistit. *Maci* eædem vires adscribuntur, quia tamen partium tenuiorum existit, ideo & operando efficacior & magis penetrans habetur. *Schrod.* Præp. in Officinis Pharmacopolarum frequentes venduntur. 1. Condit. Nuces Moschatæ, Eingemachte Mußcaten. Conduntur virides, integræ ut Juglandes, conditæq;, ad nos transportantur. 2. Ol. Nucis Moschatæ per expressionem, Macis vulgò, Mußcaten Nuß Oehl in Germania dictum, nihil aliud est quàm Oleum Nucis Myristicæ per expressionem elicitum. Optimum ex India Orientali mittitur in ollis Porcellensibus, consistentiæ crassæ,

crassæ, pinguis; coloris Macis, & odoris fragrantis. Hoc in Officinis Pharmacopolarum minùs frequens est quàm species quædam ex Hollandia advecta in massis seu laterculis quadratis, consistentia duriore, colore pallidiore & odore remissiore, priori bonitate multùm cedens.

Verum seu genuinum Macis oleum per expressionem in Indiis Orientalibus è Maci recenti fit; unde ad nos in vasis & ampullis vitreis adfertur, sed in Officinis nostris raró invenitur. Est autem liquidum, colore rubente, odore Macis valido, sapore subacido, ima parte ad fundum tantillo crassiore quàm suprema.

Invenitur etiam apud Pharmacopolas nostrâs Olei Macis communis titulo (Unguenti Macis nonnullis dicti) Oleum vel potiùs Unguentum quoddam factitium, ex Sebo ovino, Palmæ oleo, aliísve ejusdem farinæ simplicibus, Nucis Myristicæ oleo delibutum & coloratum, vilis pretii, & virib' præcedenti multò inferius.

VII. De Arbore Benzoinifera.

FOliis Citrinis, fructúque compresso piloso à reliquis differt.

Benzoin *Offic. Park.* Belzonium *C. B.* Benjoinum cujus arbor folio Citri *J. B.* Arbor Benzoihi *Grimmi Ephem. Germ. A.* XI. Benzoinifera *Breyn. 2. P.* Benzoinbaum. In India Orientali oritur. *Usu.* Resina arida & indurata ex variis splendentibus micis, modò flavescentibus, modò albescentibus, seu ex variis frustulis diverso-

rum

rum colorum in massam coacta, saporis resinosi ac pinguis, odoris fragrantis & suavis. Triplex in Officinis reperitur, 1. *Amygdaloides*, in Siam & ejus contermina Mirtaban proveniens. 2. *Nigrius* in Java & Sumatra inventum. 3. *Nigrum* in Sumatræ provincia profluens. *Grimmius* autem duplex semper gummi ex iisdem arboribus haberi asserit; Primum quod eleganter album & flavum est, secundum crassius, subfuscum, durum, quod recrementa habet admixta. Præfertur Amygdaloides quod maculas candidas Amygdalarum instar refert. Optimum censetur pellucidum, suavissimè spirans, nec heterogeneis inquinatum. *Vires*. Calefacit & siccat, incidit, attenuat, Pulmonicum est. Usus præcip. intrinsecus in affectibus Pulmonum Catarrhosis, Tussi, Asthmate. Extrinsecus in cerebro, per sternutationem expurgando, in Odontalgia masticando, in tuberculis ac rubore faciei extergendo, &c. *Schrod.*

Veteribus Græcis & Arabibus ignotum fuisse ostendit *Garzias ab Horto*, & quod Imperatoriæ vel Angelicæ gummi non sit contra *Ruellium* disputat: At neque Asam dulcem (sub quo nomine in Officinis nonnullis recipitur) seu Laser esse, hoc est, Laserpitii succus, ut multi opinati sunt, probat *Hoffmannus*, sed ex arboribus quibusdam coalita, ut testantur fragmenta ramulorum ligneorum, & corticum admista.

E quanam arboris aut plantæ specie Benzoinum colligatur, non levis est controversia inter Botanicos. *Bontius* stirpem Benzoinum funden-

tem

tem sarmentosam esse scriptum reliquit, Smilaci asperæ aut Sarzæparillæ similem, brachii crassitudine; *Garziæ ab Horto*, & *N. Grimmio* qui in India Orientali diu vixit, contrariatur. Hi enim Arborem Benzoiniferam proceram, grandem, speciosam esse affirmant. Verum *Grimmius* Indiarum incolas non permittere ait ut hæ arbores adolescant aut omnino crescant ultra sexennium, verùm tunc temporis eas ut inutiles exscindere; additque fructum pilosum esse, magnitudine Nucis Avellanæ, Moschatæ tamen similem; qua de causa eam hoc in loco disposui. Vide Arborem Benzoiniferam Virginianam in *Plukenet. Phytograph. T.* 139. *Fig.* 3. 4.

VIII, De Pruno.

FOliis deciduis, floribus albis speciosis, ossiculo fructus compresso, & minus crasso ac duro, pulpa molli à reliquis differt.

1. Prunus Damascena *Offic.* Pruna magna, dulcia, atrocœrulea *C. B.* Atrocœrulea, *Theocrito* Barbyla, aliis Damascena dicuntur *Jons. D.* Zwetschen Baum. In Syria crescit. *Usu.* Fructus seu Pruna magna, dulcia, atro cœrulea, nucleo longo & plano, quæ ex Syria ad Venetias sicca adferuntur. Palma datur Damascenis, sed in Officinis nostris rarò inveniuntur, earum autem loco Gallica usurpantur. *Vires.* Pruna natura refrigerant, & humectant, laxant, acrimoniam humorum obtundunt, linguam humectant, sitim mitigant. *Schrod.*

2. Prunus Gallica *Offic.* Prunus *C. B.* Sativa *J. B.* Dome-

Domestica *Ger.* Vulgaris *Park.* Pflaumen Baum. In hortis non infrequens colitur. Aprili floret. *Usu.* Fructus seu Pruna, ex Gallia Narbonensi ad nos transportantur sicca, & Gummi pellucidum durum. *Vires.* Cum priore Viribus convenire creduntur.

3. Prunus Brignolensis *Offic.* Pruna Briolensia aut Brignolensia *R. H. p.* 15.26. ex flavo rufescentia, mixti saporis, gratissima *C. B.* Ex flavo rufescentia, seu Pruna de Brignoles *Jons. D.* Prunellen. In Provincia succrescit, unde ad nos transportatur. Fructus seu Pruna colore ex flavo rufescentia enucleata & exsiccata, sapore gratissima. *Vires.* Refrigerant, humectant, sed citra alvi commotionem, adeoque esui aptiora censentur, gratumque refrigerium in Febribus exhibent. *Schrod.*

4. Prunellus sylvestris *Offic.* Prunus sylvestris *Ger. Park. C. B. J. B.* Acacia Germanica *Schrod.* Schlehen Dorn/ Schleen. In sepibus passim. Aprili floret. *Usu.* Cortex, Flores, Fructus, & Succus inspissatus, Acacia Germanica vulgò dictus. *Vires.* Cortex, Fructus, & ejus Succus inspissatus exiccant, astringunt, incrassant. Usus præcipuus est in profluviis alvi, Uteri, &c. Extrinsecus in Gargarismis & Balneis uterinis. *Flores.* Resolvunt, Renum sabulum educunt, &c. *Schrod.* N. B. *Acacia Germanica non infrequens in Officinis Pharmaçopolarum pro Acacia vera venditur.*

IX. De Myrobalanis.

A Reliquis Prunis differunt costis aliquot elatis secundum longitudinem ductis, & officulis majoribus crassioribusque nucleis minoribus. R. Hist. p. 1531.

In Officinis quinque habentur Myrobalanorum species, quæ hoc disticho comprehenduntur.

> *Myrobalanorum species sunt quinque bonorum,*
> *Citrinus, Chebulus, Bellericus, Emblicus, Indus.*

Ex sententia autem Arabum, quatuor duntaxat earundem genera sunt. Hujus sententiæ sunt qui Chebulas & Citrinas verissimè ex una & eadem arbore esse affirmant, Citrinas immaturas, Chebulas verò maturas. *Cordus* autem scribit, Arabibus recentioribus tres tantum species Myrobalanorum cognitas fuisse, (viz.) 1. Indas, Chebulas & Citrinas, quæ ab una eademque arbore desumuntur. 2. Bellericas ex peculiari arbore esse: & 3. Emblicas peculiare genus dicit. Quibus se opponit *Garcias ab Horto* inquiens, Falluntur tam ii qui omnia Myrobalanorum genera in eadem arbore nasci putant, quàm qui Citrina & Chebula tantùm. Nam quinque sunt (quibus & nos consentimus) diversa arborum genera, in regionibus 60 aut 100 leucis inter se distantibus nascentia.

1. Myrobalanus Inda & nigra *Offic.* Indica *Ger. Park.* Myrobalani nigræ octangulares *C. B.* Indæ, nigræ, sine nucleis *J. B.* Myrobalanifera salicis folio *Jons. D.* Indianische oder schwartze Myrobalanen. *Usu.* Fructus oblongi reliquis Myrobalanis

balanis tenuiores superficie octangulari, rugosi, solidi & duri, intus & extus coloris nigri, Bituminis instar Judaici, saporis subacidi, acerbi & adstringentis.

2. Myrobalanus Citrina & flava. *Offic.* citrina *Ger. Park.* Myrobalani teretes, citrini, bilem purgantes *C. B.* Citrinæ *J. B.* Myrobalanifera Sorbi foliis *Jons. D.* Gelbe Myrobalanen. *Usu.* Fructus oblongi, rotundi, pentagoni, rugosi, Chebulis minores, coloris citrini, includentes sub putamine carnoso ossiculum angulosum.

3. Myrobalanus Chebula *Offic. Ger. Park.* Myrobalani maximi, oblongi, angulosi, pituitam purgantes *C. B.* Chebulæ, citrinis similes, nigricantes *J. B.* Myrobalanifera Persicæ folio *Jons. D.* Grosse oder Schwartzbraune Myrobalanen. *Usu.* Fructus oblongi, in quinque costas elevati, rugosi, cæterarumque specierum omnium maximi, includentes sub putamine carnoso, extus colore ad fuscum inclinante, ossiculum oblongum crassum, & cavernosum, saporis subacris.

4. Myrobalanus Bellerica *Offic. Ger. Park.* Lauri folio subcinericeo *Jons. D.* Myrobalani rotundæ Bellericæ *C. B.* Bellericæ rotundiores *J. B.* Bellerische Myrobalanen. *Usu.* Fructus rotundi, nonnunquam angulosi, Gallæ majoris magnitudinis, includentes ossiculum durum sub putamine carnoso, saporis subacris & adstringentis.

5. Myrobalanus Emblica *Offic. Ger. Park.* Myrobalanus *Bont.* Emblica, foliis Securidacæ

Breyn. 2.

Breyn. 2. *P.* Nilicamaram *H. M.* Canna Indica arborea *Zanon.* Myrobalanifera foliis minutim incisis *Jonſ. D.* Myrobalani Emblicæ *C. B.* Emblicæ in segmentis nucleum habentes angulosæ *J. B.* Aschfarbe Myrobalanen. *Usu.* Fructus rotundi, nigri, sessiles, sexangulares, includentes sub pericarpio carnoso, in sex partes per maturitatem dehiscente, ossiculum turgidum hexagonum senis cellulis insignitum, saporis acerrimi. Eligendi sunt carnosiores, ponderosiores. *Vires.* Myrobalani *Citrini* Bili flavæ educendæ apti nati sunt, *Indi* Bili atræ, *Chebuli*, *Bellerici* & *Emblici*, pituitæ ac postea Bili. *Schrod.*

X. De Jujuba.

Notæ sunt, folia trinervia, flores herbacei vel luteoli, Fructus Olivares, seu nonnihil turbinati. R. Hist. p. 1533.

1. Jujuba *Offic.* Jujube Arabum sive Zizyphus *Dodonæi Ger.* Jujubæ majores oblongæ *C. B.* Zizyphus sive Jujuba major *Park.* Rutila *Jonſ. D.* Zizypha sativa *J. B.* Rohter Brustbeerbaum. In Hispaniæ, Italiæ, &c. hortis colitur. *Usu.* Fructus magnitudine Olivari, rutili colore, sapore passulas majores æmulantes, unicum ossiculum oblongum, utrinque acuminatum, continentes. *Vires.* Moderatè calef. & humectant. Usus præcip. in Pulmonum asperitate, Tussi, Pleuritide, Urina acri, fervescentia sanguinis, erosione Renum ac Vesicæ. *Schrod.*

2. Jujuba Indica *C. B.* Malus Maluccensis nonnihil spinosa *ejusd.* Jujuba Indica rotundifo-

lia spinosa, foliis majoribus, subtus lanuginosis & incanis *Breyn.* 2. *P.* Ber Indica fructu Jujubino *J. B.* Malus Indica Lusitanis, Ber & Bor *Acostæ Park.* Periu-Toddali *H. M.* Lacca-Baum. Reperitur in Malabar &c. *Usu.* Gummi Lacca in Officinis nostris dicta triplex est, vel in ramulis, vel in granis vel in massis. 1. *Lacca in ramulis*, est substantia resinosa, dura & friabilis, superficie inæquali, quasi granulata, colore ruffo, sapore resinoso, odore dum accenditur grato. 2. *Lacca in granis.* Sunt grana resinosa, dura, & friabilia, rubicunda, pellucida, odoris & saporis præcedentis. 3. *Lacca in massis*, E Lacca in granulis purissima, liquata & in massas fusa conficitur, colore est rubente & propemodum transparens. *Vires.* Calefacit, attenuat, aperit, sanguinem purificat, sudorem ciet, diuretica est. Usus præcip. in obstructionibus Lienis, Vesicæ, Fellis, Epatis & Pulmonum, & hinc in Hydrope, Ictero, &c. *Schrod.*

De generatione hujus Gummi diversæ sunt opiniones; Nam *Garzias ab Horto* à magnis Formicis alatis eam elaborari tadit, ut Apes mel conficiunt, materiam ex ipsa arbore exsugentibus; quod etiam confirmat *Bontius.* Alii sponte ex arbore vel ejus ramulis & surculis exudare volunt, & demum solis vi in eam quam vidimus formam concrescere, cujus sententiæ sunt *J. Bauhinus* & eruditissimus ille Botanicus *D. J. Raius* vicinus & amicus noster, cui & nos consentimus. Fiunt ex eadem Bacilli, quibus utimur in obsignandis literis.

VI. De

XI. De Corno.

NOtæ ejus sunt, flores luteoli; Fructus oblongus, teres, seu cylindriacus, ossiculo intus tereti, durissimo, angusta cavitate, spinis carere. R. Hist. p. 1536.

Cornus *Offic.* mas *Ger. Park.* Hortensis mas *C. B. Jonf. D.* Sativa sive domestica *J. B.* Cornel-Baum. In hortis curiosorum non infrequens colitur. Martio floret. *Usu.* Fructus. *Vires.* Refrigerat, exiccat, astringit, constipat. Hinc convenit præcipuè in Diarrhœa & Dysenteria. *Schrod.* Ardorem Febrilem & Sitim grata sua aciditate lenit ac restringit. *R. H.*

XII. De Ceraso.

PEdiculis fructus longis, fructu ipso breviore, & ad basin latiore rotundioreque, ossiculo pariter breviore ac tumidiore à Pruno differt. R. Synops. p. 229.

1. Cerasus rubra *Offic.* vulgaris *Ger.* Anglica *Park.* Sativa *Jonf. D.* Cerasa sativa rotunda, rubra & acida, quæ nostris Cerasa sativa *C. B.* Acida rubella *J. B.* Rother Kirsch-Baum. In hortis colitur. Aprili floret. *Usu.* Fructus, Nucleus, & Gummi. *Vires.* Refrigerant, siccant, astringunt, Cor & Stomachum roborant. Hinc utilia in febrili siti ac æstu mitigando, &c. *Nuclei* calculum comminuunt, &c. *Gummi* celebratur vi lithontriptica, *Schrod.*

2. Cerasus nigra *Offic.* major ac sylvestris, fructu subdulci, nigro colore inficiente *C. B.* Sylvestris fructu nigro *J. B.* Schwartzer Kirsch-Baum. In sepibus. Aprili floret. *Usu.* Fructus. *Vires.* Temperata sunt, Cephalica, unde

& in morbis capitis, Apoplexia, Epilepsia, Paralysi, &c. peculiariter proficua censentur.

XIII. De Olea.

Foliis perpetuis, fructu racemoso, pulpa liquore pingui scatente, officulo duro scabro, à reliquis differt. R. H. p. 1540.

1. Olea *Offic.* sativa *Ger. Park. C. B. J. B. Jons. D.* Oliven-Baum. In calidis regionibus succrescit. Junio floret. *Usu.* Folia, Fructus immaturi, muria conditi. Olivæ autem conditæ sunt vel maximæ Hispanicæ prunis mediocribus æquales, & figura similes, quæ etsi succulentæ sint & carne multa, amaritudinem tamen insignem habent; vel minores, Lucenses; hæ dulciores sunt. Et Oleum vel ex fructu immaturo expressum, & Omphacinum Officinis dictum, vel ex fructu maturo & Completum dictum. NB. *Oleum simpliciter ita dictum exprimitur ex olivis maturis, diciturque Oleum commune & Oleum Olivarum. De modo exprimendi Olei, vide* R. H. *Vires.* Folia refrigerant & exiccant, astringunt. Usus præcip. in fluxu Alvi, Mensium, in Herpetibus & sim. *Fructus conditi,* comesti initio pastûs excitant appetitum, movent alvum, humentem ventriculum exiccant ac confortant. *Oleum completum* calefacit & humectat, emollit, digerit, vulnerarium est, alvum laxat, ariditatem Pectoris corrigit, tormina Ventris mitigat, Urinarios meatus laxat, erosos abstergit & consolidat. *Oleum omphacinum,* refrigerat, siccat, astringit. *Schrod.*

2. Ar-

2. Arbor Brasiliensis gummi Elemi simile fundens, foliis pinnatis, flosculis verticillatis, fructu Olivæ figurâ magnitudine *R. H. p. 1546.* Icicariba Brasiliensibus *Margg.* & illius Gummi Icica sive Elemni *Pis.* An Prunifera Fago similis arbor Gummi Elemi fundens, figurâ & magnitudine Olivæ ex Insula Barbadensi *P. P. Tab. 217.* Arbor ex Surinama, sive Americana, Myrti Laureæ foliis, Elemi resinam fundens *Breyn. 2. P.* Gummi Elemi Officinarum *C. B.* Elemi *Park.* Elemi resina *J. B.* In Nova Hispania & alibi in India Occidentali crescit. *Usu.* Gummi seu potius Resina pellucida, pinguis, ex flavo albicans, cui inest aliquid viridiusculi, in massam redacta, suavem accensa halans suffitum. *Vires.* Calefacit, emollit, digerit, resolvit, maturat, dolorem sedat, capitis ac nervorum affectibus, eorundemque vulneribus, ac imprimis calvariæ vulneratæ specificè confert; contusionibus articulorum prodest, Menses ac Urinam ciet. *Schrod.*

Arborem Elemniferam alteram vide apud sagacissimum Botanicum *Leonardum Plukenetium in Phytograph. T. 173. F. 5.*

XIV. *De Anacardio.*

Notæ sunt, Folia geminata, glabra, Flosculi exigui, tetrapetali, lutei, racematim dispositi, Fructus conoides.

Anacardium *Offic. Ger. Park. C. B. J. B.* Orientale *Jons. D.* Oepata *H. M. Tom. 4.* Arbor Indica fructu conoide, cortice pulvinato nu-

cleum unicum, nullo ossiculo tectum, claudente *R. H. p. 1566.* Anacardien oder Elephanten-Laußbaum. In India Orientali crescit. *Usu.* Fructus compressus aviculæ cordis figura, nigricans ac splendens, includens sub duplici involucro corticoso & duro nucleum albicantem saporis subdulcis & inter involucri duplicaturam mucaginem oleosam, nigram, saporis acris ac exurentis. *Vires.* Calefacit & siccat, Cephalicus est, memoriam ac sensus acuens ac confortans. *Schrod.* De facultatibus Anacardii multum inter Authores controvertitur, de quibus consule *R. H. p. 1813.* NB. Raró in Officinis nostris invenitur hic Fructus, cujus in loco *Anacardium Occidentale Jonsonii* substituunt, ut loco sequente ostendimus.

XV. *De Anacardio Occidentali.*

NOtæ sunt, Folia oblonga, glabra, sine ordine ramis adhærentia, flosculi pentapetali, racematim dispositi, fructus pyriformis, nuce reniformi summo innascente.

Anacardium Occidentale *Jons. D.* Occidentale Cajous dictum ossiculo reni leporis figura *Herm. Cat.* Anacardii alii species *C. B.* Cajous *Ger. Park. J. B.* Arbor Acajou, vulgò Cajou *Pis. Mant. A.* Acaiaiba *Marcg. Pis. H.* Kapamara *H. M. Tom. 3.* Pomifera seu potiùs Prunifera Indica nuce reniformi summo pomo innascente, Cajous dicta *R. H. p. 1694.* In Malabar & Brasilia provenit. *Usu.* Nuces reniformes, foris fusci & duri, nucleum album, Amygdalæ dulcis sapore, substantia molliore includentes. *Vires.* Ventriculum roborant, fermentationem

juvant,

juvant, necnon vomitum & nauseam tollunt, Venerem stimulant, &c. *R. H.* p.1649. N.B. 1. In Officinis nostris pro Anacardio vero venduntur. 2. Sunt qui terram Japonicam succum condensatum hujus plantæ esse affirmant, quorum errorem in capite de Palma refutavimus.

SECTIO SEPTIMA.

De Arboribus Bacciferis.

Baccam voco, fructum minorem pericarpio seu pulpa humida donatum, cui semina seu nuclei includuntur vel solitaria, vel bina, terna, quaterna aut plura. R. H. p. 1568.

Arbores & Frutices bacciferæ sunt vel

- Singulis acinis singulis floribus succedentibus, suntque vel fructu
  - Monopyreno, seu unicum intus nucleum claudente, eæque vel
    - Erectæ, foliis
      - Perpetuis seu semper virentibus,
        - Compositis ex pluribus pinnarum conjugationibus;
          - Impari folio alam claudente, foliis majoribus, arboreque resinifera, flosculis stamineis
            - Summis ramulis insidentibus; *Balsamum.*
            - E tuberculis, è ramulorum lateribus exeuntibus; *Terebinthus.*
          - Nullo in extrema costa impari folio; *Lentiscus.*
        - Simplicibus
          - Parasitici nonnullis dicti, qui alienâ scilicet quadrâ vivunt, baccis magis sparsis, aliisque plantis innascuntur; *Viscus.*
          - Telluris solius alumni, foliis majoribus

a b c d

 Oblon-

Oblongis, flore & fructu ad foliórum alas, baccis

Oblongis, foliis latis, glabris, facultate Cathartica, violenta & maligna; *Laureola.*

Rotundis parvis; majores & elatiores; *Asa-fœtida.*

Cordiformibus, floribus monopetalis, quinquepartitis, racematim confertis; *Coculus Indus.*

Erectis, ensiformibus, Iridis in modum; *Draco Arbor.*

Deciduis

Simplicibus, longis, vi purgatrice violenta & maligna, floribus & baccis in singulis pediculis singulis; *Mezereon.*

Compositis seu pinnatis, floribus racematim congestis, granis orbiculatis, Lenticulæ modo compressis; *Rhus.*

Scandentes, baccis rotundis sapore aromatico; *Cubebæ.*

Polypyreno suntque vel

Dipyreno, i. e. duos nucleos seminave continente, vel

Non spinosæ, foliis

Pinnatis, impari numero, flore ex oblongo tubo in quinque lacinias expanso, odorato; *Jasminum.*

Simplicibus, floribus & fructibus in

Racemos congestis, viminibus lentis, tenuibus; foliis angustis, longis, glabris, obscurè virentibus, floribus albis, baccis nigris; *Ligustrum.*

Singulis pediculis singulis, rariùs dispositis, foliis latis, subrotundis Alni, baccis nigris vi cathartica; *Frangula.*

Spinosæ, foliis simplicibus integris, fructu oblongo, parvo, per maturitatem rubro, sapore acido, racematim nascente; *Berberis.*

a b

Tripyrene,

b Tripyreno, foliis pinnatis deciduis, floribus albis, quinquefoliis, umbellatim ferè dispositis, odore gravi; *Sambucus.*

Tetrapyreno, i.e. singulis acinis quatuor semina seu nucleos continentes, suntque vel

Scandentes, capreolis vel claviculis; fructu in racemis dulci, & succulento; *Vitis.*

Erectæ, foliis simplicibus

Perpetuis, seu semper virentibus, latis, aculeatis ad margines, baccis rubentibus, quatuor in singulis granis, duris, triangulis, striatis; *Agrifolium.*

Deciduis

Spinosæ, fructu rotundo, foliis brevioribus & latioribus Pruni, baccis per maturitatem nigris; *Spina Cervina.*

Non Spinosæ, ramulis

Rotundis, foliis angustis serratis, fructu tetracocco spadiceo; *Thea.*

Tetragonis, baccis per maturitatem rubris tetracoccis; *Euonymus.*

Nucleos incerto numero aut nobis saltem incognito continentes, sunt vel foliis

Alternatim positis, floribus tetrapetalis; *Capparis.*

Quaternis, baccis oblongis, arboreque resinifera; *Caranna.*

Pluribus acinis confertis ad singulos flores, foliis deciduis, floribus etiam pentapetalis, speciosis, spinosæ; *Rubus.*

His addi possunt *Santalum album* & *citrinum*, atque etiam *Myrrha*, quæ à multis in plantarum cognitione peritissimis, *Baccifera* esse affirmantur, quamvis nobis hactenus incognitæ sint.

Arbores & Frutices Bacciferæ, fructu monopyreno.

I. De Balsamo.

Notæ sunt, Folia alata impari numero, semper virentia, flosculis stamineis, summis ramulis insidentibus.

Balsamum Judaicum, Gileadense, è Mecha verum & Opobalsamum *seu* Oleum Balsami *sive* Balsamelæon *Offic.* Balsamum *Alpini Ger.* Genuinum Antiquorum *Park.* Syriacum Rutæ folio *C. B.* Verum *J. B.* Der rechte Balsam-Baum. In Syria & Arabia Fœlice succrescit. *Usu.* Lignum, seu ramusculi *Xylobalsamum* Offic. Sunt autem ramuli exoleti, contorti, nodosi, & brachiati, digitali crassitie, duplici cortice intecti, exteriore tenuiore, rugoso, cinereo, interiore crassiore, fusco, saporis & odoris nullius. Rarò in Officinis invenitur, cujus in loco Pharmacopolis Londinensibus *Lignum Lentiscinum* venditur. *Fructus* seu *Carpobalsamum* Offic. Die Frucht vom Balsam-Baum. Sunt baccæ oblongæ, pediculo brevi donatæ, cortice rugoso, fusco, quatuor costis distincto, odore & sapore grato. Rarò in Officinis nostris invenitur, cujus in loco Pharmacopolis Londinensibus Fructus *Cassiæ Caryophyllatæ* vel *Pimentæ* venditur, *Resina* seu *Opobalsamum* Offic. Substantia est, liquida, oleosa, limpida, albicans, saporis acris & aromatici, odoris fragrantis. *Vires.* Lignum & Fructus corroborant Ventriculum. Balsamum inter olea

ca quævis & balſama omnium eſt laudatiſſi-
rum, præſtantiſſimum, ac toto orbe maximè
lebratum, utpote quod vires habeat abigen-
s morbis tam internis quàm externis nulli
edicamento ſecundas. Conſert febricitanti-
us, aſthmaticis, Jecoris obſtructiones ſolvit,
Ienſes movet, Stomachi dolores ſedat, Phthi-
cos juvat, appetitum excitat. *Schrod.* N. 1.
arpobalſamum atque Xylobalſamum, quia
on niſi in compoſitionibus quibuſdam vete-
um adhibentur, proſtant raro, atque non niſi
etuſtate obſoleta, unde loco Carpobalſami
ubebas vel Pimenta adhibere receptum eſt,
oco Xylobalſami Lentiſcum recentem. 2. Si
uttula Opobalſami aquæ tepidæ immittatur,
er totam ſuperficiem ſeſe extendit, ac rurſum
qua refrigerata ſeſe contrahit, inquit *Schrode-
us.* Qui plura de Balſamo velit, *Lobelium* con-
ulat, qui integrum de eo libellum conſcripſit
k *Alpinum*, qui Dialogum de Balſamo reliquit;
t *Veslingii* Opobalſami Vindicias. It. *Volcka-
meri* Examen Opobalſami.

II. De Terebintho.

NOtæ ſunt, Folia pinnata impari numero, decidua, floſculi ſtaminei tuberculis ramulorum in longis racemis.

Terebinthus *Offic. Ger. J. B.* Vulgaris *C. B.* Anguſtiore folio vulgatior *Park.* Terpentin Baum. In Inſula Chio, Cypro, & alibi oritur. Aprili floret. *Uſu.* Reſina ſubſtantia eſt reſinoſa, fluida, Larica autem craſſior, pellucida, colore candido ſubflavo, vitreo, odore grato & ſuavi, ſapo-

sapore acri amaricante. Ex Chio quæ præfertur & Cypro ad nos transportatur. *Vires.* Confert intrinsecus præcipuè in Tussi aliisque Pulmonum affectibus, in Urina ac alvo cienda, convenit Epati, Lieni, Renibus, Vesicæ, expectorationi purulentæ ac Phthisi incipienti succurrit, calculum pellit, Arthriticos affectus juvat. Uterum à saburra liberat. *Schrod.*

III. *De Lentisco.*

FOliis pinnatis, sempervirentibus, flosculis stamineis ex foliorum alis egredientibus à reliquis differt.

Lentiscus *Offic. Ger. Park. J. B.* Vulgaris *C. B.* Mastyx-Baum. In Insula Chio copiosè provenit. Martio vel Aprili floret. *Usu.* Lignum seu ramuli nodosi & brachiati, digitali crassitie, internè albi, cortice cinereo tecti, saporis & odoris resinosi. Resina *Mastiche* Offic. Mastyx. Arida est, pellucida, ex flavo pallescens, in guttas concreta, saporis resinosi & adstringentis, odoris fragrantis. Optima censetur odorata, candida, splendens, adulta, retorrida, friabilis, syncera, stridens. *Vires.* Lignum siccat & adstringit, valet ad sanguinis rejectiones, Uteri ac alvi profluvia & Dysenteriam, in Uteri ac Ani procidentia: nomas arcet, urinas ciet, dentes mobiles firmat. *Dioscorid.* Gummi calefacit, siccat, subastringit, emollit, ventriculum roborat; Usus præcip. in Vomitu, nausea ac fluxu alvi compescendo. Obtundit ac corrigit purgantium acrimoniam, roborat caput, nervosumque genus, exspuitioni sanguinis ac Tussi medetur, &c. *Schrod.*

IV. De

IV. De Visco.

Planta est parasitica, seu Frutex arboribus aut fruticibus aliis innascens, baccifera, monopyrenos, semper virens. R. Synop. p. 224.

Viscum *Offic. Ger.* Vulgare *Park.* Baccis albis *C. B.* Viscus Quercus & aliarum arborum *J. B.* Mistel. Multis arboribus adnascitur. Præfertur Quernus. Veris initio floret. *Usu.* Lignum. *Vires.* Ligni usus præcip. ac specificè in Epilepsia, Apoplexia & Vertigine. Arcanum etiam est contra Pleuritidem *R. Hist. p. 1584.* Viscum ad aucupia ex hujus fruticis baccis aliquibus in locis parabatur, hoc modo. Baccas in aqua decoquunt donec disrumpantur, postea contundunt in mortario, & tamdiu in aqua fontana lavant quousque furfuracea excrementa eximant. Quod apud nos in usu est Viscum aucuparium è cortice Agrifolii fit, ut suo in loco ostendimus.

V. De Asa Fœtida.

Planta est sarmentosa, fermè ut Salix aquatica, Bontio. *Foliis parvis Oryzæ similibus* Mandelslo. *Philyrreæ Species est nonnullis.*

Asa Fœtida *Offic. C. B. Park.* Nostras Officinarum *J. B.* Altith *Bont.* Teuffels-Dreck. *Usu.* Gummi est substantiæ resinosæ, aridioris, ceræ instar lentum ac sequax, ex variis splendentibus granis, externè incarnati coloris, internè albicans, in massam coactum, saporis acris & nauseosi, odoris gravis, Allium redolentis. Duæ hujus prostant species, una impura & turbida, altera

altera pura & translucens, hæc à lacte sponte effluente, illa torculari expressa. Ex India Orientali & aliunde ad nos transportatur. *Vires*. Calefacit, incidit, &c. Usus internus præcipuus, in suffocatione Uteri, Peripneumonia ac Vulneribus, aliàs raro adhibetur. Extrinsecus in tumido Lieni, Uteri suffocatione, &c. *Schrod.* Cujusnam plantæ succus sit Asa Fœtida, inter eruditos & rei Botanicæ peritissimos diu multumque disceptatum est. Nonnulli Benzoinum & Asam unum idemque gummi genus esse volunt, quod è caulibus aut radicibus Laseris vulneratis effluit, differentiam omnem loco natali deberi. Alii Asam Fœtidam à quadam Ferulæ specie produci contendunt. *Bontius* notis in *Garciam ab Horto p. 41.* Duas dari plantarum species Asam Fœtidam suppeditantes affirmat. Prima (inquit) sarmentosa est, fermè ut Salix aquatica, ex cujus stolonibus incisis Asa Fœtida per torcular exprimitur, quæ ut reliqui succi, sole indurata, in consistentiam evadit. Secunda species longè fœcundior existit, estque succus expressus ex plantæ cujusdam radicibus crassissimos Raphanos referentibus, quæ folia Tithymali habet. *D. Mandelslo* qui in Persia peregrinatus est, duo etiam Asæ Fœtidæ succo prægnantium plantarum genera agnoscit, verùm ea paulò aliter describit. Alterum fruticosum seu sarmentosum foliis parvis Oryzæ similibus. Alterum Rapi folio, colore viridi, folio Ficum referente. Hinc nonnulli, posteriorem *Bontii* descriptionem sequuti, Plantam Asæ Fœtidæ pro-

roductricem, Tithymali quandam speciem
esse statuunt. Alii, iique, totius materiæ me-
dicæ apprimè gnari, quique in Orientalibus
regionibus diu commorati sunt, Phillyreæ spe-
ciem esse volunt; in quorum sententiam nos
quoque propendemus, atque idcirco hunc ei
locum assignavimus.

VI. De Laureola.

Notæ sunt, Flores monopetali in quatuor lacinias acuminatas expansi, baccæ monopyrenæ, vis acris & cathartica. R. H. p. 1587.

1. Laureola *Offic. Ger. Park.* Semper virens, flore viridi, quibusdam Laureola mas *C. B.* Semper virens, flore luteolo *J. B.* In sylvis & sepibus. Februario floret. *Usu.* Cortex, Folia, Bacca oblonga, nigra. *Vires.* Laureolæ vis est ignea, acerrima, exulcerans, mordens, febres accendens, cordis principumque partium vires exolvens, validissimè bilem, biliosasque serositates purgans. Corrigitur macerando in acidis. *Schrod.*

2. Mezereon & Chamælæa *Offic.* Chamælæa Germanica sive Mezereon *Ger.* Germanica, sive Mesereon vulgò *Park.* Laureola folio deciduo, flore purpureo, Officinis Laureola fœmina *C. B.* Folio deciduo, sive Mezereon Germanicum *J. B.* Kellers Hals / Seidelbast. In hortis colitur. Vere floret *Usu.* Cortex, Folia & Baccæ rubentes. *Vires.* Cum Laureola viribus convenit.

3. Thymelæa *Offic. Ger. Park.* Foliis Lini *C. B.* Monspeliaca *J. B.* In hortis Botanicorum colitur.

litur. *Usu.* Baccæ, Grana Gnidia dictæ. *Vires.* Ardens & fauces adurens vis ineſt. N. B. Hujus fructum Coccum ſeu Granum Gnidium Antiquorum Botanici peritiores & etiam Officinæ noſtræ Anglicanæ exiſtimant; quamvis *Cordo* & *Schrodero* baccæ Mezerei Grana Gnidia Officinarum eſſe affirmentur.

VII. De Rhoe.

Foliis pinnatis, floribus racematim congeſtis, granis orbiculatis, Lenticulæ modo compreſſis à reliquis differt. R. Meth. p. 50.

1. Rhus obſoniorum & Sumach *Offic.* coriaria *Ger.* Folio Ulmi *C. B.* Sive Sumach J.B. Sumach ſive Rhus obſoniorum & coriariorum *Park.* Gerber-Baum. In hortis curioſorum colitur. *Usu,* Baccæ ſeu Grana orbiculata, villoſa, parva, rubentia, ſeu coccinea, includentia nucleum ſeu ſemen orbiculatum ſpadiceum, saporis aſtringentis & terreſtris. *Vires.* Refrigerat, ſiccat, aſtringit. Uſus præcip. in fluxu alvi, Uteri ſeu menſium, Hæmorrhoides compeſcit, bilem obtundit. Extrinſecus reſiſtit putrefactioni ac Gangrænæ. *Schrod.* NB. *Rhus Obſoniorum, Coriariorum,* & *Rubeum* apud *Galenum* non ſunt arbores ſpecie diverſæ, ſed *Rhus Obſoniorum* nihil aliud eſt quàm fructus; *Coriariorum* quàm folia & fruticis ramuſculi; *Rubeum* quam ejus ſemen immaturum, ut nos monuit eruditiſſimus ille Botanicus *D. J. Raius,* quibus & nos conſentimus.

2. Reſina Copal *Offic. Schrod.* Copal *C. B. J. B.* Gummi Copal *Park.* Copalli quahvit patlahoca ſive Arbor Copallifera latifolia ſive

H. Hern.

II. Hern. An Rhus Virginianum Lentiſci foliis *R. H. p. 1799.* Rhoe Obſoniorum ſimilis Americana, Gummi candidum fundens, non ſerrata, foliorum rachi medio alata *P. P. Tab. 56.* Reſina eſt duriuſcula, admodum candida, vel ex albo flaveſcens, pellucida; bene odorata, in maſſam redacta. Ex vulnerata arbore guttatim ſtillat. Aſportatur ex Nova Hiſpania & aliunde Indiæ Occidentalis. *Vires.* Calefacit, humectat, emollit, reſolvit. Uſus præcipuè in affectibus cephalicis. *Schrod.*

Quamvis, referente *Piſone*, reſinæ omnes odoratæ & gummi Indis *Copal* nomine denotentur; *Hernandez* etiam octo Copalliferarum arborum ſpecies deſcribat, proculdubio tamen Gummi illud quod in Officinis noſtris Copal nomine venit, Copalliferæ ſecundæ ſive Copalli quahvitl patlahoca *Hern.* emanatio eſt; quæ fortè eadem eſt arbor cum Rhoe Virginiana Lentiſci foliis *R H. p. 1799.* Nec ſpecie ſed accidentaliter tantùm ab ea differt, ut in aliis plantarum ſpeciebus, loci reſpectu, inſignis varietas perſæpe occurrit; ſiquidem eruditiſſimus, idemque ingenioſiſſius vir *D. Leonardus Pluckenetus*, M. D. affirmat ſe ex hoc frutice gummi album Copal noſtro non abſimile collegiſſe.

Monardes ſub titulo Copal opinione noſtra, Gummi Animæ deſcribit; Animæ autem Occidentalis appellatione Copal.

At neque *Copaiba Piſonis* arbor illa eſt quæ Gummi Copal producit, ut *Paulus Ammannus* in

Manuductione sua ad Materiam Medicam p. 138. affirmat. Resina enim quam arbor illa suppeditat, *Balsamum Copaivi* Officinarum nostrarum est, ut suo in loco ostendam: Forte *Resina Carthaginensis Monardi* p. 330. fuerit: de quo tamen *Paulus Ammannus* prædictus dubitat.

VIII. Draco arbor.

Foliis Iridis semper virentibus, fructu flavescente, à reliquis differt.

Draco arbor *Ger. Park. C. B. J. B.* Ezquahvilt *Hern.* Palma prunifera foliis Juccæ, è quâ sanguis Draconis officinar. *Commelin. Hort. Amstelodam.* Drachen-Baum. In Insula *Portûs Sancti* quæ è Canariis una est & Madera oritur, *Usu.* Gummi *Sanguis Draconis Offic.* Drachen-Blut. Resina est obscura, rubra, igni admota facilè liquescens, inque eum conjecta flammam concipiens, attritu colorem rubrum sanguineum reddens, saporis resinosi & adstringentis. Duplex in Officinis invenitur quæ puritate & impuritate tantùm differunt; Optimum censetur quod in guttulis foliis involutis adfertur. *Vires.* Exiccat strenuè, astringit, repellit. Usus ejus est præcipuus extrinsecus in exiccandis Catarrhis, in Hæmorrhagia sistenda, vulneribus glutinandis, dentibus laxis stabiliendis. *Schrod.* N. B. Sanguinem Draconis Recentiorum Cinnabarin *Dioscoridis* esse docti plerique existimant. Cinnabaris recentiorum Antiquorum est Minium *R. H. p.* 1598.

IX. De

IX. De Cocculo Indo.

Notæ sunt, folia cordiformia; Flores monopetali quinquepartiti, candidi, fructus racematim confertus.

Cocculus Indus *Offic. Park.* Cocculæ Officinarum *C. B* Cocci Orientales *Ger. J. B.* Natsiatam *H. M. Tom. 7.* Arbor Indica Cocculos Officinarum ferens *Breyn. 2. P.* Indianische Nüßlein. In Malabar crescit. *Usu.* Fructus renis ferè figura, baccarum Lauri magnitudine sed rotundiore, fusco & rugoso cortice exteriore tectus, saporis amaricantis. *Vires.* Perniciosa & deleteria qualitate prædita sunt. His utuntur Piscatores, ad capiendos pisces, de quibus *Codronchius* peculiarem scripsit Libellum. Contra pediculos etiam commendantur.

X. De Cubebis.

Cubebæ *Offic. Ger. Park. J. B.* Vulgaris, nec Arabum Cubebæ, nec *Galeni* Carpesium *C. B.* An Pindaiba, nonnullis Ibira *Pis.*? Arbor baccifera Brasiliensis fructu Piper resipiente. *R. H. p. 1593?* Arbor Bisnagarica Myrti amplioribus foliis, per siccitatem nigris, Cubebæ sapore *P. P. Tab. 140.* Cubeben. *Usu.* Baccæ quæ Piperi similes, interdum paulò majores sunt pediculo longo donatæ, cortice fusco, rugoso, nucleo subjecto exiguo, rotundo, foris nigricante, intus albo, sapore & odore suavi, aromatico, acri. Advehuntur ex Java Indiæ Orientalis Insula, ubi decoquuntur, inquit *Schroderus*, antequam vendantur ne apud exteros plantentur. Præstant

majores, recentes, ponderosæ. *Vires*. Calefaciunt & exiccant, attenuant, discutiunt, viscera omnia roborant, Lienem juvant, flatus discutiunt, cerebrum roborant, & frigidis Uteri affectibus auxiliantur.

Quid sint Cubebæ, adhuc ambigitur: alii ex genere Piperis, & nigro Piperi congeneres esse, *Theophrastoque* Piper rotundum dici volunt: alii Viticis Fructus existimant: *Sylvaticus*, Rusci seu Oxymyrsines fructum facit: alii Carpesium *Galeni* statuunt: *Cæsalpinus* Amomi legitimi fructum pronunciat: Cubebæ autem neque Piperis genus sunt, neque Viticis, neque Oxymyrsines, neque Carpesii, neque Amomi legitimi semen, aut fructus, ut facilè esset ostendere. Est autem inquit *Schroderus* (quibus & nos consentimus, donec certiores facti fuerimus) fructus racemosus, arboris cujusdam Malo vulgari similis, foliis verò Piperis, sed angustioribus.

Arbores & Frutices fructu dipyreno.

XI. De Jasmino.

FLore ex oblongo tubo in quinque lacinias expanso totidem folia æmulantes, perquam odorato, foliis pinnatis, bacca dicocca ab aliis differt. R. H. p. 1599.

Jasminum *Offic. Ger. Park. P.* Vulgatius flore albo *C. B.* Sive Gelseminum flore albo *J. B.* Weisse Jasminen. In hortis colitur, Æstate floret.

ret. *Usu.* Flores. *Vires.* Digerit, calefacit, emollit, aperit. Usus præcipuus internus ad Uterum calefaciendum & laxandum, ejus Scirrhum sanandum, & partum facilitandum, ad tussim anhelitusque difficultatem, ad Pleuritidem, dolores Stomachi, intestinorum, Uteri, &c. *Schrod.*

XII. De Ligustro.

FLoribus racemosis albis, baccis nigris dipyrenis, viminibus lentis ab aliis fruticibus distinguitur. R. Synop. p. 226.

1. Ligustrum *Offic. Ger. J. B.* Vulgare *Park.* Germanicum *C. B.* Hartriegel / Beinholtz / Heck-Holtz. In sylvis & sepibus. Floret tota ferè æstate. *Usu.* Folia, Flores. *Vires.* Refrigerant & siccant, astringunt, incidunt, proin conducunt ad inflammationes, putredines, exulcerationes oris, & faucium, ad procideutiam & tumorem uvæ, laxitatem gingivarum, &c. *Schrod.*

2. Alcanna *Offic.* Ligustrum Orientale, sive Cyprus *Dioscoridis & Plinii Park.* Ægyptiacum latifolium & angustifolium *C. B.* Ægyptium Cyprus Græcorum, Elhanne Arabum *J. B.* Ligustri species I. & II. Alcanna dicta *Bont.* Elxen. In India Orientali, Ægypto & Syria crescit. *Usu.* Folia & Flores; sed in Officinis nostris nunquam inveniuntur, quia diu non durant, ergo eorum loco radicem Anchusæ sumunt. *Vires.* multæ attribuuntur à *Dioscoride* & aliis huic plantæ, sed cùm nullius in Officinis nostris usus sit, de ea plura dicere supersedeo.

XIII. De Frangula.

FOliis latis subrotundis, baccis nigris, vi cathartica, ab aliis fruticibus discretu facilis est. R. H. p. 1604.

Frangula & Alnus nigra *Offic.* sive Alnus nigra baccifera *Park.* Alnus nigra sive Frangula *Ger.* Nigra baccifera *C. B. J. B.* Faul-Baum/ Lauß-Baum. In sylvosis udis. Majo floret. *Usu.* Cortex. *Vires.* Purgat humores noxios omnes, maximè serum, tam per vomitum quàm per secessum, idque sat violenter. *Schrod.* Tritus cum aceto, & scabiei illitus, intra paucos dies illam sanat & exsiccat. *R. H.*

XIV. De Berberi.

SPinis acutis, fructu parvo, oblongo, rubro, sapore acido racematim nascente, cortice candicante, à reliquis facilè distinguitur. R. Synop. p. 226.

Berberis & Oxyacantha *Galeni Offic.* Berbaris *Park.* Dumetorum *C. B.* Vulgò, quæ & Oxyacantha putata *J. B.* Spina acida sive Oxyacantha *Ger.* Erbsel/ Saus-Dorn. In collibus cretaceis, & in sepibus. Majo floret. *Usu.* Cortex, Fructus & Semina. *Vires.* Coxtex aperit, incidit, hinc in Ictero convenit. *Fructus,* Refrigerant & humectant, partium sunt tenuium, astringunt, appetitum excitant, roborant ventriculum ac Epar. Proin usus sunt frequentissimi in morbis, ubi refrigeratione & astrictione opus. *Schrod.* In febribus sitim extinguunt.

Arbo-

Arbores & Frutices bacciferæ fructu tripyreno.

XV. De Sambuco.

Flore & fructu in umbellas aut racemos composito, foliis alatis, ramis medulla plurima farctis, pauco ligno, ab aliis facilè distinguitur. R. H. pag. 1609.

1. Sambucus *Offic. Ger.* vulgaris *Park. J. B.* Fructu in umbella nigro *C. B.* Hollunder. In ſepibus. Majo floret *Uſu.* Cortex, Folia, Gemmæ, Flores, & Baccæ. *Vires.* Sambucus integra calefacit & ſiccat, reſolvit, Hydropicos juvat. *Cortex* educit ſeroſos humores. *Folia & gemmæ* alvum movent. *Flores* diſcutiunt, emolliunt, reſolvunt, ſudoriferi ac anodyni ſunt. *Baccæ* ſudoriferæ itidem ſunt ac alexipharmacæ. *Schrod.* De viribus & uſu Sambuci integrum librum conſcripſit *Martinus Blockwitzius* cui titulus *Anatomia Sambuci.*

2. Ebulus & Chamæacte *Offic.* ſive Sambuceus humilis. *Ger. Park.* Sive Sambucus herbacea *J. B.* Sambucus humilis ſive Ebulus *C. B.* Ad vias publicas. Junio floret. *Uſu.* Cortex, Folia, Baccæ. *Vires.* Cortex aquoſos & ſeroſos humores totius corporis per alvum educit. *Folia & Baccæ* vi pollent ad Podagricos dolores ſopiendos, tumoreſque aquoſos diſcutiendos: Eaſdemque vires obtinent quas Sambucus. Vim habent educendi aquam, conferunt igitur in Hydrope, Arthritide, ceteriſque morbis à ſero natis. *Schrod.*

Arbores & Frutices Bacciferæ fructu tetrapyreno.

XVI. De Vite vinifera.

FRutex est sarmentosus, scandens, & capreolata, foliis angulosis, incisis, fructu racemoso tetrapyreno.

1. Vitis & Pampinium *Offic.* Weinstock. In hortis colitur. *Usu.* Folia cum capreolis, Succus seu Lacryma, Vinum, h. e. succus uvarum maturarum fermentatus, cujus variæ in Officinis habentur species, quæ quamvis sententiâ nostrâ ex una & eadem uvæ specie fiunt, respectu tamen tum loci natalis, tum parandi modorum plurimum differunt, Sunt autem vel Hispanica multorum generum, v. g. 1. *Canariense*, Canariseck. 2. *Malacense*, Mallagasseck. 3 *Xeranum*. 4. *Alonense*, Alicanten-Wein/ vulgò Tint-Wein dictum. 5. *Portuense*, Port à Port-Wein. Idque vel album vel rubrum. Vel secundò *Gallica* Frantzsche Weine/ *album*, weisser Wein/ *rubrum* Claretum dictum Claret. Tertiò, *Germanica* seu *Rhenana*, Reinisch Wein. Quartò denique *Cratica* seu *Moschatellina* rubra Rother Mußcat-Wein/ quæ pro Alonensi vulgò væneunt. NB. Quod ad Vinum album efficiendum mustum è fæcibus, hoc est, caulibus & siliquis seu vinaceis cum gigarti. exprimitur illico: ad rubrum verò, succum unà cum fæcibus in dolio aliquamdiu restare sinunt, donec colo-

colorem & ſaporem acquiſiverit. Acetum Eſſig / fit ex vino vel in loco minus calido detento, vel diutiùs reſervato, vel Soli expoſito. NB. Acetum non tantùm è vino ſed etiam è Cerevíſia inſolatione,&c. fit. Tartarus, Weinſtein/ Salis ſpecies eſt, ſubſtantia ſabuloſa, indurata, quæ fundo & lateribus vaſorum vinariorum accreſcit, multis intermixtis rubicundis micis, ſaporis ſubacris acidi: eſtque vel albus qui magis æſtimatur, ut purior & minus terreſtris, vel ruber; optimus è Germania adſertur. Uvæ immaturæ ſeu Agreſtæ, & Acini uvarum. *Vires*. Folia capreolique refrigerant, aſtringunt validè. Uſus præcip. in Dyſenteria, Vomitu, Pica, expuitione Sanguinis, aliiſque Hæmorrhagiis ſiſtendis. *Succus* ex amputatis palmitibus exſtillans intrinſecus vim habere creditur atterendi & expellendi calculum: Extrinſecus Oculorum caligini medetur ac rubedini, Impetigines ſanat. *Uvæ immaturæ* refrigerant & ſiccant, aſtringunt. Proin poterit eſſe uſus earum in Febribus ardentibus, excitant ſcil. appetitum, fluxum ventris ſedant. *Acini* vim habent aſtrictoriam, conveniuntque in Vomitu, Alvique fluxu. *Schrod. Vinum*, nunc dierum vina auſteriora quamvis palato minùs arrideant, ventriculo tamen commodiora & cibo concoquendo magis idonea cenſentur, quàm alba, quæ lenia & dulcia: Canarinum autem omnium laudatiſſimum, generoſum & lene, naturæ amicum *R. H. p. 1617*. Qui plura de Vino velit, legat *Andreæ Baccii* eruditiſſimum opus de Vini gene-

Dd 5 ribus

ribus Anno 1596. *Romæ* impressum. it. *Sachsium* de *Vite Vinifera*. *Acetum* partium tenuium est, attenuat, penetrat, astringit, putredini resistit, sudorem ciet, appetentiam cibi excitat, & concoctionem promovet, æstum febrilem compescit, putredinem arcet, &c. Extrinsecus Scabiem, Pruritum, Herpetem, &c. sanat. *Tartarus* Vini attenuat, incidit, aperit. Qui plura de Tartaro velit Chymicos scriptores consulat; plenam enim ejus historiam scribere mihi nec animus nec opportunitas est.

2. Uva passa major *Offic.* passa major, βύμαστος Græcis fortè *C. B.* Grosse Rosinen. Ex Hispania ad nos transportantur, eas autem hoc modo exsiccant, Botrorum seu racemorum quos ad hunc usum destinant, pediculos ad mediam partem transversim incidunt, adeòque succi nutritii magnam partem intercipientes impediunt, ne ad uvas copiosè affluat, sed parcè admodum derivetur. Racemos semisectos in vite pendentes relinquunt, donec paulatim calore solis & alimenti inopiâ exsiccentur: cum sufficienter exsiccatos senserint demetunt & in vase recondunt. *Vires.* Calidæ sunt seu temperatæ, leniunt, alvum laxant, acrimoniam hebetant, ventriculo, Pulmonibus ac Epati gratæ sunt. Tussim mitigant. *Schrod.* Pro modo præparandi Uvas passas *V. Raii Itinerarium.*

3. Uvæ passæ minores & Passulæ *Offic.* passæ minores, vel Passulæ Corinthiacæ *C. B.* Corinthiacæ *Park.* Vitis Corinthiaca sive apyrina *J. B.* Corinthen. In Zacyntho, &c. colitur. *Usu.*

Fru-

fructus maturus exsiccatus. *Vires.* Temperatæ sunt, æstum febrilem mitigant, sitim sedant, alvum laxant,

XVIII. De Thea.

FOliis angustis, serratis, floribus pentapetalis, majoribus, rotundis, fructu tetracocco, rugoso, ex spadiceo fusco à reliquis differt.

Thea *Offic.* The Sinensium sive Tsia Japonensibus *Breyn.* Cent. 1. cap. 52. Sinensium sive Tsia Japonensibus *Breynii R. H. p. 1619.* Thee Frutex *Bont.* Euonymo adfinis Arbor Orientalis nucifera flore roseo *Plukenet. Phytogr. Tab. 88.* Chynensium, sive Tschia Japanensium *Hort. Amst.* Chaa *C. B.* Herba Japoniæ *J. B.* Styraci & Euonymo mediæ affinis. The Sinensium, sive Tsia Japonensibus flore simplici & niveo pleno *Breyn. 2. P.* In regno Japonico, & Chinensi colitur. *Usu.* Folia convoluta, saporis subamaricantis, aromatici, leviter adstringentis, odoris grati, fœnum recens æmulantis. *Vires.* Siccat & leviter astringit, acida dissolvit, & per Urinam educit, hinc prodest in Hypochondriaco affectu, Podagra, Arthritide, & Nephritide, Cephalalgiam arcet, Memoriam confortat, Sanguinem purificat, &c.

Catalogum Authorum qui de hoc frutice scripserunt, vide apud *Jacobum Breynium Exot. Cent. 1. cap. 52. p. 114.* quibus adde *D. Pechlin.* Belgæ Tractatum de Thea anno 1684. editum. *M. Du Four* Historiam Theæ Lugduni impres-

sam

sam anno 1685. & Tractatum quendam Anglicè conscriptum Londini 1682.

XVIII. De Euonymo.

Notæ sunt, Folia oblonga, crenata, flores tetrapetali, fructus tetracoccos quadrangulus rubens.

Euonymus *Offic. Theophrasti Ger.* Vulgaris *Park.* Vulgaris, granis rubentibus *C. B.* Multis aliis Tetragonia *J. B.* Spindel-Baum. In sepibus frequens. Majo floret. *Usu.* Fructus *Vires.* Vomitum cient, ventriculum obtundunt, & per secessum purgant. Noxia est planta, & non sine periculo sumenda. Extrinsecus emolliunt & resolvunt, pediculos interimunt & Furfures capitis detergent.

XIX. De Agrifolio.

Notæ sunt, Folia in ambitu longis, acutis, rigidis spinis armata, semper-virentia; baccæ parvæ, rotundæ, rubræ, quaterna semina triquetra striata continentes. R. Synop. p. 227.

Agrifolium *Offic. Ger.* sive Aquifolium *Park.* Aquifolium sive Agrifolium vulgò *J. B.* Ilex aculeata baccifera folio sinuato *C. B.* Stech-Baum/ Stech-Apfel. In sepibus frequens. *Usu.* Viscum aucuparium Vogel-Leim/ hoc modo præparatur. Delibratis Junio aut Julio mensibus, quotquot videntur aut opus fuerit hoc genere arborum, cortices detracti in aqua fontana per septem aut octo horas continuas decoquantur, donec tenerrimi evadant. Coctos in acervum humi cum Filice S. S. S. compones, aquâ priùs curiosè separata, & per duas tresve septi-

ſtimanas fermentari & computreſcere ſinas, donec in mucilaginem abeant: Exemptos deinde in mortario tamdiu tundas donec fingi formarique poſſunt inſtar Maſſæ farinaceæ. Maſſam in aquam profluentem ſubmerſam manibus verſes, & diligenter ſubigas. Aqua brevi ſordes omnes eluet, viſco reſiduo puro & defæcato; in fictili aliquo vaſe per quatuor adhuc aut quinque dies deſpumando, donec ſe purgaverit & perfecerit: deinde in novum vas translatum reſervetur ad uſum. NB. Non ex corticibus hujus arboris tantum Viſcum aucupiarium paratur, ſed etiam è fructu Viſci, Caſtaneæ, & Sebeſten. *Vires*. Vim habet emolliendi & diſcutiendi tumores, Parotides, &c. *Dioſcorid.*

XX. De *Rhamno*.

FOlia hujus fruticis ad Pruni accedunt; baccæ per maturitatem nigræ, ſucco virente infectorio plenæ. R. Synop. p. 227.

Rhamnus & Spina cervina *Offic.* Catharticus *C. B. J. B.* Solutivus *Ger.* Solutivus, ſive Spina infectoria vulgaris *Park.* Wegdorn-Beer/ Creutzbeer. In ſepibus & ſylvis. Floret Majo, fructum fert Septembri. Purgat bilem, pituitam ac maximè ſeroſos humores, unde uſus præcip. in Cachexia, Hydrope, Arthritide. *Schrod.* Baccæ hujus fruticis tria colorum genera præbent. 1. Meſſis tempore lectæ, areſactæ & tuſæ, inque aqua & Alumine maceratæ luteum ſeu croceum potius reddunt colorem. 2. Autumno cum maturitatem aſſecutæ ni-

græ evaserint collectæ, tusæ, & in vase vitreo asservatæ pulchrè viridem exhibent colorem, quem Safftgrün vocant. 3. Circa festum Sancti Martini in arboribus adhuc hærentes si legantur, teste *Trago*, puniceum colorem reddunt. *R. H. p. 1625.*

Arbores & Frutices bacciferæ granorum in acinis numero nobis incognito.

XXI. De Cappare.

Notæ sunt, folia subrotunda, alternatim posita, flores tetrapetali, pediculis longis è sinu foliorum exeuntibus insidentes; fructu oblongo.

Capparis *Offic.* rotundiore folio *Ger.* Spinosa folio rotundo *Park.* Spinosa, fructu minore, folio rotundo *C. B.* Spinosa *J. B.* Cappern. Locis arenosis & ruderatis gaudet. *Usu.* Cortex radicis, tubulosus & rugosus, crassus, cinereus, saporis acris & amaricantis, & Gemmæ florum muria conditæ, hoc modo. Gemmas florum adultas, antequam tamen explicentur, colligunt, & per trium quatuorve horarum spatium in umbra sparsas relinquunt, donec flaccessere incipiant, ad impediendum ne se aperiant. Tum vasi immittunt, & acetum super affundunt asserculo imposito vas contegentes, adeoque contectas octiduum restare sinunt. Deinde exemptas leniter premunt, & recenti aceto infundunt per alterum octiduum. Tandem

ope-

operationem iterum repetunt, expressis gemmis & novo aceto tertium affuso. Quo perfecto eas in dolia cum aceto recondunt. *Vires.* Cortex calefacit & siccat, Splenicus est, acris, amarus, austeriusculus, ideoque incidens, aperiens, extergens, subastringens. Prodest in affectibus Arthriticis, Hypochondriacis, & similibus. *Schrod.* Gemmæ conditæ, appetitum augent, & concoctionem promovent, Hepati & Lieni conferunt, obstructiones eorum reserando. *R. H. p.* 1629.

XXII. De Caranna.

Foliis oleagineis, in crucis formam compositis, baccis oblongis, ab aliis distinguitur.

Caranna *Offic. C. B. J. B. Park.* Tlahuelilo-ca Quahuitl i. e. Arbor insaniæ, Caragna nuncupata *Hern.* In Nova Hispania crescit *Usu.* Resina substantia concreta, laxa, dum recens, tenax, picis instar ductilis, inveterata, dura, friabilis, foris ex cinereo nigricans, intus picei coloris, saporis resinosi, viscosi, amaricantis, odoris dum accenditur fragrantis. *Vires.* Calefacit & siccat, viribusque pollet iisdem, quibus Tacamahaca, quæ tamen operando citior & efficacior est, præcipuè in tumoribus omnisque generis doloribus; maximè juncturarum tumores inveteratos dissolvit, defluxiones frigidas aut mixtas in oculos & alias partes sistit & reprimit, nervorum ac cerebri dolores sedat, vulnera recentia præsertim nervorum & juncturarum sola sanat. *Schrod.*

XXIII. De

XXIII. De Rubo.

FRuctu è pluribus acinis arctè stipatis composito, uni & simplici flore succedente, foliis in plura segmenta partitis, nec non parvitate & imbecillitate sua, insignibus notis à reliquis bacciferis fruticibus differt. R. Synop. p. 228.

1. Rubus vulgaris *Offic.* Rubus *Ger.* Vulgaris major *Park.* Vulgaris, sive Rubus fructu nigro *C. B.* Major fructu nigro *J. B.* Brombeer-Strauch. In sepibus & dumetis. Majo floret, fructum Augusto maturat. *Usu.* Folia, Cymæ & Fructus. *Vires.* Folia & Cymæ refrigerant, siccant, astringunt potenter. Fructus maturus caliditate est temperatus ac subastringens. Usus præcip. in quibuscunque profluviis, Vomitu, fluxu alvi, Uteri, & narium. Extrinsecus in Aphthis, aliisque oris affectibus abstergendis, in vulneribus astringendis, capillos nigrat, scabiem curat. *Schrod.*

2. Rubus Idæus *Offic. Ger. Park.* Idæus spinosus *C. B.* Idæus spinosus fructu rubro *J. B.* Himbeeren-Strauch. In uliginosis locis & sylvis. Majo floret, Julio fructum maturat. *Usu.* Folia, Fructus. *Vires.* Easdem vires obtinent, quas præcedentia, cordialia tamen præ iis peculiariter censentur. *Schrod.*

Arbo-

Arbores quædam bacciferæ, nobis autem incognitæ.

XXIV. De Santalo albo & citrino.

Frutices bacciferæ fructu polypyreno.

NOtæ sunt, *Folia pinnata, flores ex cæruleo nigricantes, fructus cerasi magnitudine, per maturitatem nigri.*

Santalum album & citrinum *Offic.* ex una & eadem arbore producitur, cujus pars corticalis Santalum album dicitur; medullaris, Citrinum ut à multis affirmatur. Scribit verò *Garcias*, inter utriusque Santali arbores tantam esse affinitatem, ut album à citrino discerni non possit, ni fortè ab ipsis incolis, qui eas mercatoribus vendunt.

1. Santalum citrinum *Offic. Park. J. B.* pallidum *C. B. Ger.* Gelber Sandel. *Usu.* Cor seu medulla solida, colore citrino, saporis subamari, aromatici, odoris fragrantis & grati.

2. Santalum album *Offic. Ger. Park. C. B. J. B.* Weisser Sandel. *Usu.* Lignum, quod durum, solidum, ponderosum, pallidum, odoris & saporis præcedentis.

Utraque ex India Orientali ad nos transportantur. *Vires.* Refrigerant, siccant, aperiunt, Epatica sunt ac cardiaca. Usus præcip. in Lipothymia, Palpitatione cordis, obstructione Epatis, &c. Extrinsecus in Catarrhis, Cephalalgia, Vomitu, &c. *Schrod.*

XXV. De Myrrha.

ARbor, ex qua Myrrha elicitur baccifera est, ex quorundam sententia, ergo hoc in loco eam disposuimus.

1. Myrrha *Offic. C. B. J. P. B. Park.* Myrrhen. Substantia est resinosa, arida, dura, ex flavo ferruginea, nitens & in glebas compacta, unguibus subinde pallidis permixta, saporis subacris, amari, & aromatici, odoris fragrantis. Laudatur friabilis, levis, undiquaque concolor, amara, acris & odorata. *Vires.* Calefacit & siccat, aperit, subastringit, attenuat, maturat, discutit, putredini resistit. Usus præcip. in Uteri obstructione, fœtu expellendo, in pulmonum & intestinorum mucilagine, ac inde nata Raucedine, Tussi & Angina, Pleuritide, Colica, Lumbricis, &c. Extrinsecus prodest in Gangræna, tumoribus, vulneribus &c. *Schrod.*

2. Stacte *Offic.* nihil aliud esse quam Myrrham liquidam testatur *Dioscorides*. Duplex autem ejus colligendi modus apud veteres occurrit. 1. Sponte ex arbore non vulnerata exsudat, ut vult *Plinius*. 2. Exprimitur ex Myrrha cum modica aqua contusa, ut docet *Dioscorides*, quod confirmat *Cordus*. In Officinis nostris nunquam reperitur, quocirca de ea plura dicere supersedeo.

Myrrham Officinarum legitimam non esse suspicatur *Fuchsius*, quòd notæ Myrrhæ apud *Dioscoridem* illi non conveniant. *Brassavolus* aliique Myrrham Officinarum pro Bdellio habuerunt, & revera tanta intercedit inter Bdellium

lium & Myrrham similitudo, ut facilè ab incautis, & minus expertis unum pro altero accipi possit. *Langius* & alii Benzoinum dictum omnes Myrrhæ electæ proprietates habere scribit. Plerique Myrrham Officinarum improbant & pro genuina & optimæ notæ Myrrha non habendam statuunt. Verum *J. Bauhinus*, *Parkinsonus* aliique in simplicibus medicamentis examinandis versati veram Myrrham ad nos adferri statuunt, quam ?is sæpius adulteratam cum Gummi, & argumentis in contrarium allatis respondent, quos consule.

Duas arbores lachrymiferas aculeatas depingit & describit eximius ille Botanicus *D. Leonardus Plukenetius in Phytograph.* Tab. 145. Fig. 2. & 3. quas consulat lector. Vid. insuper *Polisii Myrrhologiam Curiosam.*

SECTIO OCTAVA.

De Arboribus Pomiferis.

P*Omiferas Arbores voco, quæ fructum proferunt majorem, pericarpio donatum, polypyrenum. R.H.* p. 1643.

Arbores Pomiferæ sunt fructu cortice crassiore tecto, eoque vel

- Molliore, fructu
  - Rotundiore per maturitatem aureo, foliis
    - Simplicibus, floribus pentapetalis, albis, odoratis; *Aurantia.*
    - Binis conjugatim, floribus tetrapetalis, incarnatis; *Cambogium.*
  - Ovali & oblongo, per maturitatem pallidiore, succo acidiore,

a { Major, cortice crassiore; *Citrus*
{ Minor, cortice tenuiore seu minùs spisso, pulpâ copiosiore; *Limonium*.
{ Duriore, foliis singulis pediculis insidentibus
{ Binis, flosculis in umbellas dispositis, semine orbiculari compresso; *Lignum Colubrinum*.
{ Singulis, floribus speciosis, pentapetalis, flavis, nucleis oblongis; *Cacao*.

Arbores Pomiferæ fructu corticoso molliore.

FRuctum corticosum vocamus; qui non membranâ tantùm tenui pulpam ambiente, sed cortice crassiore, eo tamen molliore cingitur. R.H. p.1654.

I. De Malo Citria, sive Medica, Limonia, & Aurantia.

NOtæ sunt, Arbor fruticosa, foliis glabris, acuminatis, odoratis, semper virentibus; floribus calathoidibus, fructu corticoso, semina utrinque acuminata, in carne humida continente.

1. Malus Citria *Offic.* Citria fructu mediocri *J.B.* Medica *Ger. C.B.* Medica sive Citria *Park.* Malum citreum vulgare *Fer. H.* Citrus vulgò *Herm. Cat.* Citrus *Schrod.* Citronenbaum. In Italia & Hispania colitur. *Usu.* Fructus, Cortex & Semen. *Vires.* Citrium malum (cum cortice ac carne) alexipharmacum putatur cujuslibet veneni, resistit putredini, morbisque malignis; Lumbricos fugat, diaphoreticum est. *Cortex* calefacit & siccat. *Caro* seu pulpa refrigerat & humectat & hinc *Succus* expressus. *Semen* calefacit

facit & ſiccat, attenuat, digerit, abſtergit, Lumbricos fugat. *Schrod.*

2. Malus Limonia *Offic. Ger. Park. R. H. p.* 1656. *J. B.* Limonia acida *C. B.* Limon vulgaris *Fer. H.* Limonien-Baum. In Italia & Hiſpania creſcit. *Uſu.* Fructus ſeu Mala, Cortices malorum, Semen. *Vires.* Citrii mali virtutes æmulantur, niſi quòd magis acidiuſcula ſint, ita & magis refrigerantia ac ſiccantia. Uſus præcip. in febribus aliiſque morbis calidis, in calculo & ſimil. *Schrod.*

3. Malus Aurantia *Offic. Ger. R. H. p.* 1658. Arantia vulgaris *Park.* Arantia major *C. B.* Arantia malus *J. B.* Aurantium vulgare *Fer. H.* Pomerantzen-Baum. In Hiſpania, Luſitania, &c. ſuccreſcit. *Uſu.* Folia, Flores, Fructus ſeu Mala, Cortices malorum, & Semen. *Vires.* Aq. deſtillata ex floribus quam *Napham* vocant, non tantùm ad delicias, ſed contra Peſtem & morbos contagioſos utilem & Cordi amicam, quæ & ſudores movet. *R. H. p.* 1659. Folia cum Floribus viribus conveniunt. Fructus eaſdem virtutes habere putantur, quas Citria mala, imbecilliores tamen: Cortices calidiores ſunt, uſuſque vulgaris in torminibus ventris, Coliciſque à flatu ſubortis, inque dyſuria corrigenda. *Schrod.* Scorbuto ſanando, efficaciſſima eſſe perhibentur. *R. H.*

II. De Cambogio.

NOtæ ſunt, Folia conjugatim bina, flores tetrapetali in ſummis ſurculis, fructus malo aureo æmulus.

Cambogium *Offic.* Carcapuli *Park. C.B. J.B.* Fructu malo aureo æmulo *R. H. p.* 1661. Coddampulli *H. M. Tom.* 1. In Malabar crescit. *Usu.* Gummi *Gutta Gamba*, *Gutta Germandra* & *Gutta Jemou* dicta. Substantia est gummosa & resinosa, indurata, flava, aut aurei coloris, saporis acris, nauseosi. *Vires.* Expurgat per superiora & inferiora, præcipuè humores serosos & aquosos, tùm quoque omnem saburram vitiosorum humorum ex toto corpore educit. Hinc usus ejus creber est in Hydrope, Scabie, Pruritu & simil. *Schrod.*

De generatione hujus gummi multæ sunt opiniones. Alii enim naturalem esse ajunt; alii verò factitium; quidam ad Esulam referunt; *Bontius* ad Esulæ affinem plantam Indicam, alii ad Flores Ricini Indici, colorem verò ex Curcuma advenire; alii autem à Tithymalo & Scammonio derivare conantur; nobis verò Succus est concretus ex hac arbore sponte effluens. Confundi autem non debet (inquit *De Syen* in Annotationibus suis ad *Hortum Malabaricum* Tom. 1.) gummi *Gotta* hic descriptum cum vulgari, quod ab *Esulæ Indicæ affini planta* colligi testatur *Jacobus Bontius* in Historia sua Naturali & Medica Indiæ Orientalis *lib.* 6. *cap.* 57. & ab Indis vocari *Lonam Cambodia*, quòd in *Cambodia*, vicina regno Indiæ provincia frequenter proveniat.

III. De Ligno Colubrino & Nuce vomica.

FOliis binis ex nodis oriundis, floribus parvis in umbellam dispositis, fructu corticoso, semine plano compresso à reliquis differt.

1. Nux Vomica *Offic. Ger. Park.* Vomica in Officinis *C. B.* Vomica vulgò Officinarum, compressa, hirsuta *J. B.* Vomica major & Officinarum *P. B. P.* Caniram *H. M.* Malus Malabarica fructu corticoso, amaricante, semine plano compresso D. *Syen. R. H. p. 1661.* Solanum arboreum Indicum maximum, foliis Oenopliæ, sive Napecæ majoribus, fructu rotundo, duro, rubro, semine orbiculari compresso maximo; Nuces vomicas & Lignum colubrinum Officinarum ferens *Breyn. 2. P.* Colubrini ligni ternarum genus in Malabar vastæ arboris magnitudine *Acostæ C. B.* Colubrinum lignum *Clupo* Pao de Cobra dictum, forte tres *Acostæ J. B.* Lignum Colubrinum tertium *Acostæ Park.* Krähn-Augen. In Malabar oritur. *Usu.* Semina orbiculata, compressa, cornea duritie, colore cinereo, foris parum lanuginoso, saporis amari. *Vires.* Narcotica est, virulenta, & Opio deterior, Canes, Feles, Corvos, &c. cum cibo exhibita interimit, Vomitumque ciet.

Ex observatis (inquit *De Heide* in Centuria Observationum Medicarum *Obs. 50. p. 116*) patere putem hanc nucem virulentam potissimum inficere fluidum Cerebrum nervosque irrigans: hinc enim inquietudo, rigor, convulsiones, horror, tremor, & respiratio inordinata facilè derivantur.

2. Lignum Colubrinum *Offic.* Nux Vomica minor Moluccana, Lignum Colubrinum Officinarum *P. B. P.* Solanum arborescens Indicum, foliis Napecæ minoribus, fructu rotundo, duro, & semine orbiculari compresso, minoribus *Breyn. 2. P.* Scheru Katu-Valli-Caniram *H. M. Tom. 7.* An Clematitis Indica foliis Persicæ, fructu Periclymeni *C. B.?* Lignum Colubrinum primum *Garciæ Park. J. B.?* In Insula Zeilanica & Timorensi succrescit. *Usu.* Radix lignosa, brachii crassitie, sub cortice ferrugineo, maculis cinereis notato, includens materiam solidam, ponderosam, saporis acris & amarissimi, odoris nullius. Eligendum amarum, non cariosum, grave. *Vires.* Calidum est & siccum, abstergit, morsibus serpentum aliisque venenis medetur. Bilem ac mucilaginem per alvum, nonnunquam etiam per vomitum educit, unde usus præcip. est in Febribus intermittentibus tertiana ac quartana: Lumbricos necat ac fugat. Extrinsecus maculas cutis abstergit. *Schrod.*

Ex Observationibus autem *Antonii de Heide*, Obs. 53. p. 121. Vi virulenta, soporosa ac maligna hoc Lignum præditum est, hinc non tutum esse affirmo internè exhiberi. Ad Febrem quotidianam sedandam (inquit) ligni Colubrini pulverem assumit Tornator quidam circa vesperam, subsequente nocte satis bene habuit, sed manè surgere vel corpus movere satagens, sentiebat tremorem in membris. Ejusdem ligni semidrachma assumpta à muliere cachectica præter tremorem excitavit & stuporem, ita ut ægra

nullius

nullius rei curam haberet, neſciens, ut mihi retulit, ſe eſſe in mundo vel vivere. Retulit mihi illuſtris domina famulum ſuum ab aſſumpto hoc ligno per aliquot dies inſtar fatui extitiſſe.

IV. De Cacao.

ARbor eſt procera, cortice glabro, foliis longis, glabris, & acuminatis, floribus magnis, pentapetalis, flavis, fructu magno.

Cacao *Offic. Ger.* ſive Cacavate *Park.* Americæ ſive Avellana Mexicana *J. B.* Amygdalis ſimilis Guatimalenſis *C. B.* Chocolata *Piſ. Mant. A.* Cacava Quahvitl ſive Arbor Cacari Cacavifera *Hern.* In Inſula Cuba, Jamaica, &c. colitur. *Uſu.* Nuclei Amygdalis ſimiles & magnitudine & forma & conſiſtentia, ſed paulò tumidiores, ſaporis ſubpinguis, oleoſi & ſubamari, colore obſcuriùs rubente, odoris nullius. Electione tamen utendum, nec eſitandas mucidas, carioſas, aut ullo modo corruptas ſeu vitioſas, verùm integras, pingues, bene aſſervatas & ſapidas. *Vires.* Amygdalarum & Piſtaceorum virtutes æmulantur: vim autem habent nutriendi adeò potentem, ut multis carnibus aliiſque alimentis anteferantur. Ex Nucleis vel per ſe, vel cum Saccharo ſolo, vel cum aliis fructibus aut aromatis mixtis, conficitur illa Maſſa ceu Confecta *Chocolata* dicta. Simplicia alimentaria & aromatica quæ Chocolatæ compoſitionem ingrediuntur hæc recenſent *Hernandez, Piſo* & *Hughesius*, à nobis in hoc opere deſcripta. 1. *Atollia* i.e. Mayzii ſeu Frumenti Indici farina. 2. *Achiote*

Hern. *Urucu* Pis. 3. *Chilli* i.e. Capsicum. 4. *Ma-caxochitl* Hern. 5. *Tlixochitl* Hern. i.e. *Vaynillu* 6. *Xochinacatlis seu Flos auriculæ* Hern. *Oregivell* Clus. *Orejuelas* Hughes. 7. *Xoconochitl* seu *Pipe Tavasci* Hern. Vid. *D. Stubbes Tractatum Angli-cum de potu Chocolate dicto.* Item *D. du Fours Li-brum Gallicum* de Chocolate & Tractatum *An-glicè* conscriptum.

SECTIO NONA.

De Arboribus fructu per maturi-tatem sicco.

Arbores & Frutices fructu per maturitatem sicco sunt vel

- Nuciferæ, foliis pinnatis, nuce majore, oblonga, dura, tegumento exteriore scabro, testam undique obducente; *Pistacia.*
- Bacciferæ,
  - Erectæ, foliis
    - Perpetuis seu sempervirentibus,
      - Majoribus & latioribus suaveolentibus, in igne crepitantibus, baccis nigris nucleum intus geminum planum claudentibus; *Laurus.*
      - Minoribus, baccis etiam nigris; nucleum intus geminum sulcatum, saporis amaricantis, claudentibus; *Coffée, Frutex.*
    - Deciduis, latis, mucronibus acutis, floribus pentapetalis, suaveolentibus, ligulis foliaceis, oblongis, communi pediculo adnascentibus; fructu rotundo, parvo, monococco; *Tilia.*
  - Scandentes, foliis nervosis, subrotundis, acuminatis, flosculis monopetalis, tripartitis, racematim digestis, fructu rotundo, monopyreno, aromatico; *Piper rotundum.*

Polycoccæ; hæ sunt vel foliis

Simplicibus, graveolentibus, sempervirentibus, fructu tricuspide & tricapsulari, singulis cellulis binis seminibus nigris, splendentibus, repletis; *Buxus.*

Pinnatis pari numero, ligno solido & denso, resinoso, fructu etiam

Dicocco, flore tetrapetalo; *Guajacum.*

Tetracocco, flore pentapetalo, cæruleo; *Lignum Sanctum.*

Vasculis membranulis alatis; seu folliculis singulis singula semina claudentibus,

Subrotundis, primo vere ante folia erumpentibus, & semine perfecto brevi decidentibus, arbore grandi & procera, folio simplici, lato, non laciniato; *Ulmus.*

Oblongis, semine extremum inferius seu quod ad pediculum est occupante, non ante autumnum maturo, foliis arboris pinnatis; *Fraxinus.*

Lanigeræ, seminibus, vasculis inclusis, multis simul confertis racematim in summis ramis, foliis Cupressi; *Tamarix.*

Polyspermæ, seu vasculo subrotundo, semina multa parva continente, in imo flore occultato, foliis parvis & angustis semper virentibus; *Erica.*

I. De Pistacia.

Notæ sunt, Nux major oblonga, tegumento exteriore, saltem cum exaruerit, scabro, foliis pinnatis. R. Meth. p. 36.

Nux Pistacia *Offic. Park.* Pistacia *Ger. J. B.* Pistacia peregrina fructu racemoso, sive Terebinthus Indica *Theophrasti C. B.* Pimpernuß-Baum. In regionibus calidis provenit. *Usu.* Fructus seu Nuces oblongæ, angulosæ, Avellanæ magnitudinis, altera parte elatiores, altera depressiores, & costa notati; includentes sub

puta-

putamine tenui, corticoso, rugoso, ex vir
ferrugineo, sub membranula tenui, ruffa, n
cleum in albo virescentem, saporis oleosi, su
dulcis. Eligendi nuclei recentes, pondero
non rancidi. *Vires*. Calefaciunt, humectan
attenuant, aperiunt. Usus præcip. in mucilag
ne Pulmonum, obstructione Epatis, robora
Stomachum, coercent nauseam ac vomitun
excitant appetitum, bonum suppeditant nutr
mentum. *Schrod.*

II. De Lauro.

Nota, Arbor est baccifera, foliis sempervirentib majoribus & latioribus, in igne crepitantibus, ba cis nigris, nucleum intus geminum claudentibus. R Meth. p. 34.

Laurus *Offic. Ger. J. B.* Vulgaris *C. B.* Majo sive latifolia *Park.* Lorbeer-Baum. In horti colitur. Martio & Aprili floret. *Usu.* Folia, & Baccæ oblongæ, rotundæ, nigricantes, sub pel licula tenui includentes nucleum geminum nigricantem, saporis acris, amari, aromatici oleosi, odoris non ingrati. *Vires*. Calefaciun & siccant, emolliunt, resolvunt. Usus præcip baccarum in Mensibus & Urinis ciendis, in affe ctibus Nervorum, Paralysi, in Colica, in dolore post partum, in cruditatibus ventriculi. Extrin secus conferunt folia ad ictus vesparum, molli unt tumores, promovent menses, leniunt dolo res, odontalgiamque mitigant. *Schrod.*

III. De

III. De Coffee Arbore.

*Rbores sunt prægrandes, instar Tiliæ, flosculos ha-
bent pentapetalos, fructus baccis Lauri similes.*
Coffee *Offic.* Euonymo similis Ægyptiaca fru-
baccis Lauri simili *C. B.* Bon arbor cum fru-
i suo Buna *Park.* Bon vel Ban arbor, Buna
nnu & Bunchos Arabum *J. B.* Buna *Ger.*
ffee-Baum. In Persia & Arabia Fœlice suc-
escit. *Usu.* Baccæ in binos lobos distinctæ, fa-
paulò minores, altera parte convexa, altera
ana, insigni sulco notata, colore ex fusco ni-
icantes, saporis farinacei, odoris fabarum to-
rum instar. *Vires.* Potu Coffee utuntur ad
borandum ventriculum frigidiorem, ad ju-
ndámque concoctionem, celebraturque ma-
mè vi antihypnotica, &c. *Vide Alpinum, Willi-
m,* Du *Fours, & Tractatum Anglicum de Coffee,
è, &c.*

IV. De Tilia.

*Igulis foliaceis oblongis communi flosculorum pedi-
culo adnascentibus; floribus pentapetalis, fructu ro-
ndo, parvo, monococco; cortice lento & ad funes te-
ndos habili, ab aliis arboribus haud difficulter distin-
itur.* R. Synop. p. 233.
Tilia *Offic.* fœmina *Ger.* Fœmina major *Park.*
œmina folio majore *C. B.* Vulgaris platy-
hyllos *J. B.* Linden-Baum. In areis & com-
itis. Junio floret. *Usu.* Folia & Flores. *Vires.*
olia siccant & repellunt, Urinam ac Menses
ient. Flores calefaciunt & siccant, partium
unt tenuium, discutiunt, cephalici sunt. Usus
ræcip. in Epilepsia, Apoplexia, Vertigine,
chrod.

V. De

V. De Pipere rotundo.

NOtæ, Planta est sarmentosa, volubilis, foliis sub rotundis, acuminatis, nervosis; flosculis monopetalis tripartitis, fructu rotundo, racemoso.

1. Piper nigrum *Offic. Ger. Park. J. B.* rotundum nigrum *C. B.* Rotundum *Hern.* Lada, alii Molanga sive Piper aromaticum *Pis. Mant. A.* Molago Coddi *H. M. Tom. 7.* Schwartzer Pfeffer. In Java, Malabar, &c. colitur. *Usu.* Fructus seu grana rotunda Viciæ magnitudine, globosa, nigricantia & rugosa, saporis acris & fervidi aromatici, odoris fragrantis. *Vires.* Cum Pipere albo viribus convenit. NB. Javenses & Amstelodamenses immittunt Piper nigrum in Aquam, ut decorticetur, & tum involvunt in Creta, ut fiat *Piper album factitium.*

2. Piper album *Offic. Ger. Park. J. B.* Rotundum album *C. B.* Weisser Pfeffer. Cum priore convenit. *Usu.* Fructus seu grana, albida, Piperi nigro similia, minusque rugosa. *Vires.* Calefacit & siccat, incidit, attenuat, aperit, resolvit. Usus præcip. in frigiditate ac cruditate ventriculi, Colicis doloribus, in visus imbecillitate. Extrinsecus in apophlegmatismis, gargarismis, sternutatoriis usurpatur; sedat odontalgiam, nervorum affectus frigidos juvat. *Schrod.*

VI. De Buxo.

NOtæ sunt, Folia parva, perpetua; materies solida, ponderosa, flavicans; odor gravis, fructus tricuspis & tricapsularis cum sex intus seminibus lucidis spadiceis. R. Synop. p. 229.

Bu-

Buxus *Offic. Ger. J. B.* arborescens *C. B.* Ar-
or vulgaris *Park.* Buxbaum. Amat frigida,
prica, montes, Martio floret. *Usu.* Lignum,
olia, sed rarò. *Vires.* Decocto ligni lues Galli-
a æquè curatur ac Guaiaco *Cat. Angl. p. 48.*
ari usus est in Medicina: sunt tamen qui o-
um ex ligno destillant, summè narcoticum,
lque non solùm summopere commendant in
pilepsia, Odontalgia, dentibusque corrosis,
ed & verminatione, &c. *Schrod.*

VII. De Guajaco.

NOtæ sunt, Lignum solidum, densum, ponderosum, & resinosum, folia pinnata, pari numero.

1. Guajacum *Offic, Ger.* sive Lignum sanctum
Park. Officinarum *P. B. P.* Americanum pri-
mum, fructu Aceris, sive legitimum *Breyn. 2. P.*
Jamaicense Lentisci subrotundis foliis læte vi-
rentibus, flore albo *P. P. Tab. 35.* Magna matrice
C. B. Guayacan *Hern.* Fructus Guajaci putatus
& folia *J. B.* Lignum Vitæ vulgò Frantzosen
Holtz. In Hispaniola, Jamaica & alibi crescit.
Usu. Cortex lignosus, tenuis, nonnihil resino-
sus, & quasi ex plurimis lamellis tenuissimis
conflatus; extus ex cinereo nigricans, intus
pallidus, saporis acris, amaricantis, odoris aro-
matici. Lignum solidum, densum, resinosum,
nigricans, saporis acuti, amaricantis & aroma-
tici, odoris fragrantis. Gummi seu Resina ari-
da, friabilis, pellucida, ex nigricante, sapore
acri, odore grato. *Vires.* Lignum calefacit &
siccat, sudorem ac urinam largiter promovet;

adeo-

adeoque sanguinem mundificat, putredini resistit. Usus præcipui in Arthritide, Hydrope, Catarrhis, aliisque morbis à Phlegmate, tartareave mucilagine, ut flatibus oriundis: peculiariter ac specificè curat Luem Veneream. *Schrod.* Gummi calidius est quàm Lignum, & in omnibus ejus vires obtinet, Luem veneream curat. Cortex minus calidus est quàm lignum, ejusque viribus pollet.

2. Lignum Sanctum *Offic. Terrent.* Guajacum propemodum sine matrice *C. B.* Americanum alterum, fructu Euonymi *Breyn. 1. P.* foliis Lentisci *Breyn. 2. P. C. B.* Guajaci altera species *Monardi Ger. Emac.* Palum Sanctum Indiæ Occiduæ *Park.* Hoaxacan sive Lignum Sanctum *Hern.* Jasminum vulgò Americanum, at rectiùs Euonymo affinis Occidentalis alatis Rusci foliis nucifera, cortice ad genicula fungoso *P. P. Tab. 94.* In America etiam oritur. *Usu.* Lignum solidum, densum, odoratum, Guajaci ligno albidius, saporis & odoris ejusdem. *Vires.* Ut in externa facie ita & viribus cum præcedente convenit.

VIII. De Fraxino.

Notæ sunt, cortex cinereus, folia pinnata bina adversa; folliculi membranacei oblongi, semine extremum inferius seu quod ad pediculum est occupante, non ante Autumnum maturo: flores staminei congesti, ante folia erumpentes & brevi evanescentes. R. Synop. p. 229.

Fraxinus *Offic. Ger.* Vulgaris *Park.* Excelsior *C. B.* Vulgatior *J. B.* Esch-Baum. In sylvis

vis & ſepibus. *Uſu.* Cortex, Folia, Semen *Lingua avis* dicta, & Succus ſole condenſatus, *Manna Calabrina* dictus, eſt ſubſtantia gummoſa, albicans, ſacchari inſtar, ſaporis ſubdulcis, pinguis. Eligenda eſt Manna candida, recens, anno non vetuſtior: ruffa enim & fuſca inveterata eſt. Adulteratur cum Sacharo herbarum foliis circumvoluto. *Vires.* Cortex ſiccat, attenuat, Splenis duritiem ſpecificè emollit, diuretica eſt ac lithontriptica, eaque non è poſtremis. Folia ſiccant validè, curantque ictus Serpentum. *Semen* calefacit, ſiccat validè, conducit Epaticis, Pleuriticis, Calculoſis. *Manna* temperata eſt ad caliditatem reclinans, Guttur, aſperam Arteriam, Thoracemque leniens, alvum blandè movens, bilem, ſeroſoſque humores educens. *Schrod.* Tutò exhibetur ſenibus, pueris, fœminis etiam prægnantibus & delicatis.

Manna multis Rei naturalis & medicæ Autoribus pro Rore melleo habetur, qui noctu in arborum folia decidens, calore ſolis induratur: quibuſcum conſentire nequeo ob varias rationes. 1. Quia Rores mellei calore ſolis liquantur & evaporant, cùm Manna eodem concreſcat potiùs, ac durior & candidior reddatur. 2. Rores mellei in ſupina duntaxat foliorum parte concreti inveniuntur, cum Manna parte etiam prona trunci præcipuè & ramorum obſervetur. 3. Rores mellei denique in arbores duntaxat nudas in aprico ſitas & aëri expoſitas defluunt, cùm Manna, ut Calabri nonnulli eruditiſſimo illo viro *D. Joanni Raio* cùm in Italia peregrina-

grinaretur affirmarunt, in arboribus de industria tectis, ut rori aditus non daretur, inventum fuerit; quod experimento proprio eidem confirmavit eruditissimus vir *D. Thomas Cornelius*, M.D. Neapolitanus Consentinus, Manna in ramis linteo circumvolutis à seipso sæpius collecta. Idem jamdudum ab *Altomaro* demonstratum est; efficacissimè autem à *Pena* & *Lobelio*, qui ramos magnos Fraxini præcisos cùm in cellam vinariam recondi curassent, Mannam postero die in ipsis concretam invenerunt.

Mannam autem in Calabria singulis annis circa vel paulò ante caniculares dies & Sextiles pluvias colligunt; cum autem pluit, cessat fluere. Jam si quæratur, inquit doctissimus *Raius*, cur Fraxinus in Calabria Mannam fundat, in aliis regionibus non item. Respondeo id evenire vel ratione temperiei cœli, vel conditionis soli vel utriusque, vel fortè etiam peculiaris naturæ & constitutionis ipsarum arborum.

Observavit eruditissimus *D. Tancredus Robinson*, M. D. in Regno Neapolitano itinerans multas cicadas sugere & depascere Fraxinum humiliorem, unde suspicatur Mannam faciliùs exstillare per aperta vulnera seu foramina ab hisce animalibus facta, sicut in India Orientali Lacca ex arboribus à formicis perforatis.

IX. *De Ulmo.*

ULmo arbori proceræ folliculi seminales compressi, Atriplicis hortensis folliculorum æmuli, antequam folia erumpunt præcoci maturitate decidentes & singula singuli semina continentes, pro characteristica sufficiunt. R. Synop. p. 229.

Ulmus *Offic. J. B.* Vulgaris *Park.* Campestris *C. B.* Vulgatissimus folio lato, scabro *Ger. emac.* Rüst-Baum. In sepibus. *Usu.* Cortex, Folia sed rarò. *Vires.* Cortex glutinandi vim habet, dolores Podagricos mulcet, Ischiadem mitigat, alvum purgat, pituitasque & aquas privatim trahit. Folia astringendi vim habent. *Dioscorid.*

X. *De Tamarice.*

NOtæ ejus sunt, folia Cupressi seu Ericæ vulgaris, flores spicati, multa semina lanugine involuta, simul conferta racematim in summis ramis. R. H. p. 1704.

Tamariscus *Offic.* Narbonensis *Ger.* Folio tenuiore *Park.* Tamarix altera folio tenuiore, sive Gallica *C. B.* Major sive arborea Narbonensis *J. B.* Tamarißken. In hortis colitur. Majo & Junio floret. *Usu.* Cortex, Lignum, Summitates, Flores *Vires.* Calefacit, & siccat, attenuat, aperit, abstergit, subastringit, diureticus est ac splenicus. Usus præcip. in obstructione ac tumore Lienis, in morbis ab atra bile ac sero oriundis, ut Scabie, Pruritu, in Ictero nigro, Profluvio albo mulierum &c. Extrinsecus inprimis in Tinea capitis, &c. *Schrod.*

XI. De Erica.

NOtæ sunt, statura humilis, folium perpetuum, flos nudus, vasculum seminale in imo flore seu calyce clausum; in frigido, sterili, squalido, palustri & spongioso solo vigere, quod paucissimis plantis conceditur. R. Synop. p. 230.

Erica *Offic.* vulgaris *Park.* Vulgaris sive pumila *Ger.* Vulgaris glabra *C. B.* Vulgaris humilis, semper virens, flore purpureo & albo *J. B.* Gemeine Heide. In Ericetis frequens, Junio floret. *Usu.* Flores. *Vires.* Aqua florum destillata ruborem oculorum tollit, & dolorem mitigat: quin & colicis laborantibus utiliter exhibetur. *Trag.* Fomenta & balnea sudatoria è floribus confecta podagricis & paralyticis membris conducere creduntur. *Matth.*

SECTIO DECIMA.

De Arboribus & Fruticibus Siliquosis.

SIliquas appellamus, Folliculos seu seminum conceptacula in longitudinem producta, sive ea membranacea sint aut coriacea, sive crustacea aut lignea.

Notandum autem non omnes in universum fructus quos siliquosis accensemus in longitudinem productos esse, sed nonnullos breviores & tumidiores, quos tamen quia reliquis notis cum siliquosis conveniunt ab iis nullo modo

modo separandos duximus. Sic quæcunque plantæ folliculos habent bivalves cum seminibus ad rachin annexis uno ordine sitis, cujuscunque tandem figuræ, sive longæ sive brevioris & subrotundæ folliculi sint, siliquosæ nobis censentur. R. H. p. 1717.

Arbores & Frutices siliquosæ sunt vel flore
- Uniformi
  - Pentapetalo, foliis
    - Compositis ex pluribus pinnarum conjugationibus
      - Impari folio alam claudente, siliquis teretibus longis, per maturitatem nigris, multis membranis aut diaphragmatis interceptis, quibus pulpa mellea adhæret; *Cassia fistularis.*
      - Nullo in extrema costa impari folio, siliquis
        - Bivalvibus, compressis, latissimis, semina etiam compressa gigartis similia claudentibus, flore luteo, staminibus falcatis è flore exsertis; *Senna.*
        - Trivalvibus, quibus semina triangularia; *Balanus Myrepsica.*
    - Binis in eodem pediculo, lobo magno crassissimo eduli, semine osseo magno; *Animifera arbor.*
    - Simplicibus, siliquis brevibus; in singulis semine contento
      - Monopyreno; *Copaiba.*
      - Polypyreno, siliquis etiam hispidis; *Achiotl.*
  - Hexapetalo, odorato, auricularum penè forma; folia ei longa & angusta, siliquæ etiam longæ seminibus angulosis repletæ; *Xochinacaztlis.*
  - Octopetalo, foliis perpetuis compositis, nullo in extremo nervo impari folio, siliquis crassis incurvis unà cum seminibus pulpam nigram acidam continentibus; *Tamarindus.*
- Difformi

Scandentes, foliis plantaginis, singulis alternatim positis, siliquis longis, angustis, odoratis; *Vaynillus.*
Erectæ
Trifoliæ, viminibus seu ramulis angulosis, tenuibus, densis, virentibus; *Genista.*
Polyphillæ, seu foliis pinnatis
Spinosæ, nullo in extrema costa impari folio, siliqua
Sinuosa, compressa, isthmo intercepta; *Acacia.*
Plana, compressa, aculeata; *Brasilia arbor.*
Non spinosæ, foliis deciduis, siliquis compressis, dulcibus, carnosis, esculentis; *Caroba.*

His addi possunt *Sarcocollifera arbor* quæ à nonnullis siliquosa flore papilionaceo esse affirmatur, quamvis nobis hactenus incognita sit.

Arbores & Frutices siliquosæ flore uniformi.

I. De Senna.

Notæ sunt, Siliqua bivalvis, membranacea, latissima, compressa, Semina etiam compressa gigartis similia, flores pentapetali lutei, stamina falcata è flore exserta.

Senna Alexandrina *Offic.* Alexandrina sive foliis acutis *C. B.* Sena *Ger. J. B.* Alexandrina *Park.* Alexandrinische Senesblätter. In Syria, Persia, Arabia & in Ægypto colitur. *Usu.* Folia sunt acuta, saporis subacris, amaricantis, nauseosi; optima censetur quæ ex Alexandria transportatur, recens, & à stipitibus liberata.

Vires.

Vires. Senna inter purgantia uſitatiſſima eſt, aduſtos ac ſeroſos humores & hinc flavam bilem, pituitamque ex Capite, Epate, Liene ſat benignè educens. Quia calida & ſicca eſt, corrigitur floribus Violarum, Boraginis & fructu Prunorum; & quia flatulenta, quò minùs Ventriculo obeſſe poſſit, Cinnamomo, Galanga, Zinzibere, &c. *Schrod.*

II. De Glande Unguentaria.

NOtæ ſunt, Siliqua trivalvis, carne albâ, ſemina ſecundum longitudinem ſiliquæ occultante, plena: Semina triangularia putamine integro, nuce de more tecta, fragili, nucleum pinguem craſſiuſculâ fungosâ pelliculâ obductum continente: Flos pentapetalus, &c. Breyn. 2. P.

Balanus myrepſica & Glans unguentaria *Offic.* myrepſica *Ger.* Glans unguentaria *C. B.* Nux unguentaria *J. B.* Nux Ben ſive Glans unguentaria *Park.* Ben-Nuß. Creſcit in Arabia. *Uſu.* Fructus Avellanæ minoris magnitudine, triquetri, includentes ſub putamine corticoſo & pellicula candida fungoſa, nucleum triquetrum, pinguem, albidum, ſaporis ſubacris, amari, nauſeoſi & oleoſi. *Vires.* Nucleus calefacit & ſiccat, deterget, purgat ſupra ac infra, educitque bilem ac pituitam. Curat ſcabiem, Impetigineſque ſanat. *Schrod.* NB. Oleum ex nucleis exprimitur, & ſub titulo *Olei de Ben* ex Italia ad nos transfertur.

III. De Copaiba.

Notæ sunt, Folia obrotunda seu ovalia, flos pentapetalus, siliqua monospermos.

1. Capivus *Offic.* Copaiba *Pis. Marg.* Arbor Balsamifera Brasiliensis fructu Monospermo *R. H. p. 1759.* Balsamum Americanum *C. B.* Album *Park.* certarum quarundam plantarum quas Copaibas vocant *J. B.* Weisser Americanischer Balsam-Baum. In Brasilia succrescit. *Usu.* Balsamum est substantia resinosa, liquida, ex albo flavescens, saporis acris, amari, aromatici, odoris fragrantis, ex arbore vulnerata sponte effluens. *Vires.* Consolidat & mundificat, vulnera imprimis nervorum sanat, morsúsque serpentum curat. Intrinsecus commendatur in Dysenteria, Diarrhœa, aliisque fluxibus alvi, in fluore albo & in Gonorrhœa.

2. Balsamum Peruanum *Offic.* Peruvianum nigrum *Park.* ex Peru *J. B.* Hoitziloxitl seu Arbor Balsami Indici, sive Balsamifera 1. *Hern.* Cabureiba sive Balsamum Peruvianum *Pis.* Cabui-Iba *Marg.* Peruanischer Balsam. In Nova Hispania, & alibi Americanæ provinciæ crescit. *Usu.* Balsamum substantia est resinosa, densa, ponderosa, melleæ consistentiæ: color ex ruffo ad nigrum vergens: sapor subacris & mordicans, odor fragrantissimus. *Vires.* Calidum est & siccum, dissolvit, digerit, confortat; interius exhibitum Asthmati prodest, intemperiem quoque ventriculi, viscerum languores inveteratos corrigit, obstructiones tollit, cerebrum

ac

ac nervoſum genus corroborat. Ad internos & externos affectus non inferiori gaudet qualitate quàm præcedens, inquit *Piſon.*

IV. De Achiotl.

Notæ ſunt, folia lata, ſubrotunda, flores pentapetali, grandes, incarnati coloris, ſiliquæ breves, pyramidales, hiſpidæ, polypyrenæ.

Achiotl. *Offic.* ſeu Medicina tingendo apta *Hern.* Daburi *Ger.* Urucù *Piſ. Marg.* è qua fit tinctura Orellana dicta *R. H. p. 1771.* Arbor Mexiocana fructu Caſtaneæ, coccifera *C. B.* Orleana ſeu Orellana folliculis lappaceis *Herm. Cat.* Seu Orellana ſive Urucu. *P. B. P.* Bixa Oviedi *J. B.* Arbor finium regundorum *Scalig.* In Nova Hiſpania & Braſilia colitur. *Uſu.* Tinctura è fructu facta in compoſitione illa famoſa Chocolata dicta, hoc modo præparata. Sumunt grana benè matura, eaque infundunt aquæ calidæ, & ex ſubſidentia vel tabellas conficiunt vel lanas tingunt. *Vires.* Tinctura cum aliqua aqua ejuſdem temperaturæ hauſta, aut foris adhibita, mitigat æſtus febriles, ſiſtit ſanguinolentas dejectiones, diſcutit tumores, &c. *Piſ.* Extrinſecus Tincturæ ad lanas colorandas uſus eſt, & ad fucum fœminarum: à noſtratibus autem Spaniſche Wolle dicta eſt.

V. De Caſſia Fiſtula.

Notæ ſunt, Siliqua integra, dura, lignoſa, propendens, cum orbiculis intergerinis duris, lignoſis; in cellulis, pulpâ glutinosâ, vel carnosâ quadam ſubſtantiâ, ſemen occultante, Breyn. 2. P.

Cassia fistula *Offic. Ger.* Fistula Alexandrina *C. B.* Fistula vulgaris flore luteo *Breyn. 2. P.* Solutiva vulgaris *Park.* Purgatrix *J. B.* Arbor Cassiam solutivam ferens *Bont.* Conna *H. M. Tom. 1.* Quauhayohuatli II. sive Cassia fistula *Hern.* Cassien-Röhren-Baum. In Ægypto, Nova Hispania, & in India Orientali oritur. *Usu.* Fructus seu siliqua oblonga, rotunda, cylindracea, nigricans, includens sub putamine corticoso, duriusculo, in ordine dispositis loculamentis, semina depressa, nitida, fulva, pulpa nigra, mellea, occultata, saporis subacris & subdulcis. Eligendæ sunt ponderosæ, recentes, plenæ, in pulpa pingues. *Vires.* Medulla seu Pulpa alvum lenit, clementérque sine torminibus fæces educit. *Schrod.* Bilem serososque humores purgat, & convenit in ardoribus tum externis, tum internis, sanguinem contemperans & puriorem reddens *R. H. p. 1747.* de quo plura videas.

VI. De Animifera Arbore.

Foliis magnis acuminatis, in pediculo binis, Lobo magno, crassissimo, eduli, semine osseo à reliquis differt.

Gummi Animæ *Offic.* seu Resina Animæ *Schrod.* Animæ *R. H. p. 1846.* Arbor Brasiliensis siliquosa & gummifera, Gummi Animæ simili *ejusd. p. 1460* siliquosa ex Virginia lobo fusco, scabro *C. B.* Siliquosa ex qua gummi Animæ elicitur *ejusd.* Animifera arbor Brasiliana *P. B. P.* Acaciæ quodammodo accedens, Arbor Animæ gummi fundens, Americana, foliis magnis acuminatis in pediculo

binis, Lobo magno craſſiſſimo eduli *Breyn.* P. Ceratia diphyllos Antegoana, Ricini majoris fructu oſſea ſiliqua grandi incluſo *P. P. Tab.* 2. Jetoiba *Piſ. Marg.* Lobus ex Wingandecaouw *J. B.* Mizquixochicopalli ſive Copaliifera IX. *Hern.* Locus vulgò. In Nova Hiſpania & Braſilia oritur. *Uſu.* Gummi ſeu Reſina arida, magnitudinis variæ, foris albida, intus ex candido flaveſcens, aliquatenus tranſparens, friabilis, ſaporis reſinoſi, odoris dum accenditur fragrantis. *Vires.* Calefacit, humectat, attenuat, reſolvit, &c. cephalica eſt. Uſus præcipuus eſt externus in capitis ac nervorum affectibus frigidis, dolorificis, catarrhoſis, flatulentis, in affectibus articulorum, Paralyſi, &c. *Schrod.*

VII. De Flore Auriculæ.

Notæ ſunt, folia longa & anguſta, flores hexapetali, auricularum pene forma, odorati, ſiliqua longa, ſeminibus anguloſis ſanguinei coloris repleta.

Xochinacaztlis ſeu Flos Auriculæ *Hern.* Fructus oblongus, cineraceus, acidulus *C. B.* Orejuelas ſeu Orichelas *Hughes.* In Nova Hiſpania creſcit. *Uſu.* Flos in compoſitionem Chocolatæ admittitur ad odorem & ſaporem ſuavem ei addendum. *Vires.* Calida & ſicca eſt, flatus diſcutit, pituitam extenuat, ventriculum debilem & frigidum coroborat & calefacit.

VIII. De Tamarindo.

Siliquis crassis, incurvis, unà cum seminibus pulpam acidam continentibus, nullo in extremo nervo impari folio. R. Meth. p. 41.

Tamarindus *Offic. Ger. Park. J. B. Bont. Hern.* Siliqua Arabica quæ Tamarindus *C. B.* Jutay sive Tamarindus *Pis.* Balam-pulli sive Maderam-pulli *H. M. Tom.* 1. Saur-Datteln-Baum. Non solùm hæc arbor in Arabia crescit, sed etiam in utraque India. *Usu.* Fructus seu pulpa membranacea ex siliquis exempta, colore ex fusco nigricante, saporis subacris & acidi. Eligendi recentes, nigro-rufescentes, teneri, multis villis intertexti, pingues, acidi. *Vires.* Refrigerat & siccat, humorum acrimoniam & fervorem reprimit, bilem ac adustos humores blandè educit, siti succurrit. *Schrod.*

Arbores & Frutices siliquosæ floribus difformibus seu Papilionaceis.

IX. De Araco Aromatico.

Notæ, Volubilis est planta, foliis Plantagineis, singulis ex utraque parte caulis alternatim positis, floribus nigricantibus, siliquis longis, angustis, odoratis.

Vaynillus *Offic.* seu Banillus *R. H. p.* 1672. Volubilis siliquosa Mexicana, foliis Plantaginis ejusd. p. 1330. Tlilxochitl Mexicanis *Pis. Mant. A.* Aracus Aromaticus, Tlilxochitl, seu Flos niger *Hern.*

Hern. Tlilxochitl Convolvuli Indici ſpecies *Amman.* Vainiglia quibuſdam. In Nova Hiſpania & aliis calidis regionibus provenit. *Uſu.* Fructus compreſſus, formâ Vaginam referens exterius nigricans, quaſi coriaceus, interius pulpa concolori cum minutiſſimis acinis, inſtar ficûs refertus, ſaporis ſubacris, pinguis & aromatici, odoris fragrantis, Moſchum redolentis. Ingreditur Chocolatam. *Vires.* Urinam ciet, menſtrua evocat, partum accelerat, ac ſecundinas mortuúmque fœtum expellit; ventriculum calefacit & roborat, flatus diſcutit, humores crudos concoquit, cerebrum confortat. *Hern.*

X. *De Geniſta.*

FOliis in eodem pediculo ternis, viminibus tenuibus, anguloſis, confertis, ab aliis ſiliquoſis flore papilionaceo donatis fruticibus diſtinguitur. R. Synop. p. 232.

Geniſta *Offic. Ger.* Vulgaris & Scoparia *Park.* Anguloſa & Scoparia *C. B.* Anguloſa trifolia *J. B.* Pfrimmen oder Genſter. In paſcuis arenoſis & glareoſis abundè oritur. Majo floret. *Uſu.* Tota planta, Flores, Semen. *Vires.* Splenetica & nephritica cenſetur, hinc & epatica, calefacit & ſiccat, aperit, attenuat, abſtergit, calculum pellit, aquoſos humores educit, tam per vomitum quàm per alvum & urinas. Hinc uſus ejus inſignis in obſtructione Epatis & Lienis, Meſenterii, adeoque in Hydrope, catarrhis, arthriticis affectibus. *Schrod.*

XI. De

XI. De Acacia.

Notæ, quibus à Mimosa discernitur, sunt: Siliqu[a] bivalvis, crassa, dura, & valida; Semina sub[-] stantiâ quadam carnosâ vestita, vel ei interposita Breyn. 2. P.

Acacia *Offic. Vesling.* Vera *Schrod. J. B.* Ver[a] sive Spina Ægyptiaca *Park.* Vera Ægyptiaca siliquis sinuosis, sive Lupini *Breyn* 2. *P.* Ægy[-] ptiaca *Col. in Rech.* Ægyptiaca foliis Scorpioidi[s] leguminosæ, siliquis albis compressis, isthm[o] interceptis, floribus luteis *Herm. Cat. Dioscori[-] dis Ger.* Foliis Scorpioides leguminosæ *C. B.* Ægyptia, siliquis Lupini, floribus luteis *P. B. P.* Mixquitl seu Acacia *Hern.* Egyptischer Scho[-] tendorn. In Ægypto, Arabia &c. succrescit. *Usu.* Succus inspissatus è fructu immaturo ex[-] pressus, colore intus rufescens seu subfulvus, extus verò nigricans, saporis acerbi, & austeri, cum adstringentia. Et hic est vera veterum Acacia, inquit *Schroderus*, quæ Theriacam ingre[-] ditur, recipiendaque est, ubi Acaciæ simpliciter mentio fit. Et *Gummi Arabicum* dictum, sub[-] stantia est gummosa ex albo flavescens, pallida & pellucida, saporis aquei viscosi, incisione sponte exsudans. Eligendum vitri modo pel[-] lucidum, syncerum, in vermiculorum speciem contractum, candidum vel ad flavedinem incli[-] nans. *Vires.* Succus refrigerat, siccat, crassa[-] rum partium est, incrassat, astringit. *Gummi* ca[-] lefacit & humectat, inspissat, poros cutis ob[-] struit, acrimoniam medicamentorum obtundit, asperitati asperæ arteriæ ac tussi confert, ocula[-]

ribus

ibus medicamentis & arteriacis commodissimè adhibetur. *Schrod.*.

2. Gummi Senica *Offic.* Gummi Arabico simile est, sed glebis majoribus, exteriùs scabrum, intus clarum & transparens, colore aliâs albicante, aliâs rubente, sapore aqueo seu fatuo, & glutinoso, odoris nullius. Ex Guinea Africana ad nos adfertur, nomenque, (ut nonnulli affirmant) à Senega fluvio mutuatur. Verùm enim verò è quanam Arbore seu emanet seu eliciatur, me latet, ni fortè Acaciæ quædam species sit: ut ob similitudinem suam cum Gummi Arabico cui respondet conjicere licet. *Vires.* Ut figura & specie externa sic etiam viribus cum gummi Arabico convenit.

Pharmacopolæ nostrates Londinenses candidissimas & maximè pellucidas hujus partes diffractas pro gummi Arabico divendunt.

XII. De Caroba.

Foliis pinnatis, latis, deciduis, Spinis carentibus, siliquis compressis, carnosis, dulcibus, esculentis, à reliquis differt. R. Meth. p. 40.

Caroba *Offic.* Ceratia siliqua sive Ceratonia *Ger.* Ceratonia *Herm. Cat.* Siliqua *Schrod.* Dulcis *C.B.* Dulcis sive vulgatior *Park.* Arbor sive Ceratia *J. B.* St. Johannis-Brod. In Sicilia, Apulia & regno Neapolitano oritur. *Usu.* Fructus sed rarò. *Vires.* Siccat & astringit. Usus præcip. in ardore Stomachi, tussi, &c. Alias concoctu est difficilis. *Schrod.*

XIII. *De Braſilio.*

NOtæ ſunt ſiliqua bivalvis, craſſa, in extremo lata, ſemina longiora quàm lata, folia pinnata.

1. Braſilia *Offic.* arbor *Park.* Braſilium lignum *J. B.* Pſeudoſantalum rubrum ſive Arbor Braſilia *C. B.* Ibirapitanga ſive lignum rubrum *Piſ.* Braſilienſibus *Margg.* Criſta pavonis Coronillæ folio tertia, ſive tinctoria maxima Braſiliana, flore variegato parvo odoratiſſimo, ſiliquâ aculeatâ, lignum Braſilium dictum ferens *Breyn.* 2. *P.* Erythoxylum Braſilianum ſpinoſum foliis Acaciæ *P. B. P.* Braſilien-Holtz. In Braſilia creſcit. Decembri floret. *Uſu.* Lignum ſeu potius matrix ad tingendum utilis. *Vires.* Frigidum eſt & ſiccum, mitigat febres, reſtringit ac corroborat inſtar Santali, &c. R. H. p. 1737.

2. Lignum Sapan *Offic.* Ligno Braſiliano ſimile *C. B.* Lignum Braſilio ſimile cœruleo tingens *J. B.* Criſta pavonis Coronillæ folio ſecunda, ſive tinctoria Indica flore luteo racemoſo minore, ſiliqua latiſſima glabra, lignum rubrum Sappan dictum ferens *Breyn.* 2. *P.* Erythroxylum ſive lignum rubrum Indicum ſpinoſiſſimum Coluteæ foliis, floribus luteis, ſiliquis maximis *P. B. P.* Tiam pangam *H. M. Tom.* 6. Lignum Sapan vulgo. An Jacaranda 11. *Piſ.?* In India Orientali atque etiam Occidentali oritur. *Uſu.* Lignum ad tingendum utile, in medicina raro.

3. Lignum rubrum *Offic.* Santalum Octavum ſive Ligno Braſiliano ſimile *C. B.* Braſilio ſimile

Li-

Lignum Phernambuck Germanis dictum *J. B.* In Brasilia succrescit. *Usu.* Lignum ad tingendum utile.

4. Santalum rubrum *Offic. Ger. Park. C. B. J. B.* Rohter Sandel. In India Orientali intra Gangem fluvium crescit. *Usu.* Lignum seu potiùs cor vel Matrix ab integumentis exterioribus, cortice & ligno separata, solida, densa, ponderosa, coloris rubicundi. *Vires.* Hoc genus Santali refrigerat & astringit: unde quicquid virium Arabes aliique adversus ardores aliosque morbos calidos Santalis attribuunt, huic potissimum conveniunt. *R. Hist.*

5. Lignum Nephriticum *Offic. Park.* Nephriticum cœruleo & flavo tingens *J. B.* Peregrinum aquam cœruleam reddens *C. B.* Coalti sive Aqueus serpens *Hern.* Grieß-Holtz. In Mexicana oritur. *Usu.* Lignum fuscum, solidum, durum, grave, saporis subacris amaricantis. *Vires.* Calefacit & siccat. Usus ejus receptus est ad Renum Vitia, Urinæque difficultates & incommodo. Hinc in Epate & Lienis obstructionibus convenit. *Schrod.*

XIV. De Sarcocollifera.

Sunt qui arborem siliquosam, flore papilionaceo faciunt, qua de causa eam hoc in loco disposui. Aliqui Tithymalum Persicum spinosum esse affirmant.

Sarcocolla *Offic. C. B. Park.* Officinarum *J. B.* Fleischbein. Lachryma gummea est in granulis,

Mannæ seu pollini Thuris similis, spongiosa, colore subrussa, saporis amaricantis & lenti, obscura quadam dulcedine. Ex Persia ad nos transfertur. Eligenda recens, coloris ad pallorem vergentis (vetusta enim rubescit) saporis amari, substantiæ porosæ, glutinosæ &c. *Vires.* Calefacit & siccat, astringit, consolidat, glutinat, coquit, maturat. Usus præcipuè in vulneribus extergendis, consolidandis, cicatrice obducendis, unde & nonem adepta est, &c. Mirificè prodest in Oculorum fluxionibus, albugine, nubeculis, (maceratur in lacte Asinino vel humano dies quinque, postea cum aqua Rosarum mixta, ciliis imponitur, addito si libet tantillo Sacchari) In hæmorrhagiis narium anacollematis admiscetur. *Schrod.*

SECTIO UNDECIMA.

De Partibus Stirpium minus cognitarum.

Atque hic Phytologiæ meæ colophonem addidissem, ni superfuissent adhuc paucula quædam simplicia Officinalia quæ Plantarum partes sunt, quorum tamen originis, aut plantarum productricium, nulla neque apud Veteres neque apud Recentiores certa extant vestigia; quocirca, quò ea referrem incertus, locis suis in præcedenti opere disponere non potui, verùm satius duxi seorsim exhibere, & sectionem propriam iis assignare; & licet non adeo numerosæ sint, secundùm methodum tamen in Catalogis simplicium

Phar-

Pharmacopœis omnibus præfixis observatum, in quatuor partes seu genera, viz. Radices, Cortices, Ligna & Gummi, *distribui.*

I. De Radicibus minus cognitis.

De Rhodio.

Lignum Aspalathi, & Rhodium *Offic.* Rhodium lignum *Schrod.* Rhodieser-Holtz. *Vires. Dioscoridi & Galeno* calefacit, siccat & astringit, unde commendatum ad ulcera oris, ad nomas genitalium & sordida ulcera, ad alvi fluxus. Verùm enim verò an hæc nostrati conveniant cuivis licet experiri. Vix enim modernis practicis in usu est, nisi quòd interdum ad Renum Calculos decoctis incoquatur. *Schrod.* Officinis nostris cephalica esse existimatur, & inter odoramenta enumeratur. Duplex in Officinis nostris invenitur ex insulis Canariensibus & aliunde ad nos allata.

1. Aspalathus colore Buxi *C. B.* Radix est lignosa, dura & contorta, torulis pinguibus & resinosis subinde interstincta, à cortice deraso, colore Buxi, odoris rosei fragrantis, ac resinosi, saporis subamari & pinguis.

2. Aspalathus albicans torulo citrio *C. B. Ger. emac.* Lignum Rosæ odore, aliis Aspalathus *J. B.* Radix est lignosa, dura ac solida, bicolor, in media fulva, in ambitu alba, cortice satis crasso, scabro, coloris ex fusco cinerei tecta, odore & sapore præcedentis. De ligno Rhodio quid

ſit magna inter Autores diſſenſio & lis eſt. *Ruellius*, *Caſparus Baubinus*, atque etiam Officinæ noſtræ Rhodium & Aſpalathum idem eſſe ſtatuunt; quæ ſententia à *Cordo* oppugnatur affirmante Aſpalathum Agallochi ſpeciem eſſe, & pro Agallocho in Officinis venire. Verùm Aſpalathus Veterum quid ſit in Officinis noſtris hodie ignorari à *Matthiolo* aliiſque affirmatur. (Quid ſit Aſpalathum Pharmacopolis dictum in capite de Agallocho oſtendimus,) *Anguillarius* & *Matthiolus* Rhodium Oleaſtri ſpeciem eſſe volunt in inſula Rhodo naſcentis, (unde & nomen hauſiſſe ſunt qui imaginantur) quibus ab *Honorio Belli* contradicitur, qui Rhodium Cytiſi veri *Maranthæ* i. e. Cytiſi incani ſiliquâ falcatâ *C. B.* lignum eſſe affirmat, cui etiam *Parkinſonius* ſuffragatur. Quod tamen vero vix ſimile videtur, (inquit doctiſſimus *Paulus Ammannus*) quoniam Cytiſus non fundit Reſinam ut Rhodium, nec alium præter herbaceum obtinet odorem.

In Catalogis ſimplicium Pharmacopœiæ Londinenſis, aliiſque præfixis, lignis perperam intermiſcetur, cum quotquot ego unquam viderim hujus nominis fruſta ſeu bacilli ſtirpium quarundam radices, earumve partes lignoſæ fuerint, vel fortè Sarmenta vitiginea Viornæ cujuſdam, vel Clematitidis Canarienſis. Vide Ligni Rhodii ſpeciem apud *Cl. Plukenet. in P. T.* 201. *F.* 3.

II. De

II. De Corticibus, minus cognitis.

De Cortice Thuris.

Cortex Thuris *Offic. R. H. p.* 1841. Elaterii *Pharmacopol.* Thymiama *Schrod.* Storax rubra Officinarum *C. B.* Thus Judæorum *Park.* Weirauch-Schalen. Ex India Orientali ad nos transportatur. Cortex est cannulatus, in tubulos seu calamos convolutus, fragmentis parvis, Cinnamomi crassitie, colore ferrugineo, sapore acri aromatico & amaro, odore, præsertim cùm adoletur, suavi & jucundo, exteriore cuticula quæ aspera est & cinerea, plerumque exutus. Præfertur crassus, pinguis, odoratus, recens, lævis, minimè scaber. *Vires.* Contractionibus vulvæ ex suffitu prodest, odoris jucundi gratiâ & suffimentis immiscetur. *Schrod.*

Cortex isthic Thuris Officinis dictus, cujusnam arboris spolium sit, non convenit inter Rei naturalis authores, aliis hoc, aliis aliud affirmantibus. Nonnulli Νάσκαφθον sive Νάρκαφθον, *Dioscoridis, lib.* 1. *cap.* 22. quod ex India defertur corticosum Mori libro simile, quod jucundi odoris gratiâ suffitur, eum esse volunt. *Cæsalpinus* pro extima cortice Nucis Myristicæ arboris habet; *Amatus* pro specie illa Calambac, à Lusitanis Lignum Aquilæ dicta: *Parkinsonus* ipsius Thuriferæ arboris corticem esse existimat; verùm cujusnam, an nullius harum sit, non ausim determinare. At neque *Casparo*

Bauhino aut Bellonio assentire possum, Corticem hunc Styracem rubram Officinarum esse, de qua in capite de Styrace egi, quò Lectorem remitto, ne eadem repetere cogar.

III. De Lignis minus cognitis.

De Agallocho seu Ligno Aloes.

1. AGallochum, Xyloaloes, & Lignum Aloes *Offic.* Lignum Aloes *Park.* L. Aloes vulgare *Ger. emac.* Agallochum Officinarum *C. B.* Lignum Aloes Officinarum & Agallochum plerisque putatum *J. B.* Auserlesen Paradieß-Holtz. Fragmenta lignosa sunt interioris medullæ arboris Chinensis Calambac dictæ, magnitudine varia, solida, densa, resinosa, & ponderosa, colore spadicea, striis nigricantibus & resinosis conspicua, saporis subacris, amari, aromatici & pinguis, odoris dum accenditur fragrantis. Ex China ad nos in frusta parva aut fragmenta divisum transmittitur, quæ optima censentur nigro purpurea, amara, ponderosa, &c. *Vires.* Calefacit, siccat, confortativum est omnium viscerum ac præcipuè Cerebri, Cordis ac Uteri; Spiritus vitales ac animales recreat: hinc medetur Lipothymiæ, amaritudine sua Lumbricos necat. Externè creber usus est in cucuphis & Epithematibus cordialibus. *Schrod.*

2. Lignum Aspalathum *Pharmacopolis.* Rhodies

dieser-Dorn. Frusta sunt lignosa & bituminosa, Ligno Aloes laxiora & crassiora, colore pallidiora, saporis amaricantis, pinguis & resinosi, odoris debilioris; ex India Orientali ad nos transportatur. *Vires.* Similes habet virtutes cum præcedente (pro quo frequens venditur) sed debiliores.

Agallochum Antiquorum plerique Botanici idem esse putant cum Ligno Aloes Officinarum, aliique Aspalathum veterum idem esse affirmant. Alii, præsertim Arabes in multa distinguunt, *Garcias* autem unicum genus Indicum novit: Officinæ, ex observatione *Clusii*, duo genera Ligni Aloes demonstrant. *Casparus Bauhinus* triplex genus distinguit. Primum vocat Agallochum præstantissimum, quod solum inter Reges Indiæ distribuitur. Secundum Agallochum Officinarum est, de quo agimus. Tertium est Agallochum sylvestre. In Officinis autem nostris duo tantùm venduntur, ut superius ostendimus & certum est, nos habere verum Agallochum seu Lignum Aloes è China allatum nomine *Calambac*, est autem arbor procera, à nullo authore, quod sciam descripta, nam de qua *Garcias ab Horto* scribit, non eadem est, ut Botanici periti qui in India Orientali peregrinati affirmant, sed Aspalathi nobis secundo in loco descripta.

Cur Agallochum Lignum Aloes vocetur inquit *Paulus Ammannus*, multi sunt adhuc incerti. *Hofmannus, lib. 2. cap. 25.* addit: Forsan Ἀλοὴ Indico Idiomate denotat odoramentum. *Bontius*

ad cap.16. Garc. ab Horto. p. 43. Derivat denominationem à ſapore, his verbis: Lignum hoc Aloes guſtu planè aromaticum & ſubamarum eſt, unde forſan Aloes nomen mutuatum fuit. Nemo enim velim credat, Aloem, ſuccum Officinarum concretum eſſe hujus arboris, ut eum facit *Wormius p.* 272, Eſt enim arbor hæc peculiaris, & procera, ut ſuperiùs diximus; Aloe autem ſuccus eſt plantæ ejuſdem nominis, ut in capite ſuo oſtendimus. Qui plura de ligno Aloes velit, conſulat Hiſtoriam Plantarum excellentiſſimi illius viri D. *Joannis Raii* vicini & amici noſtri.

IV. *De Plantarum quarundam ſuccis in Medicina uſitatis minus cognitis.*

I. *De Olibano ſeu Thure maſculo.*

OLibanum & Thus maris *Offic.* ſive Thus *Park.* Thus *J. B. Schrod.* Arbor thurifera *Ger. C. B.* Thus maſculinum *quibusdam.* Weirauch. Subſtantia eſt reſinoſa, ex flavo palleſcens, duriuſcula & pellucida, in guttas parvas Maſtichi ſimiles concreta & indurata, ſaporis amaricantis & reſinoſi, odoris fragrantis. Stillat ſponte ſua ex arbore. Ex Turcia & India Orientali ad nos tranſportatur. Præfeı turquod in guttulis eſt. *Vires.* Calefacit & ſiccat, ſubaſtringit. Uſus præcipui intrinſecus ad varios capitis & pectoris affe-

ctus, ut & ad alvi uterique profluvia, ad tussim, vomitum, sanguinis exscreationem, diarrhœam, dysenteriam mitigandam. Extrinsecus inservit suffitibus pro capite roborando, catarrhos discutit, cava ulcera carne replet & ad cicatricem perducit, cruenta vulnera cephalica imprimis glutinat, perniones sanat, ulcera cacoëthea, tum sedis, tum reliquarum partium demulcet, oculorum rubedini ac lippitudini medetur, verrucas incipientes & impetigines abigit. *Schrod.*

Manna Thuris *Offic.* sunt micæ, fragmenta, (pollen ac farina) Thuris, quæ ex collisione, dum in saccis vehitur, colliguntur. Alii autem per Mannam Thuris grana ejusdem intelligunt.

De Arbore Thurifera nihil certi traditur. *Theophrastus* Arborem non magnam esse tradit, quinque fere cubitis attolli, ramosam esse, folia habere Pyro similia, corticem lævem ut Laurus: alii tamen (inquit) similem Lentisco esse aiunt, & ejusdem fructus subrutilo folio: alii & cortice & folio etiam Lauri. *Diodorus Siculus* Acaciæ Ægyptiacæ formam Arbori thuriferæ attribuit, Salicis foliis, *Garcias* quoque Thuris arborem humilem esse & folia habere Lentisco similia scribit. At *Thevetus* Arborem thuriferam Pinus resiniferas referri tradit. De vera ergo forma hujus arboris (inquit doctissimus *D. Joannes Raius*) etiamnum incerti manemus. Pro Thure Vulgari Officinarum V. Cap. de Pinu sylv.

II. De Bdellio.

BDellium *Offic. Park. C. B. J. B.* omnium Autorum *R. H. p.* 1844. Duplex in Officinis nostris reperitur. 1. Est substantia gummosa & resinosa pinguis, ceræ instar, tenax, glutinosa, coloris ex ferrugineo nigricantis ad myrrham accedentis, cujus saporem & odorem æmulatur. Ex Arabia Media & India, ad nos transportatur. 2. Est substantia resinosa, duriuscula, nigricans, friabilis, in guttas concreta & indurata, sapore & odore præcedentis. Ex Guinea ad nos adfertur. Probatur gustu amarum, translucidum cum frangitur, pingue cum fricatur, odoratum, syncerum. Prius præfertur. *Vires.* Calefacit & siccat, digerit, discutit, sudorem movet. Usus præcip. internus in Tussi, ac Pulmonum apostematis, calculo atterendo, Urina cienda, mensibus immodicè fluentibus, ut & in flore uterino sistendo, fœtu expellendo. Extrinsecus discutit Hernias, mollit durities ac nervorum nodos, adeoque creberrimi usus est in Emplastris stipticis. *Schrod.*

De Bdellio tamen, inquit doctissimus *Paulus Ammannus*, hæc controversia decidenda venit, quid sibi voluerit *Discorides* his verbis. Βδέλλιον ἐστ εὐώδες ἐν τῇ θυμιάσει, καὶ ἐοικὸς ὄνυχι, hoc est, *Bdellium est odoratum in suffitu, & simile ungui.* Ratione prioris nimirum fragrantiæ, res facilis est: ast quâ ratione ungui sit simile, altercantur Autores adeò, ut quidam ex illis intelligant ungues humanos, quos ratione macularum, quæ

uæ interdum unguibus humanis insunt, re-
ræsentare credunt. Verum enimverò qui
orunt *Blattam Byzantinam* unguem vocatam
uisse, facilè has lites componere possunt, di-
endo, Bdellium in suffitu ungui simile esse, sc.
Ungui odorato, id est, *Blattæ Byzantinæ.* Plura
ide apud *Matthiolum in l.* I. *Dioscorid. cap.* 70.
. 68. 70.

De Bdellifera etiam arbore nihil certi tradi-
ur. Describente *Plinio* nigra est, magnitudine
Oleæ, folio Roboris, fructu Caprifici natura-
que. Alii Arbori Myrrhiferæ eam valdè simi-
em faciunt. Et *Thevetus* affirmat se bis mille
Myrrhæ & Bdellii feraces arbores in eadem syl-
va simul crescentes vidisse. *Lobelius* & *Pena* inter
lias merces se multos hujus ligni surculos ex-
piscatos tradunt solida substantia, cortice du-
ro nigricante, spinis multis rigidis & crassiu-
culis horrentes. An Arbor lactescens, aculeata,
foliis Quernis Americana, Bdellifera fortè,
sive Arbor Bdellium ferens in America *P. P.*
Tab. 145? Arbuscula Portoricensis lactescens
foliis Quercinis spinis geminis ad singulorum
foliorum ortum exasperata *Hort. Beamont?*
Quercinis foliis Arbuscula spinosa lactescens
Portoricensis *P. B. P?*

III. De Cancamo.

CAncamum *Offic. C. B. J. B.* A *Dioscoride*, *lib.* I.
cap. 23. Est lacryma Arabicæ arboris, Myr-
rham quadantenus referens, virosi gustus,
quâ tanquam suffimento utuntur. Sed quid sit
hodie ignoratur. Alii enim Laccam esse con-
tendunt,

tendunt. *Matthiolus*, Cancamum Græcoru & Laccam Arabum unum & idem esse demo strat, sed perperam inquit eruditissimus *Rai* cùm vires non conveniant: Alii Benjoinu esse volunt; *Garcias* autem & *Amatus* Gumm Animæ esse affirmant, ergo, ut videtur, no dum constat quid propriè sit.

PHARMACOLOGIA
SEU
MANUDUCTIONIS
AD
Materiam MEDICAM
LIBER TERTIUS

De Zoologia.

Zoologia est pars Pharmacopœiæ, quæ Medicamenta ex Animalibus desumpta recenset.

Animal est corpus animatum sensu & motu spontaneo præditum, vel potiùs sentiendi & se movendi facultate, licèt non mutet locum. *R. Synop. Animal. p.* 1. Ita disertè *Aristoteles*, *lib.* 2. *de Anima. cap.* 2. *tex.* 16. Animal per sensum & propter sensum primariò est Animal. Etenim quæ non moventur neque mutant locum, habent

ent autem ſenſum, Animalia ea dicimus. Omnibus ergo Animalibus (inquit doctiſſimus *Maius* loco citato) unus ſaltem ineſt ſenſus, v. g. Tactus, quod *Ariſtoteles* ſæpius inculcat. Inter ſenſus autem primò ineſt Animalibus omnibus Tactus & ſicut facultas vegetativa ſeu nutritiva ſeparari poteſt à tactu & ab omni alio ſenſu, ut in plantis videmus; ita tactus ſeparari poteſt & ſeorſim exiſtere ab omni alio ſenſu. Animalia autem omnia videntur tangendi ſenſum habere.

De Animalibus autem tam vivis, quàm morte interemptis, commonere hic expedit, eligenda eſſe, quæ extra diſpoſitionem morboſam, & hinc detrimentoſam, conſtituta ſunt. Itaque ſi ex vivis expetis, provideas ſana ea ſint: ſin ex interemptis, interempta illa adhibeas morte violenta extrinſecus accedente. Etenim expetitur medicamentalis cujuſque rei ſubſtantia, eáque ad medicationem apta, adeoque facultatibus morboſis deſtituta, ſalubribus è contra delibuta. Hæc imprimis pars rei ſpirituoſa eſt, in naturali ſcilicet diſpoſitione conſtituta, facultatibuſque peregrinis orba: Nimirum hæc, ut morte naturali paulatim ſeneſcens conſumitur, curriculoque ſuo deſtinato perfuncta, in principia ſua reſolvitur; ita eadem ipſa, ſi flamma vitalis violenter extinguitur, ſuperſtes aliquandiu manet, nec à corpore ſeparatur, donec hujus diſſolutione & ipſa diſſolvatur; & quidem talis ferè illa ſuperſtes

ſup-

suppetit, qualis erat, dum flamma illa exti- guebatur. Et quæso quid causæ subesset, quo solùm animalia mactata culinis expetantur, posthabitis quæ secus obierunt, nisi sit, quò illa balsamica seu spirituali prædita sint sub- stantia, ad nutritionem requisita, hæc vel ea- dem destituta sint, vel inquinatam & insalu- brem possideant. *Schrod.*

Animalium Tabula generalis.

Animalia sunt vel
- Sanguinea, eaque vel
  - Pulmone respirantia, corde ventriculis prædito,
    - Duobus
      - Vivipara,
        - Aquatica; *Cetaceum genus.*
        - Terrestria, pilosa; *Quadrupedia.*
      - Ovipara; *Aves.*
    - Unico, *Quadrupedia* ovipara non pilosa.
  - Branchiis respirantia; *Pisces.*
- Exanguia
  - Majora, quæ vel
    - *Mollia.*
    - *Crustacea.*
    - *Testacea.*
  - Minora; *Insecta.*

CLAS-

CLASSIS PRIMA, DE Animalibus Exanguibus.

SECTIO PRIMA.

De Animalibus exanguibus minoribus ſeu de Inſectis.

EXanguia minora, Inſecta appellantur, quòd ut nomen indicat, inciſuras habeant, aut in partibus ſupinis, aut pronis, aut in utriſque. Synopſ. Animal. p. 54.

Inſecta ſunt vel
- Apoda,
  - Aquatica; *Hirudo.*
  - Terreſtria; *Lumbricus.*
- Pedata,
  - Alis deſtituta,
    - Hexapoda, caudâ
      - Oblonga & acutiore, minor; *Pediculus.*
      - Obtuſa
        - Subrotunda, major; *Ricinus.*
        - Rhomboide, minor; *Cimex.*
    - Octapoda,
      - Caudata; *Scorpio.*
      - Non caudata; *Araneus.*
    - Polypoda; *Millepedes.*
  - Alata,

Anclytra,

Anelytra, seu pennis nudis & detectis,
- Glabris,
  - Quadripennia, aculeis
    - Armata, corpore
      - Gracili; *Formica.*
      - Habitiori; *Apes.*
    - Carentia, pedibus posterioribus
      - Prælongis & ad saltum compositis
        - Domestica, troglodit æ; *Gryllus,*
        - Campestria; *Locusta.*
      - Brevioribus nec saltui idoneis; *Cicada.*
  - Bipennia; *Musca.*
- Farinaceis, antennis
  - Clavatis, diurna; *Papilio.*
  - Tenuibus, nocturna; *Bombyx.*

Coleoptera seu Vagini-pennia, humore prædit[a]
- Non oleoso; *Scarabæus*, corporeque vel
  - Productiore & majore
    - Cornuta; *Cervus Volans.*
    - Cornibus destituta, colore
      - Ferrugineo; *Teredo.*
      - Viridi; *Cantharides.*
  - Breviore & minore
    - Ad pannos coccineo colore tingendos utili; *Cochinella.*
    - Humore in cauda noctu lucente donata; *Cicindela.*
- Oleoso; *Proscarabæus.*

NB. In genere *Formicæ* & *Cicindelæ* mares sunt alati, fœminæ autem alis carent.

Insecta

Insecta Apoda.

I. De Hirudine.

HIrudo & Sanguiſuga *Offic.* Ein Igel / Blutſauger. Animalcula ſunt apoda, nigra, lineis & punctis varia, in aquoſis degentia, ore triſulco. Majoribus præferuntur minores, utpote quæ minus nocivæ & ex his, quæ lineis in dorſo diſtinctæ. *Uſus.* Sanguinis exſuctioni inſerviunt, applicanturque vel Ano, vel Pedibus, Brachiis, Temporibus, aliiſque partibus.

II. De Lumbrico.

LUmbricus terreſtris & Vermis terreſtris *Offic.* Lumbricus terreſtris *Jonſ.* Terrenus *Schrod.* Erdwurm / Regenwurm. Animalcula ſunt hermaphroditica, apoda, longa, craſſitie pennæ anſerinæ, mollia, carnoſa & annulata, dilutè ſanguinei coloris, rubicundo collo, in terra degentia, ſaporis terrei, odoris nullius. *Vires.* Inſigniter diuretici ſunt, diaphoretici, anodyni; diſcutiunt, emolliunt, obſtructiones reſerant, lac augent, vulnera nervoſque præciſos glutinant. Uſus præcipui ſunt in Apoplexia, Spaſmo, aliisque affectibus nervorum, ac muſculorum. In Ictero, Hydrope, dolore Colico. Imprimis autem ſpecificè proſunt in Arthritide Scorbutica. Podagricos dolores leniunt; Odontalgiæ convenire dicitur Cinis. *Schrod.*

Insecta pedata non Alata.

III. De Pediculo.

PEdiculus *Offic. Schrod. Aldrov. Jonf.* Ein Lauß. Varii ſunt, è quibus hujus loci humanus ille vulgaris Pediculus eſt. *Vires.* Devorantur à ruſticis contra Icterum, ſimili modo adhibiti ad Atrophiam nonnullis probantur. Urinam cient foramini penis impoſiti, quippe proritant expultricem ad mingendum. *Schrod.*

IV. De Ricino.

RIcinus *Offic. Schrod. Aldrov. Jonf.* Holtzbock / Hundsfloh / Hundwurm. Animalculum eſt lividum, hexapus, & fœdum, cauda obtuſa & ſubrotunda, ſanguine repleta, Bobus, Suibus, Capris, Ovibus, atque Canibus infeſtiſſimum. *Vires.* Ricini canini ſanguis. *Plinio* teſte, Pſilothrum eſt, & ignes ſacros reſtinguit: admirandus quoque eſt, inquit *Amatus*, ad Impetigines contumaces & feras, ac curatu difficiles, illitus.

V. De Cimice.

CImex *Offic. Schrod.* Lectularius *quibuſdam,* Wandlauß. Reperitur in lectis. Animalculum eſt corpore rhomboide, colore nigro, parum rubente, hexapus, cute apprimè tenera, ut vel leviſſimo contactu media crepet fœtoremque abominandum expiret. *Vires.* Utuntur Recentiores quidam ad ciendam urinam

nam vivis in Penis Organum immissis; ad fœtum & secundinam expellendam tritos cum successu exhibent. *Dioscorid.*

VI. De Araneo.

ARaneus *Offic. Schrod.* subflavus hirsutus, prælongis pedibus, domesticus *List.* Telarius *quibusdam.* Eine Spinne. In ædificiis nimiùm frequens est. *Usu.* Aranei & Tela. *Vires.* Araneus febriles proxysmos arcere dicitur, pulsibus metacarpii, temporibusve impositus, peculiariter tamen ad quartanam commendatur, putamine avellanæ inclusus, colloque suspensus vel lacerto appensus. *Tela* constringit, conglutinat, ideoque vulneraria est, sanguinem cohibens, inflammationem præcavens. *Schrod.*

VII. De Scorpione.

SCorpio *Offic. Schrod. Jons.* Ein Scorpion. Animalculum est octapes, forma cancros æmulans, iis tamen minus colore subatro & veluti fuligineo. *Vires.* Urinam cient calculo renum aut vesicæ impeditam, vivi incinerati & exhibiti. Ictibus propriis subveniunt, triti & impositi, *Schrod.*

VIII. De Asellis.

ASelli, Millepedes, *&* Onisci *Offic.* Aselli *Schrod. Jons.* Eselchen / Schäffelein / Keller-Esel. Insecta sunt parva, polypoda, digitum transversum vix longa, semidigitum ferè lata, colore livido nigricante. Inveniuntur in locis

 humi-

humidis ſub tegulis, lapidibus, &c. ad tactum ſe contrahunt ac rotundant. *Vires.* Tenuium partium ſunt, digerunt, extenuant, abſtergunt, aperiunt. Hinc utilitatis peculiaris ſunt in mucilagine tartarea reſolvenda, calculoque ad mucilaginem reducendo, in obſtructionibus viſcerum aperiendis, adeoque in morbo regio, in dolore nephritico, difficultate urinæ, in Colica, in Aſthmate, &c. Extrinſecus commendatur pulvis ad affectus oculorum, ad aurium dolores & anginam cum melle illitus. Vivus impoſitus Phagedænam perimit. *Schrod.*

Inſecta Anelytra ſeu pennis nudis & detectis.

IX. De Muſcis.

MUſca *Offic. Schrod.* Eine Fliege. Muſcarum genera varia quidem ſunt, uſuale tamen ſolum vulgare eſt. *Vires.* Alopeciis ſubveniunt. *Schrod.*

X. De Apibus.

APes *Offic. Schrod.* Bienen. Inſecta ſunt quadripennia, aculeis armata, mellificantia. *Uſu.* Apes, Mel, Cera, & Propolis. *Mel* eſt ſubſtantia liquida, craſſiuſcula, ex albo flaveſcens, ſapore dulcis, eſtque vel commune, vel Virgineum, i. e. quod novellæ apes conficiunt; colore ex flavo albicans;

Eligen-

Eligendum eſt flavum, pellucidum, odore & ſapore jucundum, conſiſtentiâ neque craſſum, ac concretum, neque dilutum nimis: omnibus præfertur Virgineum. *Cera* Wachs. Eaque vel Flava ſeu citrina *Offic.* Gelb Wachs. Vel alba *Offic.* Weiß Wachs. Flava eſt ſubſtantia pinguis, oleoſa, condenſata, flaveſcens, ex favis apum ignis calore extracta, ſaporis lenti & oleoſi, odoris debilis ad Mel accedentis. Alba nihil aliud eſt quam flava multiplici inſolatione albeſcens. Propolis *Offic.* Verſtoß / Stopf-Wachs / Bienhartz. Rudis eſt & ceroſa, craſſaque materia ſeu gluten in alveorum foribus repertum. *Vires.* Apes ſiccæ & contritæ inunctis Alopeciis capillum reſtituunt. (Intrinſecus urinam cient.) *Mel* calidum ac ſiccum ſtatuitur, nutrit, abſtergit, aperit, pulmonibus convenit, urinam ciet, tuſſi medetur, putredini reſiſtit. Extrinſecus oculorum caliginem diſcutit, aliiſque eorum affectibus ſuccurrit. *Cera flava & alba*, digerit, maturat, &c. *Propolis* calefacit leviter, abſtergit, attrahit, dura concoquit, dolores demulcet, ulcera deſperata cicatrice obducit, &c. *Schrod.*

Quid Mel ſit inter eruditos non convenit, alii dulcem tantùm ſeu nectareum humorem è floribus exſudantem eſſe affirmant; quam opinionem tuetur *Cordus.* Conſtare omnibus, inquit, qui uſque ad extremam ſenectutem apum naturam ſcrutati ſunt ruſticis, apes ipſas mellificaturas tantum è floribus collectum liquorem in favis reponere, rorem vero melle-

um cum decidit haudquaquam ad favos convehere, quod ipsi quoque verum esse deprehendimus. Hinc quamvis mellito rore delapso ad eam frequentes convolent apes, minimè tamen ut eum in alvearia convehant, sed tanquam ad cibum & pastum, quo adeò se replent, ut prorsus inertes & ignavæ reddantur, multæque moriantur. Itaque rustici dicere solent, mellitos rores bonum quidem pastum apibus præbere, sed ad mellificandum minimè conducere. Nobis tamen (inquit doctissimus & clarissimus *Raius*) planè contrarium videtur, iisque qui apum naturam, actiones, totàmque œconomiam diligenter & curiosè observârunt, ingeniosis & eruditis, quibus plus fidendum quàm rusticorum vulgo, qui receptas opiniones & majorum traditiones sine examine sequi & amplecti, iisque mordicus adhærescere solent. Observavimus enim (inquit ille doctissimus vir, cui & nos consentimus) rore melleo delapso integra fere apum examina, paucissimis domi relictis, evolare, miraque industria & maximâ festinatione sese melle onerare, & ad alvearia convehere, multoties eundo redeundóque donec calor solaris, rorem dissipaverit. *Plinius* etiam, *lib.* 16. *cap.* 8. Constat, inquit, rores melleos è cœlo cadentes non aliis magis insidere frondibus, quàm Quercus. D. *Butler*, M. D. *Tract. de Apibus*, *Cap.* 6. *N.* 20. Foliis Roboris, inquit præ reliquis omnibus conservatum debemus Melleum liquorem roremve ex aëre descen-

ſcendentem, ex quo apes mella conficiunt. Et *Theophraſt. lib. de Melle* ex rore melleo, apes mella conficere, affirmat.

XI. De Formica.

FOrmica *Offic. Schrod. Jonſ.* Ein Ameiß. Inſectum eſt parvum, oblongum, vel rubens vel nigricans, aculeo armatum, in acervis degens; mas eſt alata, fœmina alis deſtituta. *Uſu.* Animal, & Ova. *Vires.* Formicæ calefaciunt & ſiccant, Venerem proritant. Odor acidus mirè ſpiritus vitales reficit; pſoram, lepram & lentiginem ſanare dicuntur. *Ova* ad aurium gravitatem faciunt, malas hirſutas pueris infricata corrigunt. *Schrod.*

XII. De Cicada.

CIcada *Offic. Schrod. Jonſ.* Heuſchrecke. In Italia vulgaris notitiæ eſt, in Anglia autem incognita. Inſectum eſt alatum, Gryllis aliquantulum ſimile, valde ſtridulum, rore vivens. *In Regno Neapolitano Cicadæ innumeræ quotidiè exugunt & depaſcunt Ornum ſeu Fraxinum humiliorem rutundiore folio, ex quorum Vulneribus exudat Manna; Sicut in India Orientali Lacca emanat ex Zizyphi ſpecie, formicis arborem terebrantibus. Ex obſervatione,* D. *Tancredi Robinſon,* M. D. *Vires.* Utimur inquit *Schroderus* cicadis ſiccis ad colicos affectus cum paribus numero Piperis granis. Alii aſſas edendas iis offerunt quibus affecta veſica eſt. *Cinis* inſigniter calculum conterit.

XIII. De Gryllo.

GRyllus *Offic. Jonſ.* domeſticus *Schrod.* Heime/ Heimlinge. Inſectum eſt alatum, colore ferrugineo, focorum incola, ſtridulo ſuo cantu ſedulum. *Vires.* Commendatur ad Diureſin (cinis exhibitus) ad viſus imbecillitatem (ſuccus expreſſus inſtillatus) tonſillas lenit affricatus. *Schrod.*

XIV. De Locuſta.

LOcuſta *Offic. Jonſ. Schrod.* Heuſchrecke. Inſectum alatum, colore viridi, in campeſtribus degens. *Vires.* Odoris ſuffitus urinæ difficultates juvat, præſertim quæ fœminas malè habent. *Dioſcorid.* Sunt qui appenſas collo quartanam ſanare ajunt. *Schrod.*

XV. De Bombyce.

BOmbyx *Offic. Schrod. Jonſ. Aldrov.* Vermis lanificus *Albert. M.* Seiden-Wurm. Miram ſubit Metamorphoſin. Ex ovis puſillis calore ſolis verno tempore producitur Animalculum ſeu Eruca, *Bombyx* in Officinis dicta; Eruca hæc Mororum foliis veſcitur, donec ad maturitatem pervenit: hinc indita Thecæ chartaceæ, textura ſe cingit folliculo ſericeo, ex filo ſericeo continuato ſæpe replicato, ex ore emiſſo, colore nunc palleſcente, nunc flaveſcente, magnitudine & figura ovi Columbini, eaque ſeipſum recondit, uſque dum in Chryſalide ſeu Aurelia tranſmutatur, & mortua eſſe videtur. Ex qua erumpens, Papilionis forma quadripennis prodit, coituque interveniente

tri-

triduano, à quo masculus statim moritur, ova parit fœmina quamplurima, ac deficit. *Usu.* Eruca integra, Sericum, i. e. textura bombycina, & Folliculi sericei. *Vires.* Bombyces exiccati & pulverisati insperguntur vertici capitis, ad arcendam vertiginem & convulsionem. *Sericum* & *Folliculi* sunt caliditate & frigiditate temperata, corroborant, Spiritus vitales, naturales & animales reficiunt. *Schrod.* NB. Caveatur à folliculis alvi spurcitie fœdatis, vel in quibus adhuc Aurelia aut vermis latitat mortuus.

XVI. De Eruca.

ERuca *Offic. Schrod.* Raupe. Fœtus est cujusdam Papilionis, similemque Metamorphosin subit quam Bombyx, tandemque in Papilionem abit. Multæ sunt species, quod autem in Officinis nostris usurpari debet insectum est vulgaris notitiæ, Brassicæ folia depascens. *Vires.* Erucæ tusæ, earúmve pulvis adhibitus vesicas excitat, ut Cantharides & cutem denudat. *Mouffetus* ait eas facere ut dentes ex alveolis excidant. *Hippocrates* Anginæ conducere tradit.

Insecta Coleoptera seu Vagini-pennia.

XVII. De Scarabæo.

1. SCarabæus cornutus *Schrod.* Cervus volans *Nonnullis.* Schröter. Reperitur Majo & æstate in sylvis. *Usu.* Ipsi

Scarabæi, & cornua. *Vires*. Scarabæi commen-dantur ad dolores & contracturas nervorum: ad febrem quartanam amuleti loco impositi. *Cornua* suspensa de collo infantum urinam co-hibere dicuntur. *Schrod.*

2. Scarabæus pilularis *Schrod. Jonſ. Vires* Roß-Käfer / Mist-Käfer. Commendatur ma-gnoperè in procidentia ani, in hæmorrhoidibus cœcis dolorificis leniendis. *Schrod.*

3. Cantharides *Offic. Schrod. Aldròv. Jonſ.* Musca Hispanica *quibusdam*. Spanische Fliegen. Goldwürmlein. Scarabæus est oblongus, par-vus, aureo fulgore viridans, saporis acris & ero-dentis. *Vires*. Calidæ sunt & siccæ sat validè; adeoque corrosivæ seu vesicatoriæ, diureticæ, emmenagogæ. Hinc usus creberrimi in vesica-toriis. Internus earum usus rarissimus est, quip-pe inter venena vulgò recensentur: Vesicæ ni-mirum Urinariæ adeò infensæ sunt, ut vel ex-trinsecus cuti alligatæ eam exulcerent. Sunt nihilominus audaculi, qui diureticis eas admi-scent. *Schrod.* Vid. *Geierum de Cantharidibus*.

4. Teredo *Offic. Schrod.* Holtz-Wurm. De Teredine multa inter rei naturalis Authores est dissensio, alius hoc, alius aliud esse vult. *Aldro-vandus* quatuor teredinum genera constituit. Unum in lignis reperitur. Alterum Vermicu-lus dictum. Tertium Thris. Quartum Cossus. His addit *Jonsonus* quintum ab *Agricola*, quem ab æneo colore Kupffer-Wurm vocat. Nos autem hexapoda illum Scarabæi minoris arborei pro-ductricem, qui in arboribus frequens invenitur

Tere-

Teredinem Officinis esse arbitramur *Usu.* Excrementa farinacea dicta. *Vires.* Exiccat pulvis iste, unde ulceribus humidis & fluidis fœliciter inspergitur, & hoc eodem titulo mulierculis nostratibus admodum familiaris est in excoriationibus Infantum exiccandis. *Schrod.*

5. Cochinilla & Coccinilla *Offic.* Coccinill. *Usu.* Insectum ipsum, ex Nova Hispania & Mexicana allatum. *Vires.* Cardiacum insigne habetur, sudorificum, alexipharmacum, & antifebrile medicamentum, febres omnes quantumvis malignas sanans, ideoque in peste & febribus petechialibus sæpius exhibetur.

De Cochinilla quid sit non levis est controversia inter rei Physicæ & Medicæ authores, aliis hoc, aliis aliud affirmantibus. Nonnulli originis vegetabilis eam esse volunt; è quibus aliqui *Tunæ* seu *Ficus Indicæ* baccam fructúmve, alii ejusdem gemmam seu florem nondum explicitum faciunt: Alii, & quidem rectiùs, productum quoddam animale esse statuunt; qui quamvis in eo omnes consentiant, quod ad regnum (ut vocant) Animale pertineat, quid tamen in specie sit, opinionibus inter se dissident, nam alii Insecti cujusdam nidum esse ajunt, alii animalculum hexapos Cimici simile, alii Scarabæum parvum dictum; Alii denique, & hi quidem nostra sententia rectissimè, Scarabæum esse affirmant parvum Scarabæo parvo prædicto similem, duobus tantum maculis in vaginis pennarum insignitum, cujus præstantissimam iconem nobis exhibuit accuratissimus ille Anato-

micus,

micus, D. *Edwardus Tyson.* M. D. in *Actis Philosoph. Londinensibus*, *Num.* 176. Cochinilla in Officinis noſtris vulgò venalis Inſecti corpus duntaxat eſt; cujus propagandi, & ad uſum parandi modus, in eiſdem *Actis Philoſophicis Num.* 193. deſcribitur, ex obſervatione Hiſpani cujuſdam ſenioris, *Jamaycæ* inſulæ incolæ, qui in ea parte Indiæ Occidentalis in qua pretioſæ iſtius mercis magna quotannis copia colligitur, diu vixerat, quam deſcriptionem in epitomen contractam hic ſubjiciemus.

Inſectum hoc initio velut veſica quædam exigua, ſeu tuberculum parvum in Ficûs Indicæ *Tunæ* dictæ ſurculis in quibus oritur, apparet, quæ poſtmodum calore ſolis in vermiculum aut termitem evadit, qui proceſſu temporis in Scarabæum parvum mutatur. Scarabæos hoſce cùm jam plenam maturitatem adepti ſunt, occidunt fumo craſſo, è materia quadam combuſtibili ex ea parte, unde ventus in frutices quos inſecta depaſcuntur ſpirat, ſita, excitato, ſubſtratis priùs ſub fruticibus linteis. Inſecta fumo ſuffocata, & exanimata, levi fruticum concuſſione in lintea facilè decidunt; adeóque magnâ copiâ, nullo fere negotio colliguntur. Deinde ſuper lintea expanſa in arenoſo quodam aprico loco, aut pavimento ſaxeo, ſolis colori tamdiu exponunt, donec exſiccantur corpuſculis contractis, quæ manibus leniter confricatæ in grana abeunt, alis pedibuſque, &c. decedentibus, quæ poſtea ventilatione alio ve artificio ſeparanda ſunt. Imò qui dubi-

dubitat (inquit doctissimus *Paulus Ammannus*) Cochinellam Insectum esse, hæc grana putatitia indat aquæ calidæ, & statim videbit crura post aliqualem emollitionem; Interdum etiam apud Mercatores integrum Insectum, interdum alæ instar Muscarum reperiuntur.

XVIII. De Cicindela.

CIcindela *Offic. Schrod. Mouf.* Lampiris alata, *Aldrov.* Johannis-Fliege. *Usu.* Insectum ipsum. *Vires.* Sunt qui in calculo commendant. *Schrod.* Vim anodynam ei attribuit *Cardan.*

De Cicindela magna inter autores dissensio & lis est, aliis volantem à reptili sexu tantum, aliis specie differre affirmantibus, in quibus *Julius Scaliger*, *Exercit.* 191. & ingeniosissimus vir *D. Richardus Waller*, *Philosoph. Transact. N.* 167. qui propriâ experientiâ Cicindelas volantes utriusque sexûs esse se didicisse ajunt, siquidem coeuntes viderint. De quorum fide quamvis minimè dubitem, *Vintimigliæ* tamen apud *Fab. Columnam* sententiam, etiamque *Mouffeti*, *p.* 109. Cicindelas volatiles mares esse, reptiles fœminas, confirmant experimenta nuper facta à vicino nostro D. *Benjamino Allen*, M. D. hic *Braintriæ* degenti, qui Cicindelas volantes cum reptilibus coivisse sæpius observavit, volantes inter se nunquam, ut neque reptiles; unde non immerito colligit & concludit, (cujus etiam experientiæ nos acquiescimus) volatiles mares esse, reptiles fœminas.

XIX. De

XIX. De Proscarabæo.

PRoscarabæus *Offic. Mouf. Aldrov.* Scarabæus unctuosus *Schrod.* Pinguiculum *Agricol.* Meloen *Paracelſ.* Schmaltz-Käfer / May-Wurm. Majo & Junio juxta vias & passim in sylvis obrepit. *Usu.* Ipsum insectum, & ejus liquor oleosus colore subflavo. *Vires.* Cantharidum naturam imitatur, urinam pellit & sanguinem, canis rabidi morsum egregiè expugnat, varos dictos, i. e. Arthritidem vagam, Authore *Wiero*; curat pulvis vel conditura exhibita. Extrinsecus expetitur à quibusdam ejus liquor ad vulnera. Additur & Emplastris in bubone & carbunculo pestilentiali; permiscetur & antidotis, fitque inde Oleum ex infuso animalium vivorum in oleo communi, quod loco olei Scorpionum nonnulli adhibent. *Schrod.*

SECTIO SECUNDA.

De Exanguibus majoribus.

ANimalia Exanguia majora pleraque Aquatica sunt; & ab *Aristotele Hist. Animal. lib.* 4. *cap.* 1. Commodè dividuntur in tria genera, nimirum *Mollia* sive *Mollusca*, *Crustacea*, & *Testacea*.

Animalia Exanguia majora ſunt vel
Mollia ſive Molluſca; *Sepia.*
Teſtacea, hæ autem vel ſunt
Univalvia, minimè tortilia, paululum curva, tenuia, ex utraque parte hiantia, externè
Glabra, colore albo; *Dentalia.*
Striata, colore ex viridi albicante; *Entalia.*
Turbinata, figura
Breviore, teſtæ apertura clauſa operculo
E ſaliva confecto tantum ad hyemem; *Cochlea terreſtris.*
Teſtaceo:
Oblongo & majore, colore ſpadiceo odore gravi; *Blatta Byzantina.*
Rotundiore & minore, colore vario ex rubente & albo; *Umbilicus Marinus.*
Productiore, roſtro ſinuato, ſive canaliculato, ventricoſo, & baſi & capite ſive roſtro productiore, ſucco
Purpureo prægnans; *Purpura.*
Aqueo, ſeu decolore; *Buccinum.*
Bivalvia valvis
Similibus non ſtriatis
Aſperis, Unionifera; *Mater Perlarum.*
Planis; *Mytulus.*
Diſſimilibus aſperis; *Oſtrea.*
Cruſtacea, corpore
Productiore, media inter Aſtacum marinum & Squillam magnitudine; *Aſtacus Fluviatilis.*
Breviore & rotundiore, depreſſo, colore
Livido, tibiis & brachiis levioribus; *Cancer Marinus.*
Ex ruffo nigricante, tibiis & brachiis aſperioribus & rugoſioribus; *Cancer Fluviatilis.*

Exanguia

Exanguia Mollia sive Mollusca.

MOllia *sive* Mollusca *sunt*, *quæ cùm sanguin carent*, *extrinsecus habent carnosum seu car niforme corpus*, *intus autem solidum & firmum ossi respondens*. R. Hist. Animal p. 52.

I. De Sepia.

SEpia *Offic. Schrod.* Blackfisch / Black-Kittel *Usu.* Os, seu Testa, substantia est testacea candida & levis, utrinque tumida, parte supina duriuscula, lævi & glabra, inferna fungosa mollicula, leviter aspera & friabili, in dorso piscis nata, saporis aliquantulum subaeris. *Vires.* Exiccat, abstergit, maculis, nævis, scabiei humidæ medetur, oculis convenit, gingivis tumidis subvenit, asthmaticis auxilio est, Gonorrhœam sistit, calculos pellit, urinas movet, *Schrod.*

Exanguia Testacea.

EXanguia testacea *sunt*, *quorum intus est carnosa pars*, *foris firma*, *quæ & flexu frangi*, & *ictu rumpi*, *compressione disjici non possunt*. R. Hist. Animal. p. 52.

Hæc autem vel sunt *Univalvia*, vel *Bivalvia*, vel *Turbinata*.

Uni-

Univalvia.

II. De Dentalio & Entalio.

1. DEntalium *Offic. Schrod.* Autales dicuntur, alii ejusdem formæ, sed minores *Bonann.* Zahn Schnecken. In mari Britannico capiuntur. Tubulus est oblongus, gracilis, teres, nonnihil inflexus sive arcuatus, paulatim angustior, ab imo ad summum, concavus, utraque extremitate apertus, absque ulla naturali rima aut fissura, albus, altero tamen extremo parum rubescens, exterius lævis admodum & velut politus.

2. Entalium *Offic. Schrod.* Tubulus aut Siphunculus maris *Bonann.* Purpur Schnecken. Præcedente longior est & crassior multò, aliàs persimilis, nisi quòd hic striatus sit, striis profundis, seu mavis porcis elatis, & coloris plerumque viridantis. Ex India Orientali transfertur. *Vires.* Utrumque etsi in medicina hactenus parum usitatum sit, attamen cum aliis testarum generibus ad similes affectus adhiberi posse verisimile est.

Itali moderni lapides, metalla, ligna quæcunque lineis aut figuris insculpta, aut etiam cannulata *Entaglie* vocant, unde & à vocis Dentalii proximitate, Entalii nomen ortum habuisse conjecturatur eruditissimus simul & ingeniosissimus vir, D. *Martinus Listerus*, M. D. Qui plura de Dentalio & Entalio desiderat, consulat *Acta Philosoph. N.* 197.

Turbinata.

III. De Cochleis.

1. COchlea terrestris, & Limax terrestris Offic. Cochlea testacea *Schrod.* Cinerea, maxima, edulis, cujus os operculo crasso velut gypseo per hyemem clauditur *List.* Pomatia *Gesn.* Ein Schnecke. In meridionali Angliæ parte frequens. *Usu.* Cochlea integræ. *Vires.* Cochleæ refrigerant, incrassant, consolidant, leniunt, nervis conveniunt ac pulmonibus. Hinc usus præcipui internè ad tussim, phthisin, excreationem sanguinolentam, aliosque pulmonum affectus; hinc ad Epatis calorem, & colicum dolorem. Extrinsecus maturant ac rumpunt anthraces, consolidant vulnera præcipuè nervorum, ulcera sanant, inflammationes mitigant, ventrem hydropicorum, hydrocelemque herniosorum detumescere faciunt, hæmorrhagiam cohibent *Schrod.* Verùm quoniam hoc genus Cochleæ minùs frequens, nec ubique obvium est, Officinæ nostræ ejus loco *Cochlea vulgari majori pulla, maculata, & fasciata hortensi* utuntur, absque ullo, sententiâ nostrâ, gravi aut periculoso errore.

2. Cochlea aquatica *Offic.* fusca, fasciis crebris angustisque prædita *List.* Wasserschnecke. In Catalogo simplicium Pharmacopœæ Londinensi præfixo inter aquatilium testas invenio *Cochleæ & Buccini* titulos, quæ cùm nomina generica

nerica sint; species sub se plurimas complectentia, ut *Aldrovandum*, *Gesnerum*, *Jonstonum*, *Bonannum*, sed præcipuè celeberrimum nostrum; D. *Martinum Lister*, M. D. consulentibus patebit, quænam ex omnibus deligenda sit non ausim determinare, huic tamen pisci id nominis attribui, quoniam in mari nostro aut ore maritimo frequens invenitur, ejusque caro easdem vires habere dicitur, quas Cochlea terrestris. Quod ad testas Cochleæ, Conchæ, Buccini attinet, quamcunque assumas & utaris, modò marina sit, perinde est: Sunt enim omnes Alkali & earundem virium participes. At neque *Dioscoridem* aut *Aetium* inter Ostream, Purpuram, aut Buccinum in calcem aut cinerem redacta ullam distinctionem facere observavit eruditissimus *Listerus*, verùm omnibus eandem vim causticam tribuisse.

3. Cochlea cælata *Aldrov. Jons.* Cælata antomastice dicta, eo quòd operculum habeat inter cætera singulare *Bonann.* In mari mediterraneo inveniuntur. *Usu.* Operculum *Umbilicus marinus* Officinis dictum, substantia lapidea, superficie plana, sphærali linea insigni, colore fulvo; altera parte concava umbilici in modum, colore carneolo aut igneo, sapore terreo. *Vires.* Venerem stimulat, inquit *Jonstonus.*

Augustinus Scilla, aut ova Cochlearum, aut abbreviata, nondum perfecta & ab iisdem cochleis generata hoc operculum esse sibi persuadet; at ingeniosissimus ille vir D. *Joannes Raius* cum in Italia peregrinatus est, ipsum piscem vi-

vum in testa sua hujusmodi operculo tectum recens è mari extractum Romæ nactus est.

IV. De Blatta Byzantia.

BLatta Byzantina *Offic.* Byzantia *Schrod.* Byzantia sive Unguis odoratus *Park.* Conchylium *Aldrov. Jonst.* Tegumentum est oblongum quibusdam Testæ Turbinatæ, substantia cornea, colore spadiceo, odore gravi, Aloen Barbad. æmulans. *Vires.* Internè laxat alvum, splenem emollit, vitiososque humores discutit. Externè excitat suffitu fœminas strangulatu uteri oppressas, comitialesque. In reliquis idem præstare poterit quòd aliæ concharum testæ. *Schrod.*

Testa hæc multæ inter eruditos contentionis materia fuit, *Matthiolus Unguem Odoratum* & *Blattam Byzantinam* pro eadem re à *Serapione* & *Avicenna* aliisque è Græcis recentioribus habita fuisse affirmat. Cui opinioni Officinæ etiam nostræ & *Schroderus* & *Parkinsonus* atque etiam *Paulus Ammannus* favent; ut & *Rumphius*, qui Blattam Byzantinam operculum Muricis seu Pseudopurpuræ in mari Amboinico inventæ esse tradit. His contradicit *Fuchsius*, qui Blattam Byzantinam Purpuræ operculum esse ait, & ab Onyche *Dioscoridis*, i. e. ungue odorato diversum: quod ab ingeniosissimo, D. *Martinio Listero*, M. D. literis ad me datis clarius demonstratur, cujus observationes ipsius verbis in Latinum versis accipe.

Blattam Byzantinam Ungui odorato successisse,

fiſſe, ejuſque loco in Officinas illatam fuiſſe autumo. *Dioſc.* temporibus, optimus viz. pallidiſſimus & pinguiſſimus à mari Rubro advectus eſt; nigrior minórque à Babylone aut ſinu Perſico. Verum ut videtur recentior ætas circa Byzantium inventis contenta eſt, unde Blatta Officinalis hodierna cognomen obtinuit. Blattæ nomen huic operculo (ut conjicio) inditum eſt à colore, ut quæ *Blattæ piſtrinariæ* Londini frequentiſſimæ colorem obſcurè capillaceum referat, partim etiam quòd Blatta hæc Scarabæi genus ſit latum & tenue operculi iſtius inſtar.

Fatendum equidem eſt, eundem *Dioſcoridem* Unguem dictum operculum fuiſſe (πῶμα χογχυλίȣ) affirmare Purpuræ piſcis operculo ſimile, ſuo tempore uſitatum intelligit, quando (ut videtur) Unguis Odoratus deperditus fuit, ſaltem in Europam non illatus. Verùm ex eodem *Dioſcoride* apparebit Unguem verum operculum minimè fuiſſe, unde & operæ pretium erit errorem hunc detegere, & conſequenter oſtendere quantum delirarunt moderni, Turbinis marini operculum pro vero Ungue odorato ſubſtituendo.

Unguis hiſtoriam, prout eam tradit *Dioſcorides*, accipe. *In lacubus*, inquit, *nardiferis Indiæ reperitur, quapropter, & Conchyliis Nardum depaſcentibus, aromaticus evadit* (ſeu odoramenta redolet) *colligitur verò poſtquam æſtivis caloribus lacus inaruerint.* Concludit Conchylium ipſum uſtum ſeu calcinatum eadem quæ Purpura & Buccinum efficere. Et in capite de Nardo, Indicam *Nar-*

Nardum prope fluvium Gangem nasci scribit, hoc est, in lacubus quibusdam quos fluminis istius inundatio efficit. Hinc apparet (1) Unguem odoratum aquarum dulcium Conchylii partem fuisse. (2) Si in lacubus Nardiferis ad fluvium *Gangem* colligeretur, quî fit, ut idem à mari Rubro aut Babylone adferretur? Deinde, cur testa ipsa, inutilis sarcina, tam longo itinere à *Gange* fluvio ad *Græciam* usque deportaretur, si solius operculi (quod decimam partem ipsius testæ pondere rarò excedit) usus esset. Quod si adferri & venundari non soleret, quorsum vires ejus adjicerentur, aut quomodo earum experimentum fieri posset? Hinc conjicio Unguem odoratum verum nonnihil similem fuisse dimidiæ testæ Pectunculi istius fluviatilis in fluvio *Thamesi* frequentissimi, pollicaris unguis magnitudine & crassitie, idque ob sequentes rationes.

1. Quòd Unguis odoratus pisciculus Bivalvis, seu Mytulus, aquarum dulcium alumnus esse videatur, cùm lacuum ad fluvium *Gangem* exsiccationem expectarent antequam eos colligerent. Jam verò Bivalvia arena & limo reconduntur, nec unquam in summas aquas emergunt. iisque innatant & fluitant, ut Turbinata solent (quibus solis operculum proprium est) ideoque quovis tempore facilè capiuntur. 2. Animalculum hoc Conchylium vocat, & generali illo nomine ab aliis omnibus Speciebus, de quibus variis capitibus agit, distinguit; quod quamvis utrique Generi tàm turbinato quàm

bivalvi

bivalvi commune ſit, peculiariter tamen & maximè propriè Concham ſeu Bivalve denotat. 3. Onyx diſertis verbis à *Plinio* inter Bivalvia recenſetur. Siquidem (*l.* 32. *c.* 11.) ſynonyma illi ſunt *Solen*, *Aulos*, *Donax*, *Onyx*, *Dactylus*. Et expreſſius adhuc (*lib.* 9. *cap.* 61.) Concharum genera ſunt Dactyli ab humanorum unguium ſimilitudine appellati. Unde verſimillimum eſt Onychem odoratum à lacubus aquæ dulcis, qui ad Gangem Indiæ flumen ſunt, olim advectum non abſimilem fuiſſe vulgari Onychi maris Mediterranei, qui è Solenum genere fuit. Hæc omnia *Liſterus*. Ex quibus Vir ille doctiſſimus rectè infert & concludit Blattam Byzantinam Officinarum, Unguem Odoratum Veterum (quo cum confunditur) non fuiſſe; quem ob difficilem ex India in Europam tranſitum olim deperditum & oblivioni traditum eſſe magna probabilitatis ſpecie conjectatur. Illud certè nobis conſtat, operculo illi quod in Officinis noſtris Blattæ Byzantinæ nomine venditur è notis characteriſticis Unguis odorati Veterum nullam convenire, quem medicamentum probum & efficax fuiſſe credibile eſt ab odore quem obtinuit aromatico, qui in pulveribus noſtris teſtaceis deſideratur.

V. De Buccino.

BUccinum *Offic.* album, læve, maximum, ſeptem minimum ſpirarum *Liſt.* Hornſchnecke / Ringhorn. In alto mari ea piſcantur. Nomen eſt genericum ſub ſe plurimas ſpecies

complectens, ut in cochlea aquatica ostendimus. *Vires.* Cum Ostrea & reliquis testis viribus convenit.

VI. De Purpura.

PUrpura *Offic.* violacea *Col.* Violacea *Fab. Columnæ. List. H. Conch. lib.* 4. *Sect.* 15. c. 1. Ex Tarentino sinu allata, *Bonann.* Purpur Schnecken. In mari Mediterraneo frequens. *Usu.* In Officinis testa valida, rugosa, striata, tuberculis brevibus inæqualis, inter Mechanicos Sanies purpurea ad tingendum olim in usu fuit. *Vires.* Alkali est, & cum reliquis testis viribus convenit.

In Purpura describenda adeò breves & obscuri fuere Veteres, ut quodnam Conchylium sit, recentioribus litigandi occasionem dederint, à quibus variæ producuntur species, purpuream saniem gignentes. Verùm *Fab. Columna* litem determinavit, veram Purpuram demonstrando. Quamvis autem hodie purpura genuina Officinis nostris vix cognita sit, purpurei tamen succi cognitio adnotante ingeniosissimo illo & eruditissimo viro jam antea laudato, D. *Martino Lister*, ab antiquis usque temporibus ad sæculum nostrum traditione saltem transmissa & derivata est, in hisce etiam Insulis; inter Arcana tamen habita & studiosè celata. donec D. *Guil. Cole* eam arripuit, & publico exhibuit, *Actis Philosoph. N.* 178. *p.* 1278. quo Lectorem refero. Quin etiam D. *Robertus Southwell*, E. A. Regiæ Societatis nunc Præses dignissimus, multos ante annos D. *Listero* retulit,

tulit, Matrem ſuam in *Hibernia* dum viveret celebrem fuiſſe ſudariis piſcis cujuſdam ſucco indelebilibus notis, quæque elui nequirent ſignandis. Quin & *Bedæ* temporibus Ars purpuram tingendi in *Anglia* uſitata ſummoque in pretio habita erat. *Variis Conchyliorum generibus* (*inquit* Hiſtor. Eccleſiaſt. Gentis Angliæ, lib. 1. cap. 1.) *exceptis: in quibus ſunt &* Muſculi, *quibus incluſam ſæpè* Margaritam *omnis quidem coloris optimam inveniunt, id eſt, & rubicundi, & purpurei, & hyacinthini, & praſini ſed maximè candidi. Sunt &* Cochleæ *ſatis ſuperque abundantes, quibus Tinctura coccinei coloris conficitur. Cujus rubor pulcherrimus nullo unquam ſolis ardore, nulla valet pluviarum injuria palleſcere; ſed quò vetuſtior, eò ſolet eſſe venuſtior.*

Bivalvia.

VII. De Oſtreo.

OStreum *Offic. Jonſ.* vulgare maximum, intus argenteo quodam ſplendore albeſcens *Liſt.*. Oſtrea *Schrod.* Concha ſatis nota in cœnis Oſtrea Latinè dicta, non Oſtreum *Bonan.* Oeſter. Plurimis in locis in noſtro mari capiuntur. *Uſu.* Teſta & *Margaritæ Scotiæ* Officinis dictæ, ſunt ſubſtantiæ lapideæ, rotundæ, albæ, Viciæ vel Piſi ferè magnitudine, ſaporis terrei; Caro in culinis frequentiſſima eſt. *Vires.* Teſtæ vim habent exſiccandi, ſudorem movendi, abſtergendi, &c.

 Hinc

Hinc usus earum internus præcipuè est in febribus quibus interveniente sudore medentur. Externè conveniunt in dentifriciis abstersoriis, in mariscis & Condylomatis ani reprimendis. Ostrea pestiferos bubones loco transferunt, & virus omne ad se trahunt. *Schrod.* Margaritæ cum orientalibus viribus conveniunt.

VIII. De Matre Perlarum.

MAter Perlarum *Offic. Schrod.* Concha Margaritifera plerisque, Berberis Antiquis Indis dicta *List. Icon. lib.* 3. Concha mater Unionum dicta aut Margaritifera, à Margaritis quas gignit *Buonann.* Margaritifera *Jons.* Perlen-Mutter. In Mari Mediterraneo & alibi inveniuntur. *Usu.* Testa est, valida & ponderosa, extus rugosa, & aspera, non striata, intus lævis, argenteo colore, saporis terrei. *Margaritæ* Offic. Perlen. Sunt substantiæ lapideæ, rotundæ, aut angulosæ, granulatæ, albæ, pellucidæ, saporis terrei, ex perittomate eodem quo testæ generantur productæ. Duplices censentur, Orientales & Occidentales: Ille splendidiores sunt, adeoque cæteris præferuntur, & præsertim Persicæ. *Vires.* Testæ præter vires concharum communes (quas videsis in Ostreo) sunt qui vim cordialem huic attribuunt, verùm quo successu, videant ipsimet. Margaritæ Cordiale præbent nobilissimum, quo balsamum vitæ oppressum, viresque exolutæ insigniter recreantur ac confortantur, proinde venenis, pesti, & putredini resistunt, animum exhilarant,

rant, &c. *Schrod.* NB. *Margaritas non tantum in hujus generis conchis reperiri, sed etiam in aliis multis, ut Ostreis, Mytulis, &c.*

Plinius Hist. Nat. lib. 9. cap. 35. Margaritas è rore genitas esse tradit: cui à *Petro Joan. Fabro* contradicitur, qui, *Quod ipsæ Margaritæ sint nihil aliud, quàm lepra concharum*, affirmat, *Dicit enim: Conchæ omnes sunt leprosæ.* Nobis autem ejusdem naturæ & qualitatis esse videntur cum concharum in quibus inveniuntur testis, quarum morbosæ quædam excrescentiæ sunt, non roscidi conceptus; earum vires tantopere celebratæ, non aliæ sunt, quam quæ conchis omnibus communes.

IX. De Mytulo.

MYtulus *Offic. Rondeletii List. Icon. lib. 3.* ex cæruleo niger *ejusd. Hist. Animal. Angl.* Musculus *Bonann.* Muschel. In mari nostro capiuntur. *Usu.* Testa. *Vires.* Alkali sunt, & cum reliquis testis viribus conveniunt.

X. De Ungue Odorato.

UNguis Odoratus *Offic.* Onyx *Dioscorid.* Indianische Schnecklein. Quid sit Officinis nostris ignoratur, cujus in loco Blattam Byzantinam substituunt, ut in capite de Blatta Byzantina ex observationibus eruditissimi D. *Martini Lister* demonstravimus, quò Lectorem refero. Qui plura de ea velit, consulat *Act. Philosoph.* N. 192. p. 642.

XI. De Concha.

COncha *Offic. Schrod.* longa lataque, in mediis cardinibus, cavitate quadam pyriformi insignita *List.* Muscheln. *Usu.* Testa. *Vires.* Ostreis & reliquis testaceis convenit. Ut Cochleæ & Buccini, ita & Conchæ nomen genericum esse sub se plurimas species complectens in capite de Cochleis ostendimus, quò lectorem refero.

Exanguia Crustacea.

EXanguia crustacea sunt, quæ firmas suas partes extus habent, intus autem carneam mollitiem. Partes quoque illæ firmæ non potiùs frangi, quàm disjici compressæ dici debent. R. Synop. Animal. p. 52.

XII. De Astaco Fluviatili.

AStacus fluviatilis *Aldrov. Jonſ.* Bach-Krebs. In fluviis invenitur. *Usu.* Lapilli (Oculi Cancri *Offic.* Krebs-Augen dicti) crustacei, duri, albicantes, orbiculati, pisi magnitudine, una parte compressi, & sinuati acetabuli in modum, alterâ convexi, saporis terrei, nati in ventriculis cerebri, utrinque unus. *Vires.* Refrigerant, siccant, abstergunt, discutiunt, tartarum & sanguinem coagulatum resolvunt, calculum atterunt. Hinc usus magni in Nephritide, Pleuritide, Asthmate, dolore Colico &c. inserviunt dentibus abstergendis. *Schrod.*

XIII. De Cancro Marino.

CAncer *Offic. Schrod.* marinus *Aldrov. Jonſ.* Taſchen-Krebs / Meer-Krebs / Meer-Krabbe. In mari capiuntur. *Uſu.* Ungulæ ſeu Chelæ Officinis dictæ, & Teſta. *Vires.* Eaſdem cum Conchis vires obtinent. Inſuper Scabiem puerorum ex ſalſis humoribus ſanant, febrium intermittentium paroxiſmos arcent. *Schrod.* Præferuntur apices nigri Ungularum. Cancer integer i. e. ſubſtantia edulis in cibis laudatur. In Medicina, Phthiſicis prodeſſe *Rondeletium* experientia docuit. Stranguriam ſanant. *Jonſ.*

XIV. De Cancro Fluviatili.

CAncer fluviatilis *Offic. Jonſ.* Krebs. In Græcia, Creta, Sicilia, &c. inveniuntur. *Vires.* Refrigerant, humectant, dolorem ſedant, ferocientes Spiritus figunt. Hinc uſus præcipui in æſtu, ac dolore capitis & renum, in Angina, Atrophia; extrinſecus valent in igne Perſico ac ambuſtis.



CLAS.

CLASSIS SECUNDA. DE Animalibus Sanguineis.

SECTIO PRIMA.

De Piscibus.

Sanguinem voco, liquorem illum rubicundum vitæ sedem fontemque, caloris nativi pabulum & vehiculum, qui circulari motu jugi & indesinenti per arterias & venas fluit. R. Synop. Animal. pag. 50.

Non sum nescius (inquit doctissimus *Rajus*) Piscis nomen à nonnullis quàm latissimè extendi ad Aquatilia omnia significanda tam sanguinea quàm exanguia majora. Quin & vulgus nostrum hæc omnia pro piscibus habet: verùm nobis definientibus Piscis Animal est aquatile, sanguineum, pedibus carens, vel squamis vel cute nuda contectum, pinnis natans, in aquis perpetuo degens, nec sponte unquam in siccum exiens. *Willoughb. Ichthyograph. p. 1.*

Pisces sunt vel
- a. Branchiis respirantes corde unico ventriculo prædito, iisque vel
  - b. Ovipari (i. e. ova, non intus foventes sed in aquas ejicientes, ubi calore solis foventur & excluduntur,) dorso erecto natantes, vel corpore
    - c. Longo & lubrico, squamis quoque carente, pinnis
      - Ad branchias obtinentes, ventralibus destituti; *Anguilla.*
      - Utroque pari donati, i. e. branchiali & ventrali

a b c

Duabus

a b c
- Duabus in dorso pinnis; *Mustela fluviatilis.*
- Unica in dorso pinna; *Lupus Marinus.*

Contractiore, vel saltem non admodum lubrico pinnis
- Non aculeatis, quibus
  - Unica in dorso pinna,
    - Marini, quorum pinna dorsalis aut
      - Gravitatis centro apponitur; linea in ima ventris carina e squamis composita
        - Serrata; *Halec.*
        - Non serrata; *Encrasicbolus.*
      - Non longe è cauda sita
        - Squamosus, corpore pentagono; *Sturio.*
        - Non squamosus; *Ichthyocolla.*
    - Fluviatiles & lacustres
      - Dentati; *Lucius.*
      - Edentuli, Squamis
        - Maximis; *Carpio* sive *Cyprinus.*
        - Mediæ magnitudinis; *Barbus.*
        - Minimis, tenuibus, musco viscido connexis; *Tinca.*
  - Duæ in dorso pinnæ eriguntur
    - Edentuli; *Aschia* sive *Thymalus.*
    - Dentati; *Trutta.*
- Aculeatis, duabus in dorso pinnis, anteriore autem spinis radiata
  - Marini; *Mugil.*
  - Fluviatilis; *Perca.*

Vivipari, i. e. qui ova intus concipiunt majuscula, avium modo, eaque in utero fovent, Cartilaginei longi; *Galeus.*

Pulmone respirantes, corde duobus ventriculis prædito, iisque vel
- Cornuti; *Monoceros.*
- Non cornuti.
  - Dentati & fistulosi; *Orca.*
  - Edentuli & non fistulosi; *Balæna vulgaris.*

Non

Nos ne à communi hominum opinione (inquit docti-ſſimus Raius*) nimis recedamus, & ut affectatæ novi-tatis notam evitemus; Cetaceum Aquatilium genus quamvis cum Quadrupedibus viviparis in omnibus fe-rè præterquam in pilis & pedibus & elemento in quo degunt, convenire videantur, Piſcibus annumerabimus* Synopſ. Animal. p. 55.

De Piſcibus anguilliformibus, ſeu lævibus, lubricis.

P*Iſces anguilliformes vocamus, qui corpore ſunt lu-brico & ſquamis carente.* R. Icthy. p. 103.

I. *De Anguilla.*

ANguilla *Offic. Schrod. Aldrov. Geſn.* Aal. In lacubus, fluviis, ſtagnis, &c. vivit. *Uſu.* Pinguedo. *Vires.* Vulneraria eſt, capillos ge-nerat, in alopecia illita: auditum reſtituit au-ri inſtillata; hæmorrhoides mitigat *Schrod.*

II. De *Muſtela.*

MUſtela *Offic. Schrod.* fluviatilis *Geſn. Aldrov.* Fluviatilis, noſtratibus Aalpuyt nomine à Belgis mutuato, & *Burbot* Gallico vocabulo dicta *R. Icthy. p.* 125. Barbot *Bellon.* Aalraupe/ Quappe. In fluviis. *Uſu.* Hepar, ventriculus & Spina. *Vires. Hepar* in vitro ſuſpenſum caloríque expoſitum, in liquorem liqueſcit fla-vum, admodum utilem oculorum hebetudini ac nubeculis. *Ventriculus* commendatur ſum-mè ad affectus uterinos, præcipuè autem fer-

tur

tur secundinas pellere, colicosque dolores abigere, potus. *Spina* pulverisata caducum expugnare fertur. *Schrod.*

III. De Lupo Marino.

LUpus marinus *Schönf.* marinus *Schonfeldii Jons.* Marinus nostras & *Schonfeldii. R. Ichthy. pag.* 130. Anarthichas *Gesn.* Seewolff / à Balthicis populis Klipfisch vocatus. In mari capiuntur. *Usu.* Dentes molares Lapis Bufonites Officinis dictus, Krötenstein. Sunt bullæ instar, altera parte cavi, altera convexi; coloris ex fusco pallentis; aliquando fusci, interdum nigri, albi, viridis, versicoloris. *Vires.* Commendatur ad pestem & venena, ceu remedium præstantissimum, &c. *Schrod.*

D. *Merret* in Pinace rerum naturalium Britanniæ lapides *Bufonios* dictos, & pro Gemmis habitos nihil aliud esse quàm dentes molares hujus piscis his verbis ostendit. *Bufonius falsò sic dictus, demonstravi enim coram serenissima Majestate regia (in Collegio nostro qui interesse dignatus est exquisitissimis prælectionibus ornatissimi Collegæ Doctoris* Georgii Ent, *quem titulo Equitis aurati merito honoravit) hunc esse dentes molares Piscis Lupi, quem vide apud* Schwenckfelt *&* Jonst. de Piscibus, Tab. 47. *Et Aurifices summa cum admiratione confessi sunt hosce molares esse veros lapides Bufonios abs iis divenditos.* Mer. Pin. p. 210.

Pisces non aculeati tribus in dorso pinnis donati.

IV. De Asino Antiquorum.

ONos *Offic.* sive Asinus Antiquorum *Turn.* Asellus tertius seu Æglesinus *Gesn. Rondel.* Æglesinus vel Ægresinus *Bellon.* *Usu.* Ossicula è capite exempta Pharmacopolis nostris *Lapides Dentales* dicta fortè quod dentata sint: Longa sunt & tenuia, colore albicante; ab uno latere convexa, & velut characteribus notata, ab altero nonnihil concava, & striata marginibus dentatis, colore exalbido. *Vires.* Viribus cum Ossiculis capitum Percæ & Cyprini piscium convenit, ad quos lectorem remitto.

NB. *Ossiculum hoc pro* Dentalio *à Pharmacopolis nostris Londinensibus venditur.*

Pisces non aculeati.

V. De Harengiformibus.

HOrum nota characteristica est, linea serrata à squamis composita in ima ventris carina, color in lateribus & ventre argenteus, splendens, squamæ grandes & facilè deciduæ. R. Ichthy. p. 218.

1. Halec. *Offic. Schrod.* Harengus *Rondel. Gesn. Aldrov. Jons.* Chalcidis species *Bellon.* Häring. Piscis est marinus Germaniæ Oceano & alibi

alibi familiaris. *Usu.* Halec ipsum, & muria, quod brodium est, quo Halec vel alius piscis fuerit conditum. *Vires.* Integrum Halec salitum imponitur plantis pedum, ad humores à capite derivandos, æstumque febrilem domandum. *Cinis* exhibetur ad calculum atterendum. *Muria* inservit clysteribus, in Coxendicum dolore & Hydrope, mundificat ulcera fœtida, Gangrænam cohibet, strumas dissipat, ad Anginas valet cum Melle illitus, *Schrod.*

2. Encrasicholus *Offic. Aldrov. Jons.* Aphya Encrasicholus, quos alii Engraules, alii Lycostomos appellant *Rondel. Gesn.* Haleculæ *Bellon. Schönfeld* vocat Sehe Marencken / ling. German. recepta Anchovies. Sale conditæ in doliolis asservantur, & ad nos adferuntur. *Usu.* Garum quod ex his optimum conficitur. *Vires.* Iisdem usibus inservit quibus Muria Halecis.

VI. De Sturione.

Sturio *Offic. Schrod. Aldrov. Gesn. R. Ichy. p.* 239. Accipenser *Rondel.* Silurus *Salv.* Ein Stör / Stur / Sturlein. Maria eum gignunt, sed flumina maximè nobilitant. *Usu.* Ossa, & Caviarium, quod est massa, saponem Hamburgensem viridem colore & substantiâ referens, advehiturque magna copia ex Muscovia in Italiam & alibi, cujus condiendi modum *Gesnerus* refert. Ova exemptis quibusdam nervis qui intererant, lota ex aceto aut vino albo, in tabulam extendes ut exiccentur. Salita deinde in vase aliquo, aut involuta Sale, manu, non

tudicula, refringantur: in saccum raræ texturæ, ut inde humor exeat, conjicies. Postremò verò in seriam in fundo perforatam, ut si quid humoris inest, inde exeat, in usum repones, bene premendo & operculando. *Vires*. Ossa commendantur in Arthritide vaga, ut & in Colicis doloribus discutiendis exhibita. *Schrod.* Caviarium nutrit, Semen auget, libidinem excitat.

VII. De Ichthyocolla.

Ichthyocolla *Offic. Rondel. Bellon.* Ichthyocolla *Jonst.* Huso Ichthiocolla *Schrod.* Hausen / ein Leimichter Fisch ohne Graten. In fluviis magnis. *Usu.* Gluten *Ichthyocolla* dictum, substantia est ex albo flavescens, in spiras coacta, saporis glutinosi, odoris nullius, ex corio, intestinis, ventriculo, pinnis & cauda hujus piscis confecta, hoc modo. Partes dictæ in frustula tenuissima sectæ macerantur in Aqua calida quanta sufficit; hinc coquuntur lento igne ad consistentiam pultis, malaxanturque antequam refrixerint in massam & in pelliculas deducta. *Vires.* Siccat, explet, quadantenus mollit. *Schrod.* Incrassat Sanguinem & anodynum est, usurpatur etiam in exulceratione pulmonum & faucium, in fluore albo exhibetur cum successu: sunt qui exhibent in Dysenteria. Externè conglutinat.

Ichthyocolla, ex vesica Husonis fit, ut D. *Willughby* affirmat, at *Schroderus* ex corio ejus, &c. præparatam esse vult, *Schottus* ex pisce Ichthyocolla fieri statuit; hinc patet ex diversis piscibus

bus

bus, fieri, nimirum ex Husone & pisce hic descripto sub Ichthyocollæ titulo & fortasse etiam (inquit clarissimus & doctissimus vir D. *Joannes Raius*) aliis nonnullis.

Pisces non aculeati, quibus unica in dorso pinna, fluviatiles, dentati.

F*Luviatilium nomine aquarum dulcium incolas intelligimus, tam lacustres, quàm fluviatiles*. R. Icthy. p. 245

VII. De Lucio.

LUcius *Offic. Schrod. Aldrov. Gesn. Rondel. Bellon.* Ein Hecht. In fluviis familiaris est. *Usu.* Mandibula seu inferior maxilla, & Axungia. *Vires. Axungia* vulgare medicamentum est, illiniturque plantis pedum & pectusculis Infantulorum, ad revellendos catarrhos, & demulcendam tussim. *Mandibula* exiccat, abstergit. Hinc datur in Pleuritide ceu specificum; confert itidem ut & reliqua capitis ossicula in calculo, fluore albo mulierum, partuque difficili. Extrinsecus (cinis) sistit synoviam, vulnera inveterata mundificat, hæmorrhoides exiccat. *Schrod.*

Pisces non aculeati, quibus unica in dorso pinna, fluviatiles, & edentuli.

HIS maxillæ edentulæ sunt, dentes autem in gutture seu imo ore prope ventriculi orificium. Hinc malacostomi pisces dicti sunt. Vesica natatoria his omnibus bipartita. R. Icthy. p. 245.

IX. De Carpione.

CArpio *Offic.* vel Carpo *Schrod.* Cyprinus *Aldrov. Rondel. Gesn. Jonf. Bellon.* Carpa *Cassiod.* Ein Karpffe. In lacubus & fluviis. *Usu.* Fel, Axungia, Ossa in faucibus *Lapides carpionum* in Officinis dicta. *Vires. Fel* oculorum hebetudini & nubeculæ subvenit, *Axungia* nervorum affectibus calidis auxilio est. *Os triangularis* colicis doloribus calculosis, comitialibusque conferre statuitur, & ad Epilepsiam commendatur. *Schrod.*

Lapis palati ægris in gravi febris æstu allevamentum aliquod afferre traditur, quòd sitim sedet & refrigeret; sanguinisque è naribus fluxiones cohibere si ore contineatur, sunt qui affirmant. *R. Icthy. p.* 246. Ex Cyprinorum ovis Caviarium rubrum fieri solere Judæis dicatum scribit *Bellonius.*

X. De Tinca.

TInca *Offic. Schrod. Jons. Aldrov.* Omnium ferè Autorum *R. Icthy. p.* 251. Schleye. Piscis est mucosus excrementitius amans aquas palu-

palustres, cœnosas, lutosasve. *Vires.* Dissectus imponitur pulsibus manuum pedumq; plantis, ad mitigandum æstum febrilem, vel ad divertendum venenum pestilentiale, Simili etiam modo adhiberi solet in dolore capitis ac articulorum. Vivæ Tincæ una post alteram umbilico ac epati impositæ, donec moriantur, Icterum curare dicuntur, luteum nimirum contrahunt colorem. Incineratam tincam, præcipuè tegumentum, in fluore albo mulierum exhiberi cum successu vidi. *Schrod.*

XI. De Barbo.

BArbus *Offic. Rondel. Aldrov. Gesn. Jons.* Barbo *Schrod.* Mystus fluviatilis *Bellon.* Barbe / Barine. In fluviis. Piscis est in culinis satis laudabilis, officinis autem rarò in usu est. *Vires.* Ova nonnullis assumuntur ad ciendum vomitum & alvum, quod sat violenter perficiunt. Ova venenata esse vulgò creduntur, inquit *Rondeletius*, quod vim turbandæ alvi & ventriculi subvertendi habeant. Vide hac de re duas historias apud *Gesnerum p.* 143.

Pisces non aculeati quibus duæ in dorso pinnæ eriguntur.

XII. De Genere Truttaceo.

TRuttacei generis nota characteristica, quibus ab omnibus aliis piscibus queant distingui, est pinnula parva, adiposa, in extremo ferè dorso, nullis

radiis instructa. Cæterum truttaceum genus commodissimè dividitur in edentulos ut *Aschia*, & dentatos, ut *Trutta*. R. Icthy. p. 182.

1. Aschia & Thymallus *Offic.* Thymallus *Schrod. Gesn. Aldrov. Rondel. Jons.* Thymum *Bellon.* Asche. In fluminibus montosis. *Usu.* Axungia. *Vires.* Oculorum maculas, unguesque abstergit, sole liquata & melle permixta maculas cutis tollit, foveas post variolas relictas explet, illita. *Schrod.*

2. Trutta *Offic. Schrod.* fluviatilis *Aldrov. Gesn. Bellon. Rondel. Jons.* Fohre / Forelle. In fluviis saxosis & rapidis. Piscis est culinis creberrimus & laudabilis. *Usu.* Pinguedo. *Vires.* Hæc illinitur utiliter mariscis & ani fissuris. *Schrod.*

Pisces Spinosi quibus Pinnarum dorsalium radii aliqui aculeati sunt.

XIII. De Perca.

Perca *Offic. Schrod.* fluviatilis *Aldrov. Gesn. Rondel. Bellon.* Fluviatilis minor *Jons.* Porcus Niloticus *Strab.* Aurata fluviatilis *Trag.* Ein Barß / Bersich. In fluviis frequens. *Usu.* Ossa in capite reperta, juxta spinæ dorsi initium, *Lapides Percarum* Officinis dicti. *Vires.* Hi viribus conveniunt cum reliquis lapidibus testaceis, adhibenturque in calculo atterendo, renibus abstergendis. Extrinsecus in dentifriciis, vulneribus exiccandis. *Schrod.*

XIV. De *Mugile.*

MUgil *Offic. R. Icthy. p. 274. Aldrov.* Cephalus *Rondel.* Cephalus seu Mugil *Belon. Gesn.* In mari. *Usu.* Botargum i. e. Ova salita quæ hoc modo parant. Folliculos ovorum integros exemptos sale trito aspero operiunt per quatuor aut quinque horarum spatium, deinde inter duos asseres seu tabulas ligneas opprimunt per diem & noctem, postea lavant, tandem tredecim aut quatuordecim diebus continuis in sole exiccant, noctu sub tectum recipientes, NB. Alii ad fumum suspendere ajunt, procul tamen flamma, ne vehementem calorem sentiant. *Vires.* Dejectam appetentiam excitant, sitim proritant, vinique gustum jucundiorem reddunt. *R. Icthy. pag. 275.*

Pisces Cartilaginei.

PIsces Cartilaginei Plinio *dicuntur, qui pro spinis cartilaginem habent: qui intra se ovum grande concipiunt, quod in utero fovent & excludunt, adeoque vivum animal pariunt. Hi omnes squamis carent, pro branchiis autem seu potius branchiarum aperturis quinque habent utrinque foramina oblonga, eorumque mares duas appendices pinnis quæ podicem amplectuntur adnexas, quas mentulas esse putamus.* R. Icthy. p. 45.

XV. De Galeo.

MUstelus spinax *Offic. Bellon. Salvian. Ga*z spinus *Scalig.* Galeus acanthias *Jonſ.* A canthias ſive Spinax *Aldrov. Geſn. Rondel.* Hun Fiſch/ See-Hund. Cœnoſa maris receptacul incolit. *Uſu.* Cutis aſpera, cujus uſus eſt apu mechanicos ad Alabaſtritem, Sagittas, &c. po liendum, in medicina nunquam occurrit.

De Piſcibus Cetaceis.

CEtacei Piſces, autore Ariſtotele, *ii propriè di cuntur, qui magni ſunt, & perfectum animal e ſemine, non ex ovo gignunt, vel ſunt qui Qua drupedum viviparorum mole pulmone reſpirant, coëun concipiunt, vivos fœtus pariunt, & lacte alunt.* R Icthy. p. 21. & 22.

XVI. De Monocerote.

QUatuor Animalium terreſtrium monocero των ſpecies ab autoribus deſcribuntur. 1 *Oryx* biſulca ſeu Strepſiceros i. e. Lupus mari nus *Geſn.* & *Bellon.* 2. *Aſinus Indicus* monoceros 3. *Monoceros* Equi figurâ vulgo pictus. 4. *Rhino ceros.* Quarum priores tres, quicquid de iis garriant aut litigent Authores, pro fictitiis & fabuloſis habemus, nec ullum Animal terreſtre Unicorne præter Rhinocerotem agnoſcimus quem *Andreas Baccius* verum Monocerotem eſſe affirmat.

Piſcium

Piſcium quoque ſpecies aliquot Monocero-
es eſſe dicuntur; è Cetaceo genere duæ, qua-
um altera piſcis ille eſt cujus cornu aut po-
ius dens, intortus & intus concavus, in mu-
æis curioſorum ſæpius occurrit, eſtque Cornu
nonocerotis Officinarum, quem hic exhibeo,

Monoceros & Unicornu *Offic. Park.* Einhorn.
n freto Davis invenitur. *Uſu.* Dens prægran-
lis, candidus, teres, ſtriatus, tornabilis,
ex mandibulâ ſuperiori ſiniſtra, eodem fere
nodo ac Elephantis prodiens, dextra autem
citò decidit. Ab Ebore diſtingui poteſt, fibris
quas ſubtiliores exhibet, ſimul & ſolidius ac
gravius ferè eſt; in cæteris ebur æmulatur.
Vires. Sudoriferum eſt, Alexipharmacum,
ac Cordiale. Hinc laudatur adverſus venena,
morbos contagioſos, &c. Proficuum quoque
cenſetur in Epilepſia infantum. *Schrod. Andreas
Baccius* qui integrum de Unicornu Tractatum
conſcripſit, ejus fragmenta annulis includere
jubet, digitiſque circumferre, vel de collo,
loco amuleti, ſuſpendere ut cutim tangat.
Eandem vim habet cum Cornu Cervi, Ebo-
re, &c.

Fruſtula cornuum quæ nomine monocero-
tis venduntur nihil ſunt aliud, ut affirmat
Paulus Amannus, quàm Oſſa Balænæ, Equi Ma-
rini, aut Elephanti dentes, qui juxta *Cardanum*
artificio ita ſequacia reddi poſſunt ut Mono-
cerotis mentiantur.

XVII, De

XVII. De Cete.

1. ORca *Offic. Aldrov. Gesn. Rondel. Bellon. Jo*
Trompa *Park.* An Cetacei generis pisc
quem nostrates Grampus vocant *Mer. Pin*
Ein grosser Braun-Fisch. *Schönfeld.* In Ma
Groenlandico & Islandico capiuntur. *Usu.* Pi
guedo quædam naturalis, substantiæ squamos
albæ, teneræ, mollis, quasi ex parvis raris fu
furaceis squamis conflata, nata in ventricul
cerebri, aliquando etiam ex maris superfici
collecta, lixivii beneficio purificata, saporis pin
guis & viscosi. NB. 1. Quod ad nos transfertu
rarò colligitur è summo mari, potius qui Gro
enlandium navigant, colligunt ex ipsa super
ficie cerebelli Balænarum interfectarum & pe
pannum exprimunt & cùm domum veniun
lixivio forti extrahunt pinguedinem omnen
superfluam, ut album reddatur. 2. In aliis pisc
bus præter Orcam non reperitur, inquit *Wor*
mius. Alii autem inter lobos Tuberonis cerebelli
propriis manibus se collegisse affirmant, ali
sedem collocant in cavitate glandulosâ Maxilla
interioris. *Vid. D. Tyson de Anatom. Phocænæ*
Eligatur candidum, pingue, recens, non ranci-
dum, neque flavum. *Vires.* Humectat, resolvit,
anodynum est, proin vulgaris usus in coagulati
sanguinis resolutione à casu vel similiter con-
tracti. In torminibus colicis sedandis, ut & in
torminibus ventris Infantum mitigandis. In
Tussi tartaroque pulmonum demulcendo. Ex-
trin-

rinſecus ſunt qui cicatricibus exanthematum illinunt, ut carne eas repleant. *Schrod.*

De Spermate Ceti Authores in varias opiniones diſtracti ſunt. *Schroderus* Mineralibus illud accenſet, & bituminis genus in Mari collectum eſſe vult. Sunt autem alii qui florem ſalis à Veteribus deſcriptum nominant, adeoque ſpumoſum quid ſalis marini eſſe perhibent. Verum & hi hallucinantur, inquit *Schroderus*. 1. Quòd cum veterum flore ſalis, qui ruber & liquidus deſcribitur, minimè conveniat. 2. Quòd ſit citra vim abſterſoriam & ſalſam, quam ſpuma ſalis utique referat. Verùm plerique Philoſophi Animali cuidam originem ſuam debere contendunt. Hi tamen etiam ſententiis ſuis diviſi ſunt. Nonnulli Ceti cujuſdam Sperma revera eſſe ſtatuunt, ut nomen ipſum arguit. *Geſnerus* Lac Balænarum in mare effuſum & ibi concretum eſſe vult. *Borrichius* quod ſit ſpinalis Medulla contendit. Alii denique Cerebrum ipſum eſſe exiſtimant. Quod Sperma non ſit oſtendit *Wormius*, Corpus illud inquiens, quod à nobis Sperma Ceti vocatur, non eſt ipſum ſemen ſed liquor Cerebri non cujuſvis Ceti, ſed hujus generis qui *Orca* vocatur. Ejuſdem opinionis eſt *Cluſius*. Quodque nec lac ſit, neque ſpinalis Medulla, neque Cerebrum ipſum ab ipſius pinguedine demonſtrari poteſt. Quid ſit, quibuſque in Animalibus inveniatur jam ante oſtendi. Fieri itaque poteſt, ut tam in mari, quàm in tali Ceto reperiatur hæc materia, inquit *Ammannus*. In Ceto, quando capitur quia generatur

tur in ejus cerebro: In mari autem quando h[...] Cetus pugnando cum aliis occubuit, fracto cr[...]nio, vel etiam certo tempore, instinctu natur[...] per proprios meatus sponte evacuavit.

2. Cetus *Offic. Schrod.* Balæna *Aldrov. Rond[...] Gesn. Bellon.* Vulgo *Jonſ.* An Cetus Britannic[...] *Mer. Pin.* Balæna Britannica antiquorum? Wa[...]fisch. In mari. In *Usu.* est Axungia, sed in Offi[...]cinis rarò, inter Mechanicos frequenter, [...] etiam laminæ corneæ in ore positæ nostratibu[...] Fischbein dictæ. *Vires.* Axungia medetur scabi[...] illita. *Schrod.*

SECTIO SECUNDA.

De Avibus.

Aves sunt, animalia Sanguinea, ovipara, plum[...]sa, alata, bipeda, pulmone respirantia, corde duo[...]bus ventriculis prædito, capite rostrato, rostr[...] substantiæ corneæ, dentibus carentia.

Aves sunt vel

- a Terrestres
  - b Rostro & unguibus aduncis; carnivoræ & rapaces[...]
    - c Diurnæ quæ interdiu prædantur
      - Majores; atque hæ vel
        - Generosiores; *A[...]quila.*
        - Ignaviores; *Vultur*[...]
      - Minores, ad aucupium institui solitæ
        - Macropteræ, i. e. alis longis & caude fer[...] æqualibus instructæ; *Milvus.*
        - Brachypteræ, i. e. alis brevibus & ab extre[...]mâ caudâ multum deficientibus, digitis[...] posticis.

Singulis[...]

a b c Singulis, unguibus nigris; *Accipiter.*
Binis, unguibus etiam luteis; *Cuculus.*
Nocturnæ, quæ internoctu volant & prædantur; *Noctua.*
Rostro & unguibus rectioribus minusque hamatis, suntque vel.
Maximæ, singulares & sui generis, ob corporum molem & alarum parvitatem volandi impotes: *Struthio.*
Mediæ magnitudinis, rostris instructæ
Magnis, crassis, validis & oblongis, quæ vel sunt
Victu promiscuo, ex carnibus & insectis, colore
Nigricante, corpore
Majore; *Corvus.*
Minore; *Cornix.*
Vario, ex nigro & albo; *Pica.*
Insectivoræ; *Upupa.*
Minoribus & brevioribus, quæ vel carne
Alba, eæque vel
Cicures seu domesticæ, cauda
Longissima, corpore majore; *Pavo.*
Breviore, corporeque etiam minore; *Gallus.*
Feræ seu sylvestres,
Major; *Perdix.*
Minor; *Coturnix.*
Nigra
Torque carentes; *Columba.*
Torquati
Major; *Palumbus.*
Minor; *Turtur.*
Minimæ, Aviculæ dictæ, quæ vel sunt rostris
Longissimis, pisciveræ; *Alcedo.*
Brevioribus
a

Tenuibus,

Tenuibus, insectivoræ, cauda
- Unicolore, digito postico
  - Longissimo; *Galerita.*
  - Breviore & majore; *Passer troglodytes.*
- Bicolore longissima
  - Forcipata, alis longissimis; *Hirundo.*
  - Non forcipata, pennis exterioribus
    - Omnibus albis; *Motacilla.*
    - Extremis tantum; *Parus.*

Crassis; *Passer.*

Aquaticæ sunt vel

Fissipedes, quæ circa aquas versantur, & in aquosi[s] plerumque victum quærunt, aquis tamen no[n] innatant,
- Maximæ; *Grus.*
- Minores piscivoræ, collo
  - Longiore; *Ardea.*
  - Breviore; *Ciconia.*

Palmipedes quæ aquis innatant, cruribus breviori-bus donatæ, tetradactylæ, digito postico soluto, latirostæ, corpore
- Majore, collo
  - Longiore, rostro & pedibus nigris; *Cygnus.*
  - Breviore, rostro & pedibus rubris; *Anser.*
- Minore; *Anas.*

Aves aquaticæ fissipedes.

HÆ omnes longicruræ sunt, cruribus quoque supra genua aliquousque nudis, ut aquas vadosas commodius ingrediantur, circa aquas versantur, & in aquosis victum quærunt; aquis tamen non innatant. R. Ornith. p. 199.

I. De

I. De Grue.

GRues ab Ardeis differunt, 1. Ungue medii digiti minimè serrato. 2. Magnitudine qua illas superant. 3. Rostro breviore. 4. Ventriculo Musculoso. 5. Appendicibus binis, cum Ardeæ singulas habeant. 6. Mira asperæ arteriæ revolutione. R. Ornith. p. 200.

Grus *Offic. Schrod. R. Ornith.* Kranich. Sæpissimè ad nos commeant. *Usu.* Avis integer. Pinguedo, Fel, Caput, Oculi, Ventriculus, Medulla tibiæ. *Vires.* Avis hæc quia nervosa est, nervosis ac membranosis partibus peculiariter convenire statuitur. Hinc usus ejus commendatur in doloribus colicis. *Pinguedo* surditati auxilio est, auribus instillata, Lienis duritiem, aliosque tumores renitentes emollit, rigori cervicis velocissimè succurrit, ejusdemque naturæ esse dicitur cujus Anserina pinguedo. *Fel* oculis prodest. *Caput, Oculi, & Ventriculus* pulverisata fistulis, cancris, & varicosis ulceribus insperguntur. *Medulla tibiæ* inservit unguento Ophthalmico inde parando. *Schrod.*

II. De Ardea.

ARdearum autem familia hac certissima nota ab aliis omnibus avium generibus distinguitur, quòd nimirum intestinum cœcum unicum & simplex singulæ obtineant, cum aliæ aves geminas nactæ sint. R. Ornith. p. 203.

Ardea *Offic. Schrod.* Cinerea major *Jonst. R. Ornith. Aldrov.* Pulla sive cinerea *Gesn.* Reiger. *Usu.* Pinguedo sive Axungia. *Vires.* Rarus usus

est in Medicina, lenire tamen dicitur Podagricos dolores, oculorumque nebulas discutere, & visum clarificare illata; hinc & surdastris conferre indita auribus. *Schrod.*

III. De *Ciconia.*

Notæ sunt, Collum brevius & crassius quàm in Ardeis, rostro crepitat crebro mandibularum ad se mutuo appulsu, ungues sunt lati humanis similes.

Ciconia *Offic. Schrod. Aldrov. Gesn. Jons.* Alba *R. Ornith. p.* 210. Storch. Raró huc advolat, *Usu.* Avis ipsa, Fel, Axungia, Stercus, Ventriculus. *Vires.* Ciconia vim habet alexipharmacam insignem, adeò ut contra omnis generis venena & imprimis contra pestem præstantissima censeatur; insuper nervosis & articularibus affectibus succurrit. *Fel* ad oculorum vitia commendatur. *Axungia* podagricis & tremulis articulis utiliter illinitur. *Stercus*, si ex aqua hauriatur, comitialibus aliisque morbis capitis prodesse credunt. *Ventriculus* exiccatus ac pulverisatus pro maximo secreto habetur in venenis. *Schrod.*

Aves palmipedibus cruribus brevioribus latirostræ.

Palmipedibus autem in genere hæ notæ conveniunt. 1. Tibiæ breves. 2. Crura ad articulos genuum plumis vestita. 3. Digiti postici breves. 4. Digitus anticus extimus intimo breviore. 5. Uropygia minus erecta, quam aliarum avium. 6. Unguem seu appen-

appendicem habent in extremitate laminæ rostri superioris. 7. Capita ad latera compressa obtinent. R. Ornith. p. 241.

Anserinum genus.

NOtæ sunt, *Moles corporis major; collum oblongum, alæ amplæ, cauda quoque ampla & in circularem ferè circumferentiam terminata, annulus circa uropygium albus, dorsum rotundius & elatius, nec adeò plantum & depressum ac in Anatino genere, rostrum ad basin crassius, versus apicem tenuius, minusque planum ac resimum quam Anatibus.* R. Ornith. p. 271.

IV. De *Cygno.*

CYgnus *Offic. Aldrov. Gesn. Jons.* mansuetus *R. Ornith.*. Olor *Schrod.* Schwan. *Usu.* Adeps. *Vires.* Emollit, lenit, attenuat, adeoque utilis est hæmorrhoidibus, vulvari duritiei, oculos purgat, cum vino lentigines cutis tollit. *Schrod.*

V. De *Ansere.*

ANser *Offic. Schrod.* domesticus *R. Ornith. p. 273. Aldrov. Gesn. Jons.* Ganß. *Usu.* Pinguedo, Sanguis, Stercus, Cuticula pedum. *Vires. Pinguedo* calore suillam superat, suæque subtilitatis ratione promptius penetrat ac resolvit, adeoque rectè per anum injicitur, ad obtundendam erosionem in alto corporis sitam; alopecias capillis explet, rimis labiorum medetur, tinnitui aurium succurit, spasmum

nervosque rigidos sanat, alvum laxat, præcipuè infantum. *Sanguis* alexipharmacus habetur. *Stercus* calefacit & siccat vehementer, incidit, aperit; Menses, secundinam & urinas potenter movet. Hinc maximi usus in morbo regio, Ictero, Hydrope, Scorbuto. *Cuticula pedum* exiccata & pulverisata ob abstringendi vim commendatur in profluvio mensium sistendo. Extrinsecus cum successu pernioni imponitur. *Schrod.*

VI. De Anate.

ANas *Offic. Schrod.* domestica *Aldrov. Jons.* Domestica vulgaris *R. Ornith. pag.* 293. Cicur *Gesn.* Ente / Endt-Vogel. *Usu.* Anas viva, Adeps, Sanguis, Fimus. *Vires.* Viva sedat dolores colicos, si ventri imponatur, parte deplumata. Eapropter eo utimur in dolore interno & externo, scil. laterum, artuum, in nervorum frigida intemperie, &c. *Sanguis* alexipharmacus est, & hinc inter antidota nonnunquam ascitur. *Fimus* morsui venenatorum animalium imponitur. *Schrod.*

Aves terrestres minores seu Aviculæ.

AViculæ in genere dividi possunt in 1. Longirostras seu piscivoras. 2. Tenuirostras seu insectivoras. 3. Rostris brevibus ac crassis seu phytivoras.

Aviculæ rostris longissimis seu Piscivoræ.

VII. De *Ispida.*

AVis est speciosa, passere paulo amplior, rostro longo, colore, tum cœruleo, tum viridi, tum purpureo, juxta glaciem rivulorum degens.

Ispida *Offic. Aldrov. Gesn. Jons.* an Veterum Alcyon. *R. Ornith?* p. 101. Alcedo *Schrod.* Eiß-Vogel / Eisen-Gart. *Usu.* Cor. *Vires.* Siccatum & collo infantum appensum comitialem arcere volunt. *Schrod.*

Aviculæ rostris tenuibus seu Insectivoræ.

VIII. De *Alauda.*

NOtæ sunt, Calcaneum seu digiti postici unguis prælongus, color plumarum testaceus terreusve; in sublime evolantes cantillare. R. Ornith. p. 148.

Galerita *Offic.* Alauda *Schrod. Aldrov. Gesn.* major *Jons.* Vulgaris *R. Ornith. pag.* 149. Lerche. *Usu.* Avis ipsa, cor, sanguis. *Vires.* Avis ipsius cor femori alligatum arcere colicum dolorem aiunt, idem quoque de corde recenti devorati perhibent, Sanguis recens ex aceto acri aut vino calido haustus, calculosis efficacissimè subvenit. *Schrod.*

IX. De Hirundine.

Notæ sunt, Caput grande, rostrum breve; Oris hiatus amplus: Pedes breves & exigui: Alæ longissimæ: Volatus pernix & ferè continuus: cauda longa & forcipata, ad corpus expeditiùs flectendum & circumagendum. R. Ornith. p. 154.

Hirundo *Offic. Schrod.* domestica *Aldrov. Gesn. Jons. R. Ornith. pag.* 155. Vulgaris *Scalig.* Schwalbe. *Usu.* Avis integra, Cor, Sanguis, Lapilli, Nidus, Stercus. *Vires.* Integræ & earum pulli Epilepsiæ specificè subveniunt, oculorum hebetudini, lippitudini, cinis cum melle illitus, Anginæ ac Uvulæ inflammatæ medetur. *Cor* Epilepsiæ itidem conferre, memoriamque roborare aiunt, alii contra quartanam devorant. *Sanguinem* peculiariter oculis conferre volunt. *Lapillus* in pullorum nonnullorum ventriculo, (rarò licet) invenitur, Chelidonius dictus, grani, lentis vel pisi magnitudine. Hunc Epilepsiæ puerorum convenire volunt, brachio alligatum vel collo suspensum. *Nidus* auxilio anginæ est, oculorum rubedini medetur: Ictui viperino convenit impositus *Stercus*, calefacit impensè, discutit, acre est. Usus præcipui in morsibus canis rabidi, in doloribus colicis & nephriticis, alvum irritat. *Schrod.*

X. De Passere troglodytide.

Passer troglodytes *Offic. Schrod. Aldrov. Gesn. Jons. R. Ornith. p.* 164. Regulus *Bellon.*

Turn. Zaun König. *Vires.* Maximopere commendatur ad calculum atterendum & expellendum, ſive integer evulſis pennis ſale conditus crudè devoretur, ſive incineratus aſſumatur. *Schrod.*

XI. De Motacilla.

AVicula eſt circa fluenta præcipuè degens, cauda tremula bicolore.

Motacilla *Offic. Schrod.* alba *Aldrov. Geſn. Jonſ. R. Ornith. p.* 171. Culicilega *Turn.* Albicula *Gaz.* Cnipologus *Ariſtotelis Bellon.* Bachſteltze / Queckſteltze. *Uſu.* Avicula integra. *Vires.* In calculo atterendo vis mira prædicatur. *Schrod.*

XII. De Paro.

PAros vocamus, aviculas quæ circa arbores plerumque verſantur, deque inſectis quæ ibi inveniunt præcipuè victitant. Irrequietæ ſunt & certo aliquo loco reſidere neſciæ, at modò hanc modò illam arborem petunt, Roſtra his brevia: Corpuſcula exigua, caudæ longæ. R. Ornith. p. 174.

Parus *Offic.* major *Aldrov. Geſn. Jonſ.* Carbonarius *Turn.* Carbonarius major *Schrod.* Fringillago ſeu Parus major *R. Ornith.* Kohlmeiſe / Spiegelmeiſe. *Uſu.* Avicula ipſa. *Vires.* Efficax prædicatur adverſus renum calculos & colicos cruciatus, in cibo vel cinere exhibitus. *Schrod.*

Aviculæ magnis crassis & validis rostris seu Phytivoræ.

XIII. *De Passere.*

ROstra eis brevia, crassa, nonnihil incurva, color testaceus, terreúsve. R. Ornith. p. 182.

Passer vulgaris *Offic. Schrod.* domesticus *Aldrov. Gesn. Jonſ. R. Ornith.* Sperling. *Vires.* Quia avis salacissima est, commendatur ad Venerem, comesta præcipuè cerebella. *Schrod.*

Aves rostro & unguibus minùs hamatis Majores.

HÆ sunt vel rostris crassis, validis & longiusculis rectis, vel rostris brevioribus aut minoribus donatæ.

Aves majores rostris crassis, validis & longiusculis rectis.

HÆ sunt vel carne, insectis & frugibus, vel insectis & frugibus promiscuè vescentes, vel insectis tantum.

XIV. De *Corvo.*

COrvus *Offic. Schrod. Aldrov. Gesn. Jonſ. R. Ornith. pag.* 82. Rabe. *Usu.* Pulli, Cerebrum, Pinguedo, Sanguis & Stercus. *Vires.*

Pulli

Pulli incinerati commendantur ad comitialem morbum, & ad Podagram, Alphos, itidemque *Cerebrum* ad Epilepſiam. *Pinguedo & Sanguis* capillos reddit nigros. *Stercus* Infantum tuſſim, doloremque dentium ſedare aiunt, de collo ſuſpenſum. Sunt qui *Ova* in Dyſenteria exhibent. *Schrod.*

XV. De Cornice.

COrnix *Offic. Schrod. R. Ornith. p.* 83. *Geſn. Jonſ.* Nigra *Aldrov.* Simpliciter *Turn.* Krähe. *Uſu.* Fimus. *Vires.* Fimum in vino potum Dyſenteriam ſanare tradit *Kyranides. Schrod.*

XVI. De Pica.

PIca *Offic. Schrod.* Varia caudata *R. Ornith. p.* 87. Varia ſive caudata *Aldrov. Geſn. Jonſ.* Aglaſter oder Atzel. *Vires.* Avis hæc maximè commendatur ad oculorum obſcuritatem, ruborem, dolorem, comeſta vel incinerata, oculiſque indita, vel quocunque modo appoſita. Convenit & Maniacis, Epilepticis, Melancholicis cinis exhibitus. *Schrod.*

XVII. De Upupa.

UPupa *Offic. Schrod. Aldrov. Geſn. Jonſ.* Wiedehopff. Avis eſt melancholica, ſpurciſſima, victitans vermiculis in ſtercore repertis, Erucis, Scarabæis, &c. *Uſu.* Caro, Pennæ. *Vires. Caro* ejuſque decoctum proprietate ſua colicos juvat, aſſumpta. *Avicen. Pennæ* dolores capitis demulcere dicuntur, impoſitæ. *Schrod.*

XVIII. De Struthione.

Avis est maxima, exotica, ob corporis molem & alarum parvitatem ad volandum omnino inepta, facultate chylifica celebris.

Struthio *Offic. Schrod.* Struthio - camelus *Aldrov. Gesn. Jons. R. Ornith.* Strauß. *Usu.* Tunica ventriculi, Adeps, Ova. *Vires.* Tunica interior Ventriculi ventriculum corroborat, calculosque dissolvit mirè. *Adeps* nervosis partibus convenit, duritiem Lienis mollit, dolores nephriticos mitigat, inunctus. *Schrod. Ova* Usta & in aceto trita impetigines emendant. *Jons.*

Aves majores rostris brevioribus aut minoribus donatæ, seu Granivoræ.

HÆ sunt vel carne alba seu Genus gallinaceum, vel carne nigra seu Genus Columbinum.

Gallinaceum Genus.

Gallinacei generis notæ sunt, 1. Rostrum habere breve, validum & nonnihil recurvum, ad grana colligenda perquam idoneum. 2. Corpus crassum, carne multa, alba, præcipuè musculorum pectoris. 3. Alas breves & concavas. 4. Ventriculum crassis musculis instructum. 5. Appendices seu intestina cæca longissima. 6. Multiparum esse & humi nidificare. R. Ornith. p. 108.

XIX. De

XIX. De *Gallo gallinaceo.*

GAllus & Gallina *Offic. Schrod.* gallinaceus & Gallina domeſtica *R. Ornith. p.* 109. *Jonſ.* Hahn und Henne oder Huhn. N. Gallus caſtratus *Capo* dicitur. *Uſu.* Avis integra, Cerebrum. Tunicæ Ventriculi, Teſticuli, Fel, Pinguedo, Guttur, Stercus, Ova. *Vires.* Gallina diſſecta ſanguine adhuc calente imponitur capiti in Phrenitide, Cephalalgia, &c. Morſibus itidem venenatorum animalium ſimili ratione mederi ajunt: anthracibus impoſita venenum elicit; nec prætereundum, quod ſanguinis eruptionem in vulneribus recentibus ſiſtat. *Viva* circa anum deplumata è bubonibus venenum extrahit, impoſita. *Cerebrum* vim habet incraſſandi, fluxuſque compeſcendi. *Tunica interior* ventriculi extracta, ſiccata & pulveriſata, ſingularem vim habet tum aſtringendi & corroborandi ventriculum, adeoque vomitum & fluxum alvi compeſcendi, tum & calculum comminuendi. *Teſticuli* deperditas in morbis vires mirificè reſtituere dicuntur, ſemen prolificum ſuppeditant, & Venereas vires roborant. *Fel* maculas cutis aufert illitum, oculis convenit. *Pinguedo* Gallinarum & Caponum calefacit, humectat, emollit, lenit, mediaque inter ſuillam & anſerinam exiſtit, harumque acrimoniam obtundit: convenit labiorum rimis, aurium doloribus, oculorum puſtulis. *Guttur* galli uſtum & non conſumptum, ſed toſtum & exiccatum, ſub noctem ante cœnam exhi-

exhibitum, specifica proprietate sanat mictio-
nem involuntariam nocturnam. *Solenand. s. 4
Cons.* 11. *Stercus* omnia eadem præstare aptum
est, quæ columbinum, sed inefficacius, priva-
tim tamen colico & uterino dolori convenit
Valet itidem ad icterum, calculum & urinæ
suppressionem. N. Præstantius habetur id,
quod in stercore album est. Extrinsecus exic-
cat achores capitis, aliamque scabiem manan-
tem cinis inspersus. Luteum stercoris conso-
lidat Vesicæ exulcerationem. *Ova* medicinæ
exhibent testas, membranulas, albumen vitel-
lumque. *Testæ* vim habent lithontripticam, tar-
tareamque mucilaginem incidendi. *Membra-
nulæ* vim habent diureticam intrinsecùs & ex-
trinsecùs adhibitæ, præputioque imponuntur
infantum. *Albumen* vim habet refrigerandi,
astringendi, agglutinandi, Ususque crebri est
in oculorum rubedine, in conglutinatione vul-
nerum (cum Bolo communi) in fracturis, &c.
Inservit & anacollematis. N. *Hippocrates* ex-
hibet febricitantibus albumina N. 3. aut 4. ad
refrigerandum & egerendum. *Vitellum Ovi*
vim habet anodynam, maturandi, digerendi,
laxandi, proinde usu creberrimo Clysteribus
immisceri, quin & cum salis tantillo mixtum
infantum umbilico (in testa juglandis) imponi
solet ad ciendam alvum. *Schrod.* Qui plura
velit *Aldrovandum* & *Schroderum* adeat.

XX. D

XX. De Pavone.

Avis hæc passim nota, vel sola caudæ longitudine, & gemmantibus oculis ab aliis omnibus abundè distinguitur, &c. R. Ornith. p. 112.

Pavo *Offic. Schrod. Aldrov. Gesn. Jons. R. Ornith.* Pfau / Pagelun. *Usu..* Integer, Adeps, Fel, Stercus, Penna, Ova. *Vires.* Jus pavonis Pleuriticis specificè fertur prodesse, præcipuè si sit pingue. *Adeps*, cum succo Rutæ & Melle, colicos affectus optimè sanat. *Fel*, oculorum hebetudini, fluxionibus, asperis item superciliis medetur. *Stercus*, proprietate Vertiginem & Epilepsiam sanat, (in dies multos exhibitum) nimirum exiccatum & pulverisatum ℥j. maceratur per noctem in vino, &c. *Pennæ* adhibentur in suffitu, adversus uteri ascensum. *Ova* exhibentur ad curandam arthritidem vagam dictam. *Schrod.*

XXI. De Perdice.

Perdix *Offic. Schrod.* cinerea *Aldrov. Gesn. Jons. R. Ornith.* Rebhun / Feldhun. *Usu.* Caro, Medulla, Sanguis, Jecur, Fel, & Pennæ. *Vires. Caro* comesta semen atque lac auget, Venerem excitat. *Medulla* ut & Cerebrum propinatum, Ictericos juvare dicitur. *Fel* ad affectus oculorum præfertur aliis. *Sanguis* oculis cruore suffusis & recentibus eorum vulneribus illinitur. *Jecur* siccatum ad ignem & pulverisatum, morbo regio resistit singularisque fertur antidotus contra febrem, si aliquoties in

Aqua

Aqua Millefolii assumatur. *Crato.* *Pennæ* inserviunt suffocationi uterinæ (suffitus naribus admotus) doloribus colicis, aliisque mitigandis, discutiendis &c. *Schrod.*

XXII. De Coturnice.

COturnix *Offic.* *Schrod.* *Aldrovand.* *Gesn.* *Jons.* Wachtel. *Usu.* Pinguedo & Excrementa. *Vires.* Pinguedo oculis prodest maculas abstergendo. Excrementa Coturnicum helleboro vescentium (quod ipsis ut quidam scribunt, in alimentum cedit) singulari proprietate quadam conferre Epilepticis quidam volunt. *Schrod.*

XXIII. De Columbis.

COlumbarum notæ, omnibus speciebus communes, quibus ab aliis avium generibus distinguantur, non admodum multæ sunt, viz. Figura corporis peculiaris, cuculum referens, tibiæ breves, Alæ prolongæ, volatus pernix, Vox gemebunda, bina duntaxat unica vice ova ponere; sæpius tamen in anno parere, pedes rubri & sanguinei. R. Ornith. p. 150.

1. Columba *Offic.* *Schrod.* *Jons.* vulgaris *Aldrov.* *Gesn.* Domestica seu vulgaris *R. Ornith.* Hauß-Daube. *Usu.* Columba viva, Sanguis, Tunica ventriculi, Fimus. *Vires.* Columba viva per medium dissecta, capitique dum sanguine adhuc calet, imposita, feroces humores mitigat, melancholicam tristitiam discutit. Hinc convenientissimum medicamen est, in Phrenitide, Cephalalgia, Melancholia, Podagra.

gra. *Sanguis* tepens oculis inſtillatus, dolorem, lippitudinemque ſedat, ſuffuſiones ſanguinemque diſcutit, vulnera recentia curat: Peculiariter cruorem è membranis cerebri erumpentem cohibet, podagricum dolorem mitigat. *Tunica ventriculi* exiccata & pulveriſata commendatur in Dyſenteria. *Fimus* vehementer excalefacit, (ob nitroſam facultatem qua maximè pollet) ideoque urit, diſcutit, ruborem cutis ſanguinem alliciendo excitat. Hinc uſus frequentis in Cataplaſmatis & Emplaſtris rubificantibus. Sic tritus & cribatus cumque ſemine Naſturtii impoſitus, facit ad affectus inveteratos; cujuſmodi ſunt Arthritides, Hemicrania, Vertigo, Cephalalgia, &c. Internè calculum atterit & urinam pellit. *Schrod.*

2. Turtur *Offic. Schrod. Aldrov. Geſn. Jonſ.* Turtel-Daube. *Uſu.* Integer avis, Adeps. *Vires.* Turtur viribus cum Columba convenit, peculiariter tamen commendatur in Dyſenteria, ac præcipuè in ſiſtendo menſium profluvio. *Pinguedo* inter aſſandum collecta illinitur Renibus, ventri, pectori, inguinibus, &c. *Schrod.*

3. Palumbus *Offic. Schrod.* Torquatus *Aldrov. Turn.* Major *Jonſ.* Ringel-Daube/ Holtz-Daube. In Sylvis. *Vires.* Convenit cum Columba, exuſtæque plumæ Ictericos reficere, calculoſis, Urinæque difficultatibus ſubvenire dicuntur. *Schrod.*

Aves rostro & unguibus aduncis seu Rapaces vel Carnivoræ.

HÆ vel sunt Diurnæ vel Nocturnæ.

Aves Rapaces Diurnæ.

RApacibus in genere hæ notæ conveniunt. Caput habere grande, collum breve, rostrum & ungues aduncos, validos, acutos, ad rapinam & lanienam comparatos: Femora itidem valida, Linguam latam, crassam, carneam & humanæ similem. R. Ornith. p. 25.

XXIV. De Aquila.

AVis rapax diurna, è maximis, omnium generosissima, rostro à radice statim adunco. R. Ornith. p. 26.

Halietus *Offic. Turn. Aldrov. Gesn. Jons.* id est, Aquila marina *R. Ornith. p.* 29. Nisus *Veterum* Adler. *Usu.* Medulla crurum & ossium; in medicina autem raró occurrit; ad Pisces capiendos utilis esse vulgò creditur.

XXV. De Vulture.

NOtæ sunt: Rostrum non confestim atque à fronte enascitur in hamum curvatum, verùm post duorum digitorum continuam rectitudinem; Collum fere implume habere: Ingluviem ante ventrem velut sacculus propendentem. R. Ornith. p. 34.

Vultur

Vultur *Offic. Schrod.* niger *Aldrov. Gesn. Jonſ. Bellon.* Geyer. *Uſu.* Caro, Pinguedo, Cerebrum, Fel, Fimus. *Vires. Caro* convenire judicatur affectibus capitis, Epilepſiæ, Hemicraniæ, & ſimil. Decoctum cutis vitia ſanare perhibetur. *Pinguedo* convenit nervis. *Cerebrum* ſubvenit capitis imbecillitati. *Fel* Epilepſiam arcere dicitur, aſſumptum cum vino. *Fimus*, nidore partum excutit. *Schrod.*

XXVI. De *Milvo.*

MIlvus *Offic. Schrod. Aldrov. Geſn. Jonſ. Turn.* vulgaris cauda forcipata *R. Ornith. pag.* 41. Weihe/ Hüner-Dieb. *Uſu.* Ipſe incineratus, Caput, Epar, Sanguis, Fel, Stercus, Pinguedo. *Vires.* Incineratus Podagræ, Epilepſiæque ſubvenire dicitur, exhibitus; idem de capite affirmant, ac Epate incineratis. *Epar* inſuper oculorum Medicamentis adhibetur. *Sanguis* podagricos juvat, cum Urtica mixtus & impoſitus. *Fel* oculariis additur. *Stercus*, articulis cum ſucceſſu imponitur. *Pinguedo*, articulorum doloribus illinitur. *Schrod.*

XXVII. *De Accipitre.*

ACcipiter *Offic. Schrod.* Fringillarius *Aldrov. Geſn. Jonſ.* Fringillarius & Niſus *Mer. Pin.* Fringillarius, ſeu Recentiorum Niſus *R. Ornith. pag.* 51. Habich. *Uſu.* Accipiter integer. Adeps, Excrementa. *Vires.* Integer oculorum vitiis ſuccurrit, in oleo coctus, oculoque inunctus. Idem ſentiendum de *Adipe*: Inſuper

omnibus vitiis cutis medetur oleum illud illitum. *Excrementa* calefactoria vi adeò pollent, ut à *Galeno* ex foro Medico eliminentur, nihilominus tamen sunt, qui oculorum vitiis arcendis adhibeant, aliis ad partum promovendum exhibita, vel in suffitu adhibita. *Hippocrates* & *Plinius* ad sterilitatem emendandam propinant. *Schrod.*

XXVIII. *De Cuculo.*

CUculus *Offic. Schrod. R. Ornith. Jons. Aldrov. Rondel.* Coccyx *Mer. Pin.* Kuckuck. *Usu.* Avis ipsa, Fimus. *Vires.* Ustus commendatur ad calculum, ventriculi dolorem & humiditatem. *Rondel.* Datur & utiliter febricitantibus paroxysmi tempore, medetur Epilepticis, &c. *Fimus*, morsum canis rabidi curat, potus. *Schrod.*

Aves Rapaces nocturnæ.

XXIX. *De Noctua.*

NOctua *Offic. Schrod.* Nacht-Eul. *Usu.* Caro, Fel, Pinguedo. *Vires.* *Caro* curat Paralyticos, *Plinio*; Melancholicos, & sim. *Rabbi Moys.* Apostema Anginæ mirabiliter aperit & rumpit, cinis integræ non deplumatæ in guttur immissus, *Fel*, ad maculas Oculorum valet, *Pinguedo*, aciem Oculorum acuit. *Schrod.*

SECTIO

SECTIO TERTIA.

De Serpentino Genere.

Serpentini generis notæ sunt, Corpus depile, Pulmo rarus, unicus in corde ventriculus, ovipara esse saltem intus, caput corporis respectu parvum, hiatus tamen amplus.

Serpentini generis Animalia sunt vel
- Apoda
  - Vivipara, id est, ova in utero foventia & vivos fœtus parientia; *Vipera.*
  - Ovipara, id est, ova in fimetum aliumve calidum locum deponentia, ubi calore solis foventur & excluduntur; *Anguis.*
- Pedata,
  - Caudata, corpore
    - Squamoso
      - Terrestria; *Lacerta.*
      - Amphibia, colore
        - Cinereo; *Scincus.*
        - Vario, nigro & luteo; *Salamandra.*
    - Testa dura & robusta tecto; *Testudo.*
  - Non caudata
    - Amphibia; *Rana.*
    - Terrestria; *Bufo.*

I. De Serpente.

Serpens *Offic. Schrod.* Anguis *Gesn.* Natrix torquata *Aldrov. Jons.* Schlange. *Usu.* Adeps, Exuviæ, Fel. *Vires. Pinguedo* emollit Strumas, oculorum rubedini & maculis medetur, visum acuit, podagricos dolores mitigat. *Exuviæ* partum facilitare creduntur, ventri vel lumbis alligatæ, odontalgiamque in gargarismis

mitigare; impetigines curant, alopeciis medentur ac pilos nasci faciunt. *Fel*, Ictibus Serpentum impositum, venenositatem in se allicit, idem & de capite imposito affirmant. *Schrod.*

II. De *Vipera.*

VIpera *Offic: Schrod. Aldrov. Gesn. Jons.* Natter / Otter / Brand-Schlange. *Usu.* Caro. *Vires.* Vim habet alexiteriam, sudoriferam, usuſque præcipui est intrinsecus, in omnibus morbis venenatis ac malignis, quales sunt pestis, febris petechialis, lepra & similes: Quinimo & ad Phthisicos Gallicóve morbo laborantes, pro secreto venditat *Cardanus.* Si scil. caro cocta comedatur, jus bibatur, pinguedoque spinæ & juncturis illinatur *Schrod.*

III. De *Lacerto.*

LAcertus *Offic.* terrestris *Schrod.* Vulgaris *Jons. Aldrov. Gesn.* Terrestris vulgaris ventre nigro maculata *Mer. Pin.* Ichtachs / oder Hagediß. Degunt in cavernis terræ, ruderibus murorum, aliisque locis asperis. Commendatur præ reliquis genus Lacerti viride & magnum, verum cum in hisce regionibus minus usitatum id sit, Lacertum vulgarem hic describimus. *Vires.* Elicit è corporibus spicula, vitra, &c. (sectus vel cum sale tusus & impositus, imprimis v. caput,) capillos renasci facit, (cum adipe illita caro, vel cinis applicatus.) Ictui scorpionum succurrit, &c. *Schrod.*

IV. De Scinco.

SCincus *Offic. Schrod. Aldrov. Gesn. Jons.* Crocodilus terrestris *Dioscorid.* Minor *Bellon.* Erd-Crocodill. Animal est aquatile squamis cinereis vestitum, cæsia à capite ad caudam decurrente linea insignitum. *Vires.* Alexipharmacus est, Veneremque accendit. *Schrod.* Ob id virtutem possidet alexipharmacam (inquit clarissimus *Ammannus*) recipitur in *Mithridatium,* ob aphrodisiasticam facultatem in Electuarium *Diasatyrion* & quidem quoad diversas partes: Nam in *Diasatyrion* venter & lumbi tantum expetuntur, hypothesi forsan isthac propter situm renum & spermaticorum vasorum: *Mithridatium* ventrem animalis tantùm recipit. Unde colligas, (inquit *Hoffmannus*) diversas partes diversa posse. Imo cùm *Dioscorides* carnes circa renes, *Galenus, lib.* 11. *Simpl.* Renes ipsos Veneri ciendæ commendet: at verò *Plinius, lib.* 28. *cap.* 8. Rostrum & pedes: hæ & aliæ hypotheses de Scinco, rectè ab *Hoffmanno, pag.* 647. rejiciuntur, quem qui velit consulat.

V. De Salamandra.

ANimal est, quadrupes ex Lacertorum genere, amphibium, nigrum, luteis maculis aspersum.

Salamandra *Offic. Schrod. Aldrov. Gesn. Jons.* Animal stellatum *Plin.* Lacerta venenaria *Ætio.* Moll / Olm / Salamander. *Vires.* Erodit, exulcerat, incinerata medetur felicissimè Scrophulis exulceratis. (Cinis inspersus) *Schrod.* Latius videri potest *Wurffbainii Salamandrologia Curiosa.*

VI. De Testudine.

Animal est amphibium, scutum testaceum ac robustum in dorso gerens.

1. Testudo marina *Offic. Schrod. Gesn. Jons.* See-Schild-Kröte. *Usu.* Crura, Fel, Sanguis, Priapus. *Vires. Crura* pro Periapto antipodagrico expertissimo adhibentur. *Fel*, oculis confert. *Sanguis*, in remediis internis pro antidoto adhibetur. *Schrod. Priapus* in morbis Nephriticis. v. *Ligon* de Insulà Barbadens. pag. 118.

2. Testudo terrestris *Offic. Schrod. Aldrov. Gesn. Jons.* Erd-Schild-Kröte. *Usu.* Sanguis. *Vires.* Ad Hecticam imperatur recens ac crudus, exiccatus ad Epilepsiam commendatur. *Schrod.*

VII. De Bufone.

Bufo *Offic. Schrod. Jons. Aldrov.* Rana rubeta tum palustris, tum terrestris *Gesn.* Kröte / Taasche. *Usu.* Bufones siccantur in aëre. *Vires.* Internè pulvere ejus hydropicorum aquas per urinam educi, desperatus quidam expertus est Hydropicus qui præter spem attentatæ necis sanitatem illo acquisivit. Extrinsecus imponitur Bufo, parte qua venter est, anthracibus (in aceto parum maceratus, ad eliciendum scilicet venenum, ingreditur itidem amuleta aëri contagioso arcendo dicata, Hæmorrhagiam narium certo experimento sistit. Idem

Idem & cinis ſive pulvis præſtare perhibetur loco affecto inſperſus, &c. Prolixiùs vide *Paullini Bufonem Curioſum.*

VIII. De *Rana.*

1. RAna viridis *Offic.* minima & viridiſſima *Plin.* Ranunculus viridis *Schrod. Jonſ. Aldrov.* Viridis ſive Dryopetes *Geſn.* Agredula *Iſidor.* Laub-Froſch. *Uſu.* Rana & Sanguis. *Vires.* Animal convenit viribus cum Rana aquatica, ejuſque cinis vulneribus inſperſus mirificè ſanguinem cohibere dicitur. *Sanguis*, peculiariter pro Philtro commendatur. *Schrod.*

2. Rana *Offic.* aquatica *Schrod. Aldrov. Jonſ.* Aquatica vulgaris vel maculata *Mer. Pin.* Waſſer-Froſch. Præfertur ex aquaticis, quæ in fluviis puris ac fontibus reperitur. *Uſu.* Ipſæ Ranæ, Sperma. *Vires. Ranæ ipſæ* contra omnium ſerpentium venena *Dioſcoridi* pro Antidoto ſunt. Valent & adverſus inveteratos tendinum rigores. Viva Anthraci peſtilenti impoſita, donec moriatur, venenum elicit. *Sperma*, refrigerat, conſtipat, incraſſat, dolores mitigat, manuum ſcabiem curat, paronychias & herpetes interficit, eriſypelati & ambuſtis aliiſque inflammationibus ſuccurrit, Faciei ruborem curat, &c. *Schrod.*

SECTIO QUARTA.

De Quadrupedibus.

Q*Uadrupedum* notæ ſunt, Cor duobus ventriculis inſtructum, pulmo ſolutus, cutis piloſa, terreſtria vel ſaltem amphibia eſſe, & greſſilia, denique vivipara, quod Cetaceo etiam Piſcium generi commune eſt.

Quadrupedia ab Ariſtotele, *quem omnes ferè Hiſtoriæ Naturalis Scriptores ſecuti ſunt, dividuntur, in* 1. *Solidipeda aut Solidungula.* 2. *Biſulca.* 3. *Fiſſipeda ſeu digitata.*

Ad hæc etiam referimus *Manati*, quod Animal eſt viviparum piloſum, pulmone reſpirans cum duplici etiam in corde ventriculo, ſed binis tantum pedibus inſtructum.

Quadrupeda ſunt vel
- Ungulata eaque vel
  - Solidipeda, auriculis
    - Minoribus, juba longiore; *Equus.*
    - Majoribus, juba non adeò promiſſa,
      - Manſuetum; *Aſinus.*
      - Ferum; *Onager.*
  - Biſulca, ſeu ungulâ bifidâ, quæ vel
    - Ruminantia, cornibus
      - Perpetuis
        - Æqualibus & minimè rugoſis, papillis quatuor ſibi mutuo proximis ſub imo ventre, corpore
          - Majore, cute duriſſima, cornibus etiam magnis, craſſis, intortis, & nigris; *Bubalus.*
          - Minore, cornibus albis, apicibus nigris; *Bos.*
        - Rugoſis

a b c d

Recurvis

a b c d

Recurvis & in spiras convolutis, lanigeræ; *Ovis.*

Rectioribus, non lanigeræ, suntque vel

Barbata, odore gravi & ingrato; *Hircus.*

Imberbia, cornibus

Longis, rectis, prope caput annulatis; *Gazella Indica.*

Brevioribus, extremo aduncis seu hamatis; *Rupicapra.*

Deciduis, iisque vel

Teretiformibus

Maximis, ramosissimis, ramis in acutos mucrones desinentibus; *Cervus.*

Minoribus & brevibus, ramulis obtusis; *Capreolus.*

Palmatis, Animali ipso

Maximo & altissimo; *Alce.*

Minore; *Animal Bezoarticum Occidentale.*

Non Ruminantia, auriculis externis

Longioribus & angustioribus, rostro breviore, Mansuetum; *Porcus.*

Brevioribus & rotundioribus, rostro productiore, ferum; *Aper.*

Quadrisulca,

Majus, cum cornu rostro innascente; *Rhinoceros.*

Minus, Cornu carens; *Animal Moschiferum.*

Unguiculata, pede multifido, quæ sunt vel digitis

Indivisis, sibi invicem cohærentibus & communi cute tectis, eorum tantùm externis in margine pedis extantibus, & unguibus obtusis munitis; *Elephas.*

Divisis, unguibus angustioribus, auriculis externis

Carentia, phytivora, amphibia:

Quadrupes duobus in superiore maxilla dentibus insignioribus; *Equus Marinus.*

Bipes; *Manati.*

Prædita, dentibus primoribus incisoribus in utraque maxilla, vel

Binis insignioribus, hæc sunt Phytivora, quæ vel
Terrestria, Auriculis
Longis, cauda brevi, quæ subsultim incedunt
Troglodytes, quod fodiendo pedibus foramina sibi excavat; *Cuniculus.*
Foramina sibi non fodiens, sed in superficie terræ degens; *Lepus.*
Curtis, cauda longa,
Troglodytes, in hoc genere maximum; *Mus Alpinus.*
Foramina pedibus non excavans,
Majus; *Rattus domesticus.*
Minus: *Mus domesticus.*
Amphibia, cauda nuda, lata; *Castor.*
Quaternis, carnivora, rostro
Brevi, capite rotundiore, cauda
Longa, pelle
Unciolore, seu maculis carente, in hoc genere maximum; *Leo.*
Maculosa,
Majus; *Pardus.*
Mediæ magnitudinis; *Lynx.*
Minus; *Felis, Catus.*
Brevissima, Pilis longis undique vestita; *Ursus.*
Productiore, quæ vel
Terrestria, folliculis odoriferis
Carentia, cauda
Productiore, pilis
Densis & longis vestita, auriculis erectis,
Major; *Lupus.*
Minor; *Vulpes.*
Brevibus & rarioribus; *Canis.*
Brevi, cruribus brevibus, pilo rigido longo; *Taxus.*
Prædita, cauda producta; *Animal Zibethicum.*
Amphibia; *Lutra.*

a Pluribus aut incerto numero, roſtro productio-
re, cute
Pilo molli tecta,
Majus, cauda brevi, cuniculos in terra ſibi fodiens, oculis minimis; *Talpa.*
Minus, cauda longa; *Mus araneus.*
Spinis undique obſita; *Erinaceus.*

De Quadrupedibus Ungulatis.

Quadrupeda Solidungula.

I. De Equo.

Ab Aſino differt, magnitudine quâ eum excellit, auriculis minoribus, juba longiore, caudâ undique ſetis prælongis obſita. R. Synop. Animal. pag. 62.

Equus. *Offic. Schrod. Geſn. Aldrov. Jonſ.* Pferd. *Uſu.* Sanguis, Coagulum, Lac, Stercus, Lichen, Teſtes, Pinguedo, Ungulæ, Pili, Saliva, Dens, Lapis. *Vires. Sanguis* admiſcetur ſepticis ac cauſticis. *Coagulum*, (*Hippacen* vocant) privatim Cœliacis Dyſentericiſque convenit. *Lac* utile cenſetur Epilepticis, Phthiſicis, Tuſſientibus, Aſthmaticis. *Stercus*, extrinſecus ſanguinis eruptiones cohibet, fœtum mortuum, ac ſecundinas expellit. Internè propinatur in dolore colico, ac ſtrangulatu uteri, in pleuritide, & ſimiliter, in fœtu mortuo & ſecundinis expellendis. N. Præſtat ex equo non caſtrato. *Lichenes*, laudantur peculiariter ad uterinas ſuffocationes, ut & ad morbum comitialem & cal-

calculum. *Testes*, ad secundinas pellendas remedium præsentissimum. Commendantur quoque in doloribus colicis. *Pinguedo*, illinitur commodè articulis luxatis. *Ungula*, partus mortuos exturbat, pediculos fugat. *Pili*, sanguinis fluxum reprimunt. *Saliva*, spuma oris triduo pota tussim sanat, fervorem faucium contundit. *Dentes*, primum nascentes dentitionem facilitare dicuntur. *Lapes* (*Hippolithus*) in ventriculo aut intestinis repertus, uti Lapidi Bezoar Occidentali, figurâ & laminea structura non absimilis est, ita & viribus eundem æmulari statuitur. *Schrod.*

II. De Asino.

Animal est Equo minus, ignavius, tardius, stupidius, auriculis longioribus, jubâ non adeò promissâ, caudâ longiore, in extremo tantùm setosâ: frigoris minus patiens. R. Synop. Animal. p. 63.

Asinus *Offic. Schrod. Gesn. Aldrov. Jons.* Esel. *Usu.* Ungula, Sanguis, Lac, Urina, Stercus. *Vires. Ungula*, in Morbo comitiali ungulæ Alcis vicaria censetur. Extrinsecus commendatur cinis ad discutiendas strumas & sanandos perniones, ad rimas cutis consolidandas; apostemata discutienda, pterygium oculorum tollendum, ad fœtum mortuum eliminandum, ad Epilepticas & Hystericas excitandas. *Sanguis*, sudorem ciet; Pulli asini sanguis Icterum curat. *Lac*, nutrit, abstergit fortiter; hinc utile in Phthisi, in morbis ventriculi, renum abscessu, vesicæ lithiasi, arthriticis doloribus,

ribus, laxat nimirum alvum, abstergit vias urinarias, ciet menses. Extrinsecus adhibitum, stabilit gingivas, compescit dolores podagricos, facieique gratum conciliat pallorem. *Urina*, medetur peculiariter morbis renum (inquit *Dioscorides*) tum & scabiei, verrucis & callis, membrorum atrophiæ & paralysi, podagricisque doloribus, &c. *Stercus*, sanguinem sistit. *Schrod.* Prolixiùs agit *Paullini in Onographia Curiosa.*

III. De Mulo.

MUlus *Offic. Schrod. Gesn. Jons.* Maul-Esel. Non est certa & constans Animalis species, sed hybrida & spuria, ab Asino Equam ineunte genita. *R. Synop. Animal. p. 64. Usu.* Ungula, Urina, stercus. *Vires. Ungula* suffitu menses nimium fluentes sistit. *Cinis* potus steriles reddit; illitus alopeciæ subvenit. *Urina* cum luto suo pedum clavos curat. *Stercus*, Mensium fluorem sistit, & Dysenteriæ opitulatur, dolori Lienis subvenit. *Schrod.*

IV. De Onagro.

ONager *Offic. Aldrov. Gesn. Jons.* Wald-Esel. Sunt qui ab Asino domestico non aliter differre existimant, quàm ut ferum & sylvestrem à cicuri & mansueto: alii pro diversa specie habent. In Usum medicum non venit, eorum autem pelles apud Mechanicos *Chagrin* vocantur.

Quadru-

Quadrupeda bisulca.

V. De Bove.

A Reliquis hujus generis differt magnitudine, cornibus æqualibus & minime rugosis, paleari sub collo dependente, papillis quatuor sibi mutuò proximis sub imo ventre. R. Synop. Animal. p. 70.

Bos *Offic. Schrod.* Mas *Taurus* Stier dicitur, fœmina *Vacca* Kuh. Fœtus *Vitulus* Kalb. Animal est vulgo notissimum *Usu.* Cornu, Fel, Jecur, Splen, Sanguis, Medulla, Sevum, Axungia seu oleum ex pedibus, Ungulæ, Urina, Stercus, Lapilli, Lac, Butyrum, Caseus, Priapus, Offa. *Vires. Cornu* rari usus est: vidi tamen scobem exhiberi contra Epilepsiam; adhibetur quoque in suffitu, ad aërem contagiosum corrigendum. *Fel* bubulum præstat fere omnium quadrupedum fellibus; specificè aurium medetur susurro, ac dolori, alvum movet. (Lumbricos necat.) *Jecur* rari usus est, ejus loco vituli epar, pro hepate scil. corroborando, in decoctis adhiberi ferè solet. *Splen*, inservit potissimum decoctioni ac extractioni pro arcenda splenis duritie, mensiumque suppressione. Sunt & qui extrinsecus spleni illinunt. *Sanguis*, intrinsecus singularem opem fert dysentericis, mensium & internis hæmorrhagiis. Extrinsecus discutit & emollit tumores, faciem exterget. *Medulla vitulina* post cervinam locum primum bonitatis obtinet, vim habet indurata &

Scir-

Scirrhoſa corpora emolliendi, ſive muſculis, ſive tendinibus, ſive ligamentis, ſive etiam viſceribus ipſis durities acciderit. Quin peſſi quoque inde conſiunt, uterum emollientes. Bovinum proximum bonitatis locum habet: præterque vires generales trementia membra reficit, nervis induratis confert. *Sevum*, præter vires generales, uſurpatur ſpecialiter ad mortificationem inteſtinorum & Teneſinum, ut & ad ulcera & rimas labiorum, podagricis & Scirrhoſis affectibus medetur. *Oleum ex pedibus*, uſitata vulgò eſt in molliendis tumoribus, leniendis doloribus, luxationeque articulorum. *Ungulæ*, adhiberi ſolent in ſuffumigio ad arcendum aërem malignum. *Urina*, aurium dolores lenit. *Stercus Vaccinum*, refrigerat, ſiccatque moderatè, diſcutit, dolores inſigniter mitigat, &c. *Vitulinum*, Eryſipelati convenit. *Lapillus ex ventriculo* exectus medetur Icteritiæ, ſpecificè comminuit ac conſumit calculum. *Lapillus fellis* in pulverem redactus errhinum exhibet egregium. *Lac Vaccinum*, craſſum eſt, nutrit benè, Renum & Veſicæ dolori convenit, diarrhœæ, dyſenteriæ, teneſmo, eroſionique inteſtinorum ſuccurrit. *Butyrum*, calefacit moderatè, emollit, digerit, lenit, reſolvit, laxat, oculorum hebetudini prodeſt. *Caſeus*, recens mollis podagricorum dolores lenit, Epatis æſtum mitigat, Exomphalo infantum ſuccurrit. *Priapus* Tauri dyſentericis prodeſt. *Oſſa*, ad corroboranda viſcera, & ad arcendam Epilepſiam à nonnullis adhibentur. *Schrod.*

V. D:

VI. De Bubalo.

Bove domestico major est, corpore crassiore, cute durissima, cornibus magnis seu crassis, intortis & nigris. R. Synop. Animal. p. 72.

Bubalus *Offic. Schrod.* Italis Bufalo *R. Synop. Animal.* Buffelus *Aldrov. Bellon. Jons.* Buffel. *Usu.* Cornua & Ungulæ, Sevum, Stercus, &c. *Vires. Cornua & Ungulæ* medentur spasmo. *Sevum, Stercus*, &c. eisdem cum Bovino pollet, *Schrod.*

Veterum *Bubalum* esse hoc Animal Historiæ Quadrupedum conditores negant; sed potiùs Bovem illum sylvestrem Indicum, *Aristoteli* sine nomine descriptum & *Arachotis* adscriptum *Hist.* 2. *cap.* 1. Nobis tamen (inquit doctissimus & clarissimus *Raius*) verisimile videtur Bubali nomen una cum Animali ipso in Italiam migrasse: proinde loco suo natali qui India est, aut Asia, Bubalum fuisse dictum. *R. Synop. Animal.* Bovem Africanum pro Bubalo veterum habet *Bellonius Obs. lib.* 2. *cap.* 50.

VII. De Ove.

Ovis Animal est lanigerum, rostro quàm Bos angustiore; cornibus rugosis, recurvis, & in spiras convolutis, papillis binis. R. Synop. Animal. p. 73.

Ovis *Offic. Schrod. Jons.* domestica cujus mas Aries dicitur, fœtus Agnus *R. Synop. Animal.* Schaaff. *Usu.* Cerebrum, Fel, Oesypus, Lana succida, Sevum, Pulmones, Omentum, Stercus, Urina, Vesica, Caput & Pedes, Ossa incine-

cinerata, Coagulum. *Vires.* Cerebrum *Arietis* prodesse ajunt in somno immoderato arcendo, in morbis Epidemiis. Facilitat dentitionem. *Fel*, solvit alvum, carcinoma exterius sanat, auribus purulentis auxilio est. *Fel agni* ad morbum comitialem exhibetur. *Oesypus*, emollit, resolvit, calefacit, dolores sedat, luxatis, contusis, & similibus convenit. *Lana*, Anginæ, aliisque colli tumoribus leniendis ac molliendis confert. *Lana succida* calefacit, emollit, lenit, viribusque cum Oesypo convenit. *Sevum*, datum ex vino rubro, sanguinem sistit, diarrhœam, dysenteriam, & tormina ventris curat. *Pulmones* capiti impositi dolores & æstum mitigant, ferocesque spiritus sopiunt. Hinc usus præcipui in phrenitide, vigiliis, &c. *Omentum* calidum colico medetur dolori. *Stercus*, vim habet refrigerandi, exiccandi, aperiendi, discutiendi. Hinc maximè usus in aurigine, &c. Extrinsecus convenit in tumore splenis, in thymis, clavis, verruca, tumoribus cutaneis, &c. Maximi itidem solaminis est in ambustis. *Urina* sumpta, aquam intercutem abigit. *Vesica*, cremata & exhibita, iis qui urinam inviti reddunt, succurrit. *Caput* & *Pedes* Vervecis in Aqua fluente optimè decocta, atrophiæ & contracturæ subveniunt. *Ossa incinerata* agni, consolidationem vulnerum, etiam eorum, quæ difficilioris sunt consolidationis, promovent. *Coagulum*, valet ad venena, ad lac coagulatum, ad morsus venenatos. *Schrod.*

VIII. Caprinum Genus.

AB Ove differt, quòd pilis non lanâ vestiatur, cornua rectiora nec adeò contorta obtineat. R. Synops. Animal. p. 77.

1. Caper *Offic. Schrod.* mas Hircus dicitur, fœmina Capra, fœtus Hœdus. *Aldrov. Gesn. Jonſ.* Capra domestica *R. Synop. Animal.* Ziege / Geiß. Locis arduis gaudet. *Usu,* Sanguis, Medulla, Sevum, Lac, Serum lactis, Lapilli, Stercus, Urina, Vesica, Omentum, Pellis, Fel. *Vires.* Sanguis hircinus habetur alexipharmacus, obstruit, dysentericis convenit, sanguinem concretum resolvit, calculum atterit. *Medulla* hircina acrior est ac siccior reliquis, ideoque & efficacior. *Sevum* hircinum validissimè discutit, podagricis auxiliatur, stranguriam tollit, hæmorrhoidum dolores lenit. *Lac* caprinum nutrit, abstergit, febri hectica laborantibus & Phthisicis, consumptisque ac emaciatis optimè convenit. *Serum* ejus præstat reliquis seris, aperit, abstergit, incidit, laxat, hinc frequenti usu ad infusiones: purgandæ Melancholiæ recipitur. *Lapilli* in ventriculis & felle reperti commendantur vi diaphoretica & resolutiva: *Stercus*, calefacit, siccat, abstergit, digerit, aperit, acrisque est facultatis. Hinc usus præcipui in duris tumoribus; Lienis & aliarum partium, in parotidibus, ac bubonibus, in ulceribus desperatis consolidandis, in Hydrope, in coxendicum dolore; ustum tenuioris est substantiæ, congruitque ad omnia vitia, quæ extergi volunt;

ſunt, ut ad Alopecias, Lichenas, &c. Intrinſecus convenit Spleneticis, exhibetur itidem in Ictero, menſtruis retentis & morbis ſimilibus. *Urina* hirci commendatur præ reliquis omnibus urinis ad calculi attritionem, urinæque expulſionem. Hinc convenit in Hydrope, &c. *Veſica* urinaria exiccata ac pulveriſata urinæ incontinentiam peculiariter curare dicitur. *Omentum* calidè impoſitum mitigat feroces & ebullientes ſpiritus; hinc prodeſt in doloribus Colicis, in Mania, &c. *Pellis* ſedat diarrhœam, ſiſtit Hæmorrhagias, & præcipuè narium. *Fel*, febrim quotidianam curat. *Schrod.*

2. Capra alpina *Offic.* alpina ſive Rupicapra *Schrod.* Rupicapra *Aldrov. Geſn. Bellon. Jonſ.* Dorcos *Dioſc.* Caprea *Varron.* Gembß. In Alpibus Helveticis, &c. frequens. Caprarum genus ſylveſtre eſt, magnitudine ac figura domeſticis conforme, cornibus brevibus extremo aduncis ſeu hamatis. *Uſu.* Sanguis, Sevum, Jecur, Fel, Stercus, Lapis Ægagropila dictus, in ventriculo repertus; Magnitudine varia & maxima ad juglandis magnitudinem accedente, ex triplici ſubſtantia quaſi compoſitus: quarum interior germina, aut fibras radicum, aut filamenta aut cauliculos plantarum, ſucco concreto, compacta refert. Exterior coriaceam cutem, interdum tamen lignoſum corticem quendam, coloris aut cinericei, aut nigri, ponderis leviſſimi. *Vires.* *Sanguis* recens vertiginis eſt medela. *Sevum*, Phthiſi exulcerationique pulmonum ſuccurrit. *Jecur*, alvi fluxum

 ſiſtit.

sistit. *Fel*, oculorum nubeculæ, nyctalopiæque auxilio est. *Stercus*, calculum atterit & expellit. *Ægagropila*, hujus vires experientia docuit insignes ad febres malignas, venena, pestem, & simil. Unde alii *Bezoar Germanicum* vocant. *Schrod.* Laudantur potissimum in partu difficili, & in omnibus ferè morbis malignis. *Ammannus.* Qui plura de Ægagropilis velit consulat *Georgium Velschium.*

3. Capri-Cerva Orientalis, è qua Lapis Bezoar Orientalis *Schrod.* Gazella Indica cornibus rectis longissimis nigris, prope caput tantum annulatis. *R. Synop. Animal. p.* 70. Capra sive Hircus Bezoarticus *Jons.* Indica *Amat.* Montana *Manard.* Sylvestris *Lacun.* Animal est in Persia & India Orientali degens. *Usu.* Lapis in ventriculo repertus, Bezoar Orientalis dictus, figurâ scil. variante Ovali, rotunda, sessili & intus interdum cava, superficie lævi & splendente: substantia è laminis instar cæparum sibi invicem incumbentibus compacta: variante etiam colore, plerumque sunt atrovirente, hinc dilutius virente, pallescente, &c. odore nullo: Magnitudine & pondere varians. Frequenter adulteratur, notas ergo bonitatis ab Authoribus passim notatas apud *Schroderum* vide sis, quo lectorem remitto. *Vires.* Corroborat, sudores ciet, alexipharmacus est, ideoque utilis in vertigine, Epilepsia, Lipothymia, Palpitatione Cordis, Ictero, Colica, Dysenteria, Vermificatione, Calculo, Mensibus obstructis,

partu

partu difficili, Melancholia. Præcipuè autem in Peste, febribus malignis, venenis assumptis, &c. *Schrod.* Vid *Bauhinum de Lap. Bezoar.*

IX. De Cervino genere.

Cervinum genus cornibus quotannis deciduis, solidis, ramosis ab aliis Ruminantibus cornigeris abundè distinguitur, ut alias notas conquirere non sit opus. R. Synop. Animal. p. 84.

1. Cervus *Offic. Schrod. Aldrov. Gesn. Jonst. R. Synop. Animal.* Hirsch. In Vivariis passim enutritur. *Usu.* Cornu, Os de Corde est arteriarum in basi cordis concursus, inquit *Schroderus*, qui cum ætate & imprimis turgescentiæ tempore durior fit, & in Os degenerat; Priapus, Testiculi, Sanguis, Lachrymæ, Medulla, Sevum, Astragalus & Lapis. *Vires.* *Cornu* crudum resistit putredini, malignitatem corrigit, sudorem ciet, balsamum humanum corroborat. Hinc usus ejus proficuus in variolis, morbillis, febribus putridis & malignis aliisque morbis ubi sudore opus est. *Os cordis*, peculiariter cordi convenit, idque à malignitate tuetur, custodit partum, & prægnantibus mirè conducit. *Priapus* diureticus est, Venerem stimulat, dysentericis, colique dolore correptis auxiliatur. *Testiculi*, concubitum cum voluptate excitant. *Sanguis*, dysenterias & cœliacorum profluvia sistit; est & efficax contra toxica, commendatur ad dolores coxendicis & lateris. *Lachrymæ* siccant, adstringunt, corroborant, sudorem cient, ideoque adversus venena, mor-

bosque contagiosos quàm summè celebrantur, ut vel cum Lapide Bezoar viribus certare dicantur. Prosunt quoque in difficultate partus, adeò ut earum vis nuper adhuc sit comperta in mortuo etiam fœtu expellendo. *Medulla*, ferè omnium laudatissima est, præstat quoque præ reliquis in ulceribus malignis, &c. *Sevum*, commendatur præ aliis in tumoribus molliendis, vulneribus astringendis: perniones persanat, dolores sedat. *Astragalus*, utilis est Dysentericis. *Lapis* in ventriculo repertus cum Lapide Bezoar viribus suis convenire dicitur. *Schrod.* Prolixiùs agit *Joh. Andr. Graba* in descriptione *Cervi*, quem vid. An Ossa, quæ in Officinis pro ossibus Cordis Cervi venduntur semper sint genuina, inter Authores magna est dissensio, nec immerito inquirendum est, quia in bobus etiam reperiuntur. *Plempius* pleraque ossa Cordis Cervi putat esse ossa Hyoidea: Figura enim iisdem ferè eadem est.

2. Capreolus *Offic. Schrod. Aldrov. Jons.* Caprea *Plin.* Cervulus sylvestris septentrionalis nostras. *R. Synop. Animal. p.* 89. Rehbock. *Usu.* Coagulum, Jecur, Fel, Stercus. *Vires. Coagulum* Diarrhœæ & Dysenteriæ convenit. *Jecur*, oculorum aciem reficere creditur, sanguinis hæmorrhagiam & præcipuè narium sistit. *Fel*, maculas faciei abstergit, oculorum albugines & nubeculas, aliosque affectus curat, aurium tinnitus reprimit, odontalgiam mitigat. *Stercus* Icterum solvit. *Schrod.*

3. Ani-

3. Animal Bezoarticum Occidentale *Offic.* Capri-Cerva Occidentalis *Schrod.* Vicuniras, five Toraguas *Acost.* Cuguacu *Pis. Margg.* Teuhtlamacame *Hern.* Bezoar-Thier. Animal est Peruanum. *Usu.* Lapis in Ventriculo repertus Bezoar Occidentalis dictus, substantia est lapidea, quam Bezoar Orientalis fragilior, & laxior, foris scabra, & minus levi, colore cinericeo, albo nigro, obscuréve virente, tunicata, forma rotunda, magnitudine variâ, res heterogeneas in medio continens. *Vires.* Iisdem viribus celebris est cum Orientali, cujus tamen bonitati non parum cedit, &c. *Schrod.*

4. Alces *Offic. Schrod. Aldrov. Gesn. R. Synop. Animal. Jonf.* Elend. Animal est gregarium bisulcum, cornibus palmatis, in hoc genere maximum. *Usu.* Ungula, Nervi. *Vires. Ungula* specifica virtute celebratur adversus Epilepsiam, tum præcavendo, tum curando, idque usu tam interno quàm externo. Internè propinatur Scobs. Externè includitur particula annulo, gestaturque digito, qui minimo proximus est, ut palmam respiciat: Inditur itidem pugno, applicatur pulsui, immittitur in aurem sinistram, suspenditur de collo ut cutim attingat. *Nervi*, Circumligantur membris spasmo obnoxiis. *Schrod.*

X. De Porco.

Porcinum genus sunt Quadrupeda bisulca, non ruminantia, pilis rigidis, rostro oblongo, in planum rotundum terminato, in quo nares, papillis plurimis, multipara.

1. Porcus *Offic.* domeſticus ſive Sus *R. Synop. Animal. p.* 92. Sus *Aldrov. Geſn. Jonſ.* Schwein / Sau. *Uſu.* Axungia, Fel, Stercus, Pulmo, Aſtragalus, Veſica. *Vires. Axungia* calefacit minus, idque in unguenta refrigerantia infertur, inveteratos dolores lumborum & articulorum ſedat. *Fel* ſuillum contra aurium ulcera, reliquaque omnia magno ſucceſſu adhiberi ſcribit *Dioſcorides.* Pilorum proventum impedit. *Stercus*, emollit, diſcutit, hinc prodeſt in prurigine, exanthematibus, clavis pedum, aliiſque tuberculis duris, Ictibus medetur animalium venenatorum, Hæmorrhagiam narium ſiſtit. *Pulmo* mirificè prodeſt impoſitus attritui à calceamentis contracto. *Aſtragalus*, commendatur ad fracturas oſſium, ut & ad coli capitiſque dolores. *Veſica* juvat eos qui inviti lotium reddunt. *Schrod.* Eadem præſtat pubi impoſita. Urinam ciere fertur. *Plin.*

2. Aper *Offic. Schrod. Aldrov. Geſn. Jonſ.* Sus agreſtris, ſive Aper *R. Synop. Animal. p.* 96. Wild Schwein / Eber. *Uſu.* Adeps, Dens, Priapus, Fel, Stercus, Urina. *Vires. Adeps* ut domeſtico cognatus eſt, ita & vires communes obtinet ſed fortiores. *Dens* ſpecificè in pleuritide exhibetur: Cynanchen curat. *Priapus & Teſticuli* ad Veneris impotentiam ac prolificationem faciunt. *Fel* Strumas diſcutit. *Stercus* aridum rejectiones ſanguinis ſiſtere creditur, id quod etiam præſtat extrinſecus ad motum. *Urina* comminuit ſpecificè veſicæ calculos, eoſque expellit, *Schrod.*

Qua-

Quadrupeda Quadrisulca.

ANimalia quæ Quadrisulca appellamus, quatuor habent ungulas antrorsum sitas; saltem exteriores duas ad latus mediarum, velut in eadem peripheria circulari, non retro tantopere ab anterioribus remotas & reductas ut in Bisulcis, nec reliquis tanto minores. R. Synop. Animal. p. 121.

XI. *De Rhinocerote.*

MAgnitudine Elephanti æmula, cruribus tamen brevioribus, ut minus conspicuum sit animal; uno in nare cornu, ab aliis omnibus Quadrupedibus abundè distinguitur. R. Synop. Animal. p. 122.

Rhinoceros *Offic. Schrod. Aldrov. Jons.* Abada sive Rhinoceros *Bont.* Rhinocer. *Usu.* Cornu nigrum, fissile, cubitum longum, pyramidale, bubali cornu forma sua repræsentans, solidum sine cavitate. *Vires.* Commendatur ad venena, contagia, aliosque affectus sudore opus habentes ideoque loco unicornu in hujus defectu esse poterit. *Schrod.* Quamvis Authores varia Animalium Quadrupedum Monocerotum genera discribant; nostra tamen sententia omnia præter Rhinocerotem fictitia sunt, qui solus inter Quadrupeda Monoceros est, & fortasse Veterum ille cujus cornu *Ælianus* nigrum esse affirmat. Quin & *Schroderus* aliique cornu Monocerotis vires Rhinocerotis cornu attribuunt.

XII. De Animali Moschifero.

ANimal Moschiferum *Offic. R. Synop. Animal. p.* 127. Moschius sive Moschi Capreolus. *Schrod.* Capra Moschus *Aldrov. Jons.* Bisam-Thier. Neque è Caprino, neque è Cervino genere esse videtur. *Usu.* Moschus *Offic.* Bisam. Est substantia grumosa, pinguis & unctuosa, sanguini congrumato similis ex ferrugineo nigricans, saporis subacris, & subamaricantis, odoris fragrantis & grati, collecta ex folliculis prope umbilicum sitis. *Vires.* Calefacit, siccat, attenuat, discutit, cordialis est, & alexipharmacus, hinc & cephalicus. Usus præcipui in omnibus affectionibus, cordis palpitatione, Spiritus nimirum vitales fovet, suscitat, recreat. Hinc in affectionibus capitis & nervorum, à frigore & crassis humoribus oriundis, tum & in dolore colico, &c. Externè detergit tenues oculorum albugines, & humidas defluxiones exiccat, & Venerem concitat, auditum imminutum restituit. *Schrod.* Moschi ortus seu generatio controversias non leves inter Authores excitavit, aliis hoc, aliis aliud affirmantibus. Nonnulli eum humorem purulentum excrementitium esse volunt, concoctum, & in folliculum prope Animalis umbilicum collectum, Animal autem inquiunt æstu venereo turgens & lasciviens, ventrem petris aut arboribus affricando folliculum dilacerat, & humori prædicto exitum præbet, qui aere & sole coagulatus in hujusmodi corpus concrescit, Alii Moschum

chum non dilaceratione aliqua è folliculo emitti contendunt, ſed per proprium meatum excretorium ſponte effluere. Alii affirmaut Moſchum folliculos duntaxat eſſe ex Animalibus occiſis exſectos: quorum opinionem Mercatores noſtri confirmant, qui folliculo ſuo naturali contentum plerumque emunt. Alii ſanguinem extravaſatum, & in Apoſtemata collectum tumoribus & abſceſſibus Animal tundendo excitatis, eſſe credunt, locis contuſis, ligamento quaſi in folliculos conſtrictis, & exciſis. Alii denique omnes Animalis partes Moſchum præbere opinantur. Nobis Moſchus ſanguis excrementitius eſſe videtur, varias coctiones & alterationes in proprio ſuo folliculo paſſus, & vel naturâ ſecretus & humanâ induſtriâ collectus, vel in Animalis idonea tempeſtate occiſi, folliculo abſciſſo contentus. At verſipelles Mercatores ex ſanguine, pellibus, aliiſque Animalis exuviis Moſcho additis, marſupia, quæ pellis Animalis ſubminiſtrat inſerciunt ac tanquam vera & genuina venditant. Fucus tamen non latet peritiores. Si enim aduſtum evaporat, verum eſſe creditur, quòd ſi carbonis ad inſtar quidpiam aduſtum remaneat, adulterato actu contaminatum eſt. Qui plura de Moſcho velit, conſulat *Schrockii* Hiſtoriam *Moſchi.*

De Qua-

De Quadrupedibus Unguiculatis.

XIII. De Elephanto.

ELephas *Offic. Schrod. R. Synop. Animal. pag.* 131. *Aldrov. Gesn. Jonſ.* Elephant. *Uſu.* Dentes bini, è maxilla ſuperiore egreſſi intus albæ, extus fuſcæ. Ebur *Offic.* Elffenbein dicti. *Vires.* Ebur refrigerat & ſiccat, moderatè adſtringit, incidit, viſcera roborat, albas mulierum fluxiones ſiſtit. Ictero convenit, lumbricos fugat, diuturnis obſtructionibus confert, ſtomachi dolores & imbecillitatem abigit, Epilepſiæ medetur, melancholiam arcet, putredini ac venenis reſiſtit. *Schrod.* NB. Ebur uſtum *Spodium* in Officinis dicitur, & ad differentiam Spodii mineralis, Spodium ex Ebore vocatur.

Quadrupeda vivipara amphibia auriculis externis carentia.

XIV. De Equo Marino.

ANimal eſt amphibium magnum, auriculis externis carens, duobus dentibus magnis & recurvis præditum.

Equus marinus *Offic.* Marinus & Hippopotamus falſo dictus *R. Synop. Animal p.* 191. Ros maris *Jonſ.* Wall-Roß. *Uſu.* Priapus oſſeus eſt & rotundus cubitum & amplius longus, craſ-

crassus, ponderosus & solidus, in fine prope glandem longè crassior & rotundior. *Dentes*, magni, longi ac crassi, ponderosi, concavi, colore albo. *Vires.* Priapi hujus pulvis ad pellendum calculum in usu est. *Dentes*, usus & pretium ebori comparatur, ex quibus varia conficiunt, ut annulos ad Spasmum, manubria cultrorum, &c.

XV. De Manati.

Animal est amphibium, magnum, bipes, auriculis externis carens, phytivorum.

Manati *Offic. Schrod. Clus. Hern. Jons.* seu Vacca marina *R. Synop. Animal. p.* 193. See-Kuh. *Usu.* Os crustaceum, album, Ebori simile, ex capite exemptum, idque variforme. *Vires.* Summè commendatur ad calculos renum & vesicæ comminuendos, dolores nephriticos ac colicos sedandos. *Schrod.*

Quadrupeda vivipara pede multifido herbivora binis prælongis dentibus anterioribus in utraque maxilla.

XVI. De Lepore.

LEpus *Offic. Schrod. Aldrov. Gesn. Jons.* Hase. *Usu.* Cinis, Caput, Oculus, Sanguis, Pulmo, Cerebrum, Cor, Jecur, Fel, Renes, Testiculi, Uterus, Coagulum, Astragalus, Adeps, Stercus, Pili. *Vires.* Cinis fit ex lepore integro combusto, vel ex pelle to-

le tota, ad nigredinem cinereumve colorem incinerata. Præstantissimum medicamentum est in calculo. Alopeciis item & Pernionibus extrinsecus medetur. *Caput*, Alopeciæ subvenit, dentes dealbat. *Oculi* valent ad partum difficilem, secundinas & molam propellendam. *Sanguis* cutis vitia in facie, uti lentigines, vitiliginemque sanat; Dysenterias & Cœliacorum profluvia sistit, calculum comminuit. *Pulmo* suspiriosos juvat, Epilepsiam curare dicitur, Perniones sanat. *Cerebrum* gingivis infantum affrictum dentitionem facilitat, tremores artuum emendat. *Cor* dicitur itidem Epilepsiam curare, dolores uterinos arcere; Quartanæ peculiariter mederi. *Jecur* fluxum sedat alvi, Jecinorosisque opem fert. *Fel* Ophthalmicum & Otalgicum insigne exhibet. *Renes* & *Testiculi* calculosis propinantur, conceptum juvant, mictionem involuntariam corrigunt, Vesicæ morbis subveniunt. *Uterus*, itidem conceptionem promovet. *Coagulum* sanguinem concretum discutit, conceptionem promovet, Epilepsiam arcet, &c. *Astragalus* commendatur ad arenulas, Colicam, Epilepsiam, partusque enixionem. *Adeps* extrinsecus applicata, maximè si vetusta sit, tanta pollet attrahendi vi, ut vel Spicula cuti infixa eliciat; insuper abscessus rumpit, dolori dentium medetur. *Stercus*, calculosis prodesse dicitur, Dysenteriæ convenit, ambustis medetur. *Pili*, Linimentis sanguinem sistentibus miscentur. *Schrod.* Latius hæc deducit *Paullini* in sua *Lagographia Curiosa.*

XVII. De Cuniculo.

QUoad figuram corporis externam in omnibus ferè cum Lepore convenit, magnitudine excepta quâ illi cedit; carnis tamen colore albo ab eo differt, & proprietate foramina in terra effodiendi. R. Synop. Animal. p. 205.

Cuniculus *Offic. Schrod. Aldrov. Gesn. Jonſ.* Kuniglein / Kaninichen. Integer uſtus, Axungia, Cerebrum. *Vires. Cuniculus exuſtus* medetur Anginæ ſive faucium inflammationibus. *Axungia* articulis & nervis induratis utilis eſt. *Cerebrum* venenis reſiſtere creditur, alioquin leporinæ correſpondens. *Schrod.*

XVIII. De Caſtore.

ANimal eſt amphibium, cauda nuda lata, Oculis parvis ſubnigris, Auriculis externis minutis, brevibus, rotundis.

Caſtor *Offic. Schrod. Jonſ.* ſive Fiber *R. Synop. Animal. p.* 209. Bieber. Utriuſque Indiæ indigena eſt. *Uſu.* Axungia, Glandulæ odoratæ (qui *Caſtoreum* vocantur,) oblongæ, rotundæ, craſſæ, ovi magnitudine, natæ in inguinibus ſub teſticulis pellicula craſſa veſtitæ, liquore oleoſo & ceroſo impletæ, tractu temporis ſeipſum exſiccante, ſaporis acris, amaricantis, nauſeoſi, odoris gravis & fragrantis. Præferuntur quæ ex Ruſſia adferuntur. Pellis. *Vires. Axungia* peculiariter nervoſo generi ac utero convenit, adeoque morbo comitiali, membris reſolutis, convulſis, apoplexiæ, &c. *Caſtoreum* calefacit, ſiccat, attenuat, aperit, flatus diſcutit,

tit, nervos nervosasque partes, adeoque caput roborat, spiritus animales torpidos excitat, venenis resistit, sternutationem ciet, anodynum est, menses promovet. Hinc proficuum est in Lethargo, Apoplexia, Epilepsia, Paralysi, Vertigine, artuum tremore, defluxionibus ad articulos, strangulatu uteri, dolore colico, idque usu tum externo, tum interno. Insuper tinnitus aurium ac difficultatem audiendi corrigit, dentiumque dolori succurrit. Opii virulentiam corrigit. *Pellis* opem fert Podagricis & Paralyticis. *Schrod.* Vid. quoque *Marii Castorologiam Curiosam à Joh. Franco* editam.

Quid sit *Castoreum*, ab extraneis nationibus vix sciri potest, inquit *Blancardus*, quia Mercatores nostri illud emunt à nationibus, quæ illud iterum ab aliis habent. Inter eruditos quoque magna est controversia, alii enim Testiculos, alii glandulas odoriferas esse affirmant. Anatomia detexit non esse Testiculos, qui gallorum testes vix superant; sed glandulas duas, quæ tàm in maribus quàm in fœminis, utrinque in inguinibus, statim sub cute, ovorum gallinaceorum magnitudine, & sæpe majores conspiciuntur, ex quibus liquor oleosus & graveolens emanat, quem Animal lingua lambit.

XIX. De Mure Alpino.

MUs Alpinus *Offic. Schrod. Plin. Aldrov. Gesn. Jons.* Alpinus *Plinii* Marmota Italis *R. Synop. Animal. p.* 221. Marmota *Hermol.* Murmelthier. In altissimis Alpium degit. *Usu.* Adeps. *Vires.*

Com-

Commendatur ad genus nervoſum & articulos contractos rigidos, &c. *Schrod.*

XX. De Mure.

Auriculis erectis tenuibus, cauda longiſſima raris pilis obſita à reliquis differt.

1. Mus major *Offic. Schrod.* domeſticus major ſive Rattus *R. Synop. Animal. p.* 217. Ratze. *Uſu.* Stercus. *Vires.* Stercora murium majorum novem numero deglutita mulierculis nonnullis ſingulare habentur experimentum, quo menſibus obſtructis ſuccurrere moliuntur. *Plater.*

2. Mus *Offic.* domeſticus *Schrod.* Domeſticus vulgaris ſeu minor *R. Synop. Animal. p.* 218. Hauß-Mauß. *Uſu.* Mus ipſe, Stercus. *Vires.* *Mus* vivus diſſectus & impoſitus extrahit aculeos, ſpicula, ſagittas, &c. curat ictus ſcorpionum, extrahit venenum. *Cinis* mictioni involuntariæ ſive nocturnæ medetur, alopeciæ ſuccurrit, tuſſi convulſivæ medetur. *Stercus* movet alvum infantum, inſervit Clyſteribus, alopeciæ ſucurrit, furfureſque capitis abſtergit, Calculos renum & Veſicæ atterit: Condylomata, omniſque generis verrucas, ficus, mariſcas, &c. ani tollit. *Schrod.*

Quadrupeda vivipara unguiculata multifida, carnivora, capite breviore seu Genus Felinum.

HOc genus Ferarum, Felinum voco ob similitudinem cum Fele Animali domestico & notissimo. R. Synop. Animal. p. 162.

XXI. De Leone.

ANimal est fortissimum, generosissimum, & ferarum princeps, capite crasso, fronte quadrata. R. Synop. Animal.

Leo *Offic. Aldrov. Gesn. Jonſ.* Löwe. *Usu.* Adeps. *Vires.* Ductu *Dioscoridis* lotus, aurium dolores immissus sistit, & membris à frigore adustis felici successu illinitur. Eodem quidam in scirrhis & pernionibus utuntur. *Jonſ.*

XXII. De Pardo.

PArdus *Offic. Jonſ.* Pardalis *R. Synop. Animal. p.* 166. Panthera *quibusdam.* Leopard / Panther-Thier. *Usu.* Adeps. *Vires.* Inter præstantissima Cosmetica censetur. *Jonſ.*

XXIII. De Lynce.

LYnx *Offic. Schrod. Jonſ.* Lupus cervarius *nonnullis.* Luchs / Tieger-Wolff. *Usu.* Axungia, Unguis. *Vires. Axungia* convenit articulis resolutis, convulsis, luxatis. *Unguis* argento & auro includitur, gestaturque adversus morbum Comitialem & Spasmum, loco amuleti. *Schrod.*

XXIV. *De Cato ſeu Fele.*

FElis & Catus *Offic.* Catus domeſticus & ſylveſtris *Schrod.* Felis *Aldrov. Jonſ.* Katze. *Uſu.* Axungia, Sanguis, Caput, Stercus, Pellis, Secundina. *Vires. Axungia* Cati ſylveſtris calefacit, emollit, diſcutit, mirificè articulorum affectibus prodeſt. *Sanguis* Herpetem curat. *Caput* Cati nigri incineratum ad oculorum vitia, unguem, nubeculam, albuginem, &c. remedium præſtantiſſimum eſt. *Stercus*, alopecias curat, & podagricos juvat. *Pellis* geſtatur ad calefaciendum ventriculum, articuloſque contractos. *Secundinam* de collo ſuſpendunt ad oculorum affectus arcendos. *Schrod.*

XXV. De Urſo.

URſus *Offic. Schrod. Aldrov. Geſn. Jonſ. R. Synop. Animal p.* 171. Bär. *Uſu.* Pinguedo, Fel. *Vires. Pinguedo* calefacit, reſolvit, emollit, diſcutit, &c. Uſus præcipui in alopecia, medetur doloribus Arthriticis, parotidibus, tumoribuſque aliis, ulcera crurum tibiarumque ſanat. *Fel*, commendatur intrinſecus ad morbum comitialem, ad aſthma, & icterum. Extrinſecus ad ulcera cancroſa ac ſerpentia, ad odontalgiam, oculorum hebetudinem, &c. *Schrod.*

Quadrupeda vivipara unguiculata multifida carnivora, capite longiore, seu Caninum Genus.

Hæc genera animalium non tantùm rostro productiore à præcedentibus differunt, sed quod plus est, Dentium numero & situ, summa quadraginta habent, Claviculis insuper carent, & ossicula in pene habent; quæ notæ ad distinctionem sufficiunt. R. Synop. Animal. p. 173.

XXVI. De Lupo.

Hujus generis Animal maximum est & ferocissimum Cani persimile. R. Synop. Animal p. 173.

Lupus *Offic. Schrod. Aldrov. Gesn. Jons.* Wolff. *Usu.* Dentes, Cor, Hepar, Intestina, Axungia, Ossa, Stercus, Pellis. *Vires. Dentes*, argento inclusi infantulis familiares sunt, quibus gingivas scilicet fricant, dentibusque erupturis patescere faciunt. *Cor* comitialibus prodesse fertur. *Hepar* Epatis vitiis confert, ideoque & Hydropicis ac Emaciatis, nec non & Tussientibus. *Intestina* imprimis ad colicos dantur dolores, quos itidem arcere dicunt circumligata: hoc item fertur de corio. *Axungia* non vilioris virtutis est quàm canina: Calefacit, digerit, articularibus morbis medetur, oculorum lippitudini confert. *Ossa* ad morbum intercostalem, ut & ad ictus puncturasque valent. *Stercus* colicis confert. *Pellis* commendatur itidem ad dolores colicos mitigandos. *Schrod.* Prolixius agit *Paullini* in *Lycographia Curiosa.*

XXVII. De Cane.

CAnis *Offic. Schrod. Aldrov. Gesn. Jons. R. Synop. Animal. p.* 175. Hund. *Usu.* Catulus, Caput, Axungia, Fel, Sanguis, Stercus, *Album Græcum* dictum, Urina, Dens, Pellis, Pilus. *Vires. Catulus* vivus ventri impositus, dolores colicos mitigat. Paralytica membra confortat. *Caput* sive *Calvaria* incinerata desiccat ulcera, curat vitia sedis, rhagades, & testiculorum tumores. Intrinsecus Icterum sanat. *Axungia* canina reliquis calidior est adhibeturque internè, in vulneribus & exulcerationibus abstergendis, consolidandis, adeoque & in Phthisi & cruore ex casu dissolvendo. Externè in Podagricis, auriumque doloribus leniendis, lentibus capitis arcendis, auditu difficili reparando, scabie & pruritu corrigendo. *Fel* catuli nigri Epilepsiam mirè curat. Extrinsecus abstergit maculas faciei, oculorum albugini medetur. *Sanguis* contra Veneficarum venenum commendatur, bibique cum successu dicitur, contra morsum rabiosæ Bestiæ ac Toxicum. *Stercus* siccat, abstergit, discutit, aperit, apostemata rumpit, exulcerationes abstergit; hinc utile est in Dysenteria, dolore colico & simil. Extrinsecus medetur Anginæ, ulceribus malignis; tumores duros emollit, aquas trahit hydropicas, verrucas abigit. *Urina*, ulcera capitis manantia, furfuresque abstergit, verrucas abigit. *Dentium cinis*, infantium dentitionem facilitat, odontalgiam sedat. *Pellis parata* manuum lenit pru-

 ritum,

ritum, nervosque emollit contractos. *Pilus* morsibus canis medetur. *Schrod.* Videri quoque meretur *Paullini Cynographia Curiosa.*

XXVIII. *De Vulpe.*

Est Animal astutissimum, naturæ caninæ quodammodo particeps. Schrod.

Vulpes *Offic. Schrod. Aldrov. Gesn. Jonf. R. Synop. Animal. p.* 177. Fuchs. *Usu.* Pinguedo, Pulmo, Jecur, Fel, Lien, Pellis, Sanguis, Integrum animal, Stercus. *Vires. Pinguedo* auxilio est convulsionibus, contracturis, tremoribus, &c. aurium doloribus, vulneribus capitis & alopeciis. *Pulmo* consolidat, abstergit, hinc valet ad vitia pulmonum, & angustiam pectoris. *Jecur* Epati & Spleneticis confert. *Fel* Oculorum Pterygio succurrit. *Lien* Lienis duritiei ac tumori medetur. *Pellis pilosa* membris refrigeratis, ac articulari morbo infestatis feliciter imponitur. *Sanguis* arefactus & tritus calculo Renum & Vesicæ medetur: Idem felicius præstare perhibetur sanguis recens. *Vulpes integra* vel Caro ejus combusta, ad vitia pectoris commendatur. *Vulpes* in aqua vel oleo cocta, nervinis affectibus, ideoque contracturis ac doloribus articulorum medetur. *Stercus* scabritiem cutis sanat. *Schrod.*

XXIX. *De Animali Zibethico.*

Animal Zibethicum *Offic. R. Synop. Animal. p.* 178. *Jonf.* Catus Zibethicus *Schrod. Scalig.* Zibethicum Animal Americanum *Rech.* Felis Zibethus *Ludovic.* Hyæna veterum *Bellon.*

Zibeth=

Zibeth-Katze. *Usu.* Zibethum Zibeth/ substantia est pinguis & unctuosa, consistentiam mellis seu butyri habens, odoris fragrantissimi & grati. *Vires.* Calidum, humidum est atque anodynum. Usus crebri in dolore colico. inungitur umbilico, in dolore ventris infantum, in strangulatu uteri, applicatur Vulvæ, vel cavernulæ umbilici. *Schrod.*

Zibethum non est semen Animalis Zibethici, nec sudor, nec testiculi aut scrotum, ut nonnulli affirmant, quia nihil olent; sed est excrementum proprium à naturâ secretum collectum in folliculis substantiæ glandulosæ, in mare inter penem & testes, in fœmina, inter uterum & anum sitis. Modum colligendi Zibethum videsis apud *Fabrum* in Notis ad Animalia *Novæ Hispaniæ.* Præfertur pallida in Anglia collecta, non Butyro sophisticata, rejiciatur nigrum ex India Orientali transportatum. Qui plura de Zibetho velit consulat *Hyænam odoriferam Petri Castelli.*

XXX. De Taxo.

TAxus *Offic. Schrod. Jons.* sive Meles *Aldrov. Gesn. R. Synop. Animal. p.* 185. Dachs. Cryptas incolit. *Usu.* Integer incineratus, Sanguis, Adeps. *Vires.* Incineratus, cum successu exhibetur pulmoniacis, sanguinem exscreantibus. *Sanguis* pulverisatus lepræ convenire dicitur, destillatusque peste subvenire. *Adeps* qui uti paulò crassior, ita & paulò calidior ac efficacior est suillo, Renum doloribus auxiliatur, à calculo subortis, febrilem

æstum mitigat, contracturis ac imbecillitatibus artuum succurrit. *Schrod.*

XXXI. De Lutra.

Castore minor est, corpore etiam graciliore, & longiore, cauda pilosa. R. Synop. Animal. p. 187.

Lutra *Offic. Aldrov. Gesn. Jons.* Lytra *Varron.* Otter. In fluviis Majoribus incola est. *Usu.* Adeps. *Vires.* Medicamentis digerentibus infarctus & exassatus ad tollenda articulorum vitia, perutilis est. *Holler.*

Quadrupeda vivipara rostro productiore, dentibus pluribus, incerto numero.

XXXII. De Erinaceo.

Animal est terrestre, echinatum, hyeme in cavernis arborum latitans.

Erinaceus *Offic. Schrod.* Echinus terrestris *Jons.* Echinus sive Erinaceus terrestris *R. Synop. Animal. p.* 231. Igel / Hochel. In vepretis & sepibus. *Usu.* Animal ipsum. Jecur, Axungia, Ventriculus. *Vires.* Echinus vel coctus, vel incineratus, involuntariè mingentibus auxiliatur, stomacho gratus est, alvum & urinam movet. *Forest.* Extrinsecus illitus alopeciæ subvenit. *Jecur*, vel corpus exiccatum, atque cum Oxymelite sumptum, renum vitiis auxilio est, medetur Cachexiæ, Hydropi,

i, Convulſionibus, & Elephantiæ; viſcerum uxiones exiccat. *Dioſcorid. Axungia* feliciſſimè Herniis medetur *Hartm. Ventriculi* tunicam interiorem commendant ad dolores colicos. *Schrod.*

XXXIII. De Talpa.

ANimal eſt ſubterraneum, coloris nigri, pilis molliſſimis, roſtro ſuillo, oculis minimis, cruribus breviſſimis.

Talpa *Offic. Schrod. Aldrov. Geſn. Jonſ. R. Synop. Animal. p.* 236. Maulwurff. Sub terra in Cuniculis vivit. *Uſu.* Talpa ipſa, Cor, Sanguis. *Vires.* Cinis confert lepris, ſtrumis ac fiſtulis. Intrinſecus cum Cereviſia, aut Vino potus curat Arthritidem vagam dictam & Scrophulas. *Cor*, Herniam ſanat. *Sanguis* recens illitus capillis calvitiem decorat. Plura vide in *Paullini* tract. *de Talpa.*

XXXIV. De Mure Araneo.

A Mure domeſtico minore differt, quod minor eſt, roſtro porrectiore Porci inſtar, oculis minoribus, auriculis brevioribus.

Mus Araneus *Offic. Schrod. Aldrov. Jonſ. R. Synop. Animal. p.* 239. Spitz-Mauß. Invenitur in agris. *Vires.* Affectibus ſedis, peculiari experimento utilis eſt, uſtus & illitus cum axungia anſerina. *Schrod.*

PHARMACOLOGIÆ SEU MANUDUCTIONIS AD Materiam MEDICAM LIBER QUARTUS.

De Anthropologia.

ANthropologia est pars Pharmacopœiæ, quæ Medicamenta ex humano corpore desumpta recenset.

Reliquis omnibus materiæ medicæ partibus absolutis, superest tantùm ut de Homine agamus, totius universi compendio, ultima ordine non dignitate hexaemeræ creationis parte, cujus gratia reliqua omnia facta fuisse creduntur; de quo in genere agere, aut universalem tractatum edere mihi in animo non est. Sed ut in præcedentibus tribus hujus opusculi libris, seu partibus, ad ea duntaxat quorum aliquis in medicina usus est tractanda memet restrinxi, ita etiam hoc in loco de iis solummodo in homine agam, quæ homini ipsi medendo utilia sunt; ea autem vel à vivo corpore desumuntur, vel à mortuo.

SECTIO

SECTIO PRIMA.

De medicamentis ſimplicibus in Officinis uſitatis, quæ ab humano corpore adhuc vivente deſumuntur.

SImplicia Officinalia ex partibus humani corporis adhuc viventis deſumpta ſunt; Capilli, Ungues, Saliva, Aurium ſordes, Sudor, Lac, Menſes, Secundinæ, Urina, Stercus, Semen, Sanguis, Calculi ex veſica, Membrana caput fœtus cingens. *Vires. Capilli* commendantur ad capillorum productionem, ad icteritiam, ad membra luxata, ad hæmorrhagiam vulnerum. *Ungues*, cient vomitum, aquas Hydropicorum ducere dicuntur. *Saliva* jejuni commendatur ad venenatos morſus ſerpentis, canis rabidi, & ſimil. *Aurium ſordes* colicâ laborantibus, præſentiſſimum perhibentur remedium. Extrinſecus medentur ictibus Scorpionum, conglutinant vulnera, fiſſuras & ſciſſuras cutis. *Sudor* uſus proficui eſſe dicitur, contra ſcrophulas, ſi cum herba radiceque verbaſci mixtus folio involvatur, inque cineribus calefactus imponatur. *Lac* refrigerat, lenit, maturat, oculorum rubedini ſubvenit. *Sanguis menſtruus*, *Zenith juvenculæ* exiccatus commendatur intrinſecus ad calculum & Epilepſiam. Extrinſecus ſopit dolores podagricos, conducere item dicitur in Peſte, apoſtematibus,

bus, carbunculiſque, Eryſipelat. extinguit, puſtulas faciei abſtergit. *Secundina* magni fit ad ſtrumas gutturis tollendas, ad Epilepſiam & philtra compeſcenda; ad molam & fœtum exterminandum, nec non ad animalia enecanda, etiam ea quæ maleficio in homine extiterint. *Urina*, calefacit, exiccat, reſolvit, abſtergit, diſcutit, mundificat, putredini reſiſtit, ideoque uſus eſt præcipui intrinſecus, in obſtructione Epatis, Lienis, Veſicæ biliariæ, Peſtis præſervatione, Hydrope, Ictero. Quin & mariti urina hauſta (mulierculis Aqua Caſtoris dicta) partum difficilem facilitare dicitur. Extrinſecus ſiccat ſcabiem, reſolvit tumores, mundificat vulnera etiam venenata, arcet gangrænam, ſolvit alvum, abſtergit furfures capitis, compeſcit febriles inſultus, exulceratas aures ſanat, oculorum rubedini ſubvenit, artuum tremorem tollit, uvulæ tumorem diſcutit, Lienis dolores ſedat. *Præp.* Sal Armoniacum, Sal eſt artificiale ſtriatum, in placentulas coactum colore exalbido, ſapore amaricante pungente; ex urina, fuligine & ſale communi coctum. Eligatur candidum ac purum. N. B. Veſtigia Salis Armoniaci naturalis ſupereſſe videntur in *Dioſcoride* & *Plinio*, aliiſque à majoribus deſcripti, ſub arenis Libycis inventi, verùm in Officinis noſtris hodie ignoratur. Vide *Matthiolum* in *Dioſcoridem*. *Vires*. Internè vim habet diaphoreticam, præcipuè in febribus, reſiſtit putredini. Externè adhibetur in Gangrænæ carne putrida abſumenda. Quinimo

imo Tonſores aquam ſuam Cœruleam inde conficiunt, ad albuginem oculorum tollendam. *Stercus* emollit, maturat, anodynum eſt. Eapropter magni uſus ad mitigandos dolores incantatione introductos, ad anthraces peſtilentiales maturandos, ad phlegmonem, v. g. gutturis ſive anginam curandam, ad inflammationes vulnerum arcendas. Quin & intrinſecus à nonnullis adhibetur in Angina, in febribus ad paroxyſmos profligandos, in Epilepſia. *Semen* ſive *Sperma*, non modo comperimus per ſe à nonnullis ad Veneris ſcilicet ligaturam maleficam diſſolvendam adhiberi, ſed & Mumiam magneticam inde fieri, quo amoris concilietur fervor. *Sanguis* recens adhuc & calidè potus conferre dicitur ad Epilepſiam, ſi ſcilicet potum motus excipiat vehementior, curſuſque celerior ad ſudoris uſque proruptionem; hæmorrhagiam quamcunque ſedat. Quin & extrinſecus ſanguinis eruptioni medetur, & præcipuè narium hæmorrhagiæ. *Calculus* Tartarum ſive calculos in omnibus partibus ſolvit, & expelli facit, ideoque omnibus obſtructionibus ſubvenit. *Schrod.* Præ cæteris ſudorem & urinam movet & peſti egregiè reſiſtit. *Bont.* *Membrana*, quæ caput nonnullorum fœtuum cingit, maximam vim habere dicitur adverſus colicum dolorem. *Schrod.*

SECTIO SECUNDA.

De Medicamentis simplicibus in Officinis usitatis, quæ ab humano corpore jam mortuo desumuntur.

SImplicia Officinalia ex Cadavere desumpta sunt Mumia; Substantia est resinosa, indurata, nigra, splendens, saporis subacris, subamaricantis, odoris fragrantis, communiterque quatuor denotat. 1. *Mumiam Arabum*, quæ est liquamen, sive liquor concretus exudans in sepulchro è cadaveribus Aloe, Myrrha Balsamoque conditis. Quæ si vera haberi potest, præ cæteris speciebus erit æstimanda. 2. *Mumiam Ægyptiorum*, quæ est liquamen ex cadaveribus pissasphalto conditis. 3. *Pissasphaltum* factitium, id est, mixtum Pici Bitumen, quod pro Mumia venditant. 4. *Cadaver* sub arena Solis æstu torrefactum, sed rarò apud nos inveniuntur, Cutis, Pinguedo, Ossa, Cranium, Cor. *Vires. Mumia* resolvit sanguinem coagulatum, conferreque dicitur purgationi capitis, punctioni Lienis, tussi, inflationi corporis, mensibus obstructis, aliisque affectibus uterinis & sim. Extrinsecus adhibetur vulneribus consolidandis. *Cutis*, commendatur in difficili partu & affectibus hystericis, in aridura & contractura articulorum. *Pinguedo* roborat, discutit, mulcet dolores,

res , removet contracturas , cicatricum duritiem lenit , foveas post morbillos relictas explet. *Ossa* exiccant , discutiunt , astringunt , fluxus quoscunque sistunt , adeoque utilia sunt in Catarrho , fluxu mensium , Dysenteria , Lienteria ; Insuper articulorum dolores compescunt. *Medulla* commendatur summò ad contracturas membrorum. *Cranium* ad capitis morbos conferre compertum est , & nominatim ad Epilepsiam , unde & varias passim compositiones Antepilepticas ingreditur. Laudatur autem præcipuè *Os triquetrum* temporum ceu peculiare Epilepsiæ specificum. *Cor* Epilepsiæ medetur , *Schrod.*





OFFI-

OFFICINA SIMPLICIUM.

RADICES.

Cinaræ,

Tussi-

CORTICES.

LIGNA.

Herbæ Folia, & Germina.

Hip-

San-

FLORES.

FRUCTUS.

grana

Avel-

SEMINA.

Len-

Tri-

Gummi, Resinæ, Gummiresinæ, Balsama, Succi Concreti.

Opo-

Succi Liquidi qui in rem præsentem servari solent, tum Lacrymæ.

E Plantis Nata.

ANIMALIA.

Animalium Partes, excrementa, aliáq; ab iis desumpta.

MARINA.

Mineralia, Terræ Officinales.

SALES.

Cæru-

FINIS.



